INDEX CHRONOLOGICUS

MEMBRANARUM QUAE IN HOC VOLUMINE

CONTINENTUR

CODEX

DIPLOMATICUS CAVENSIS

TOMUS SEPTIMUS

CODEX
DIPLOMATICUS CAVENSIS

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS

CURANTIBUS

DD. MICHAELE MORCALDI. MAURO SCHIANI.
SYLVANO DE STEPHANO. O. S. B.

ACCEDIT

APPENDIX

QUA PRAECIPUA BIBLIOTHECAE MS. MEMBRANACEA DESCRIBUNTUR

PER

D. BERNARDUM CAIETANO DE ARAGONIA O. S. B.

TOMUS SEPTIMUS

MEDIOLANI,
NEAPOLI, PISIS
HULRICUS HOEPLI
EDITOR BIBLIOPOLA

MDCCCLXXXVIII

Rec. June 6, 1902.

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MLVII ¹)	1046	Ianuario	XIV	28. GUAIMARII	Divisio bonorum inter Leonem, Ursonem et Lupenum et Ioannem, filios Ioannacii atrianensis, qui dictus est Curialis, ex una parte; et ex altera inter Leonem, Maurum, Sergium, filios Marini curialis.	IX	62	1
MLVIII	1046	Ianuario	XIV	28. GUAIMARII	Exemplar praedicti instrumenti.	IX	63	3
MLIX	1046	Ianuario	XIV	28. GUAIMARII	Locatio ad tempus facta a Ioanne Abbate Monasterii S. Sophiae, nomine ipsius Monasterii, et Dominae Gemmae relictae Guaiferii comitis, unius terrae apud Nuceriam ad *Barbacianum*, Dominico, filio qm. Petri, pro medietate vini et consueti terratici.	IX	64	3
MLX	1046	Februario	XIV	28. GUAIMARII	Aloara, uxor qm. Landolfi comitis , et filia qm. Truppualdi militis, una cum Ioanne comite, fratre suo, locat cuidam Amato, filio Petri, unam terram, quae sita est in loco Gurgacupena apud Nuceriam.	IX	65	4
MLXI	1046	Aprili	XIV	28. GUAIMARII	Alpherius Diaconus, filius qm. Alpherii concedit in perpetuum Petro, filio qm. Ursi Ardingo et Iaquinto Rizzo bona ecclesiae S. Maximi, quae sunt in loco Casamabile dicto apud Angrim, pro medietate vini et terratici.	IX	66	6
MLXII	1046	Aprili	XIV	28. GUAIMARII	Memoratorium, quo Petrus, filius qm. Ursi Ardingo, et Iaquintus Rizzo, filius qm. Petri a Nuceria declarant perpetuam locationem, de qua in praecedenti documento, factam sibi ipsis ab Alpherio Diacono et Abbate Ecclesiae S. Maximi in loco Casamabile.	IX	67	8
MLXIII	1046	Aprili	XIV	28. GUAIMARII	Memoratorium divisionis domorum in castro Nuceriae inter Lictum, filium qm. Musandi, et Sesamum patruum suum.	IX	68	10
MLXIV	1046	Aprili	XIV	28. GUAIMARII	Ursus, filius qm. Leonis et Ro-			

¹) Summaria Ch. MLV. MLVI. Arc. IX sub numeris 60 et 61 fuerunt relata in praec. Vol.

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					mualdus, filius qm. Iaquinti conveniunt inter se ante iudicem Amatum circa res, quas possident in loco Pastorano et Lirino.	IX	69	11
MLXV	1046	Iulio	XIV	28. Guaimarii	Infantes Alphanus et Ademarius germani fratres et filii qm. Ranfredi, habita Principis licentia iuxta legem Langobardorum, vendunt terram intra Salernum pro solvendo debito patris sui.	IX	70	14
MLXVI	1046	Octobri	XV	29. Guaimarii	Locatio ad annum molendini in flumine Lirno, per Rectorem Ecclesiae S. Maximi, Nicolao molitori.	IX	71	16
MLXVII	1046	Novembri	XV	29. Guaimarii	Promissio Morghengab facta Auricertae, filiae qm. Petri, a Polcario, filio Petri Sardone. In eadem charta legitur Morghengab descriptum et confirmatum sub iisdem notis chronologicis.	IX	72	17
MLXVIII	1046	Novembri	XV	29. Guaimarii	Locatio terrae ad vigintinovem annos intra Salernum facta ab Abbate Monasterii S. Sophiae Teophilacto natione Graeco.	IX	73	19
MLXIX	1046	Decembri	XV	29. Guaimarii	Ioannes Atrianensis, filius qm. Costantini et uxor ejus Aloara, filia qm. Maionis vendunt Sergio Atrianensi, filio qm. Mansonis, bona, quae possident in pago Iovi extra Salernum, et proprie in loco, qui Ruscinolo vocatur, pro solidis centum et viginti.	IX	74	21
MLXX	1046	Decembri	XV	29. Guaimarii	Alpherius Archipresbyter et Abbas Ecclesiae S. Maximi Salerni, tradit Petro Diacono, filio qm. Ioannis, Ecclesiam S. Nicolai et bona eius in Priato, ita ut toto suae vitae tempore in Ecclesia ipsa sacrą faciat, et terras colat; et possit uti rebus omnibus, quae ad divinum officium persolvendum inserviunt; datis nonnullis oneribus. Post vero eius mortem Ecclesia S. Nicolai eiusque bona redeant Ecclesiae S. Maximi.	IX	75	22
MLXXI	1046	Decembri	XV	29. Guaimarii	Ioannes filius qm. SergiiAngeli, et Ioannes et Petrus, germa-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					ni filii qm. Leonis, cuidam Machenolfo, filio qm. Machenolfi terras colendas tradunt, quae sunt in loco ubi dicitur *Aliplatani*.	IX	76	23
MLXXII	1047	Ianuario	XV	29. Guaimarii	Petrus Presbyter a Capua tradit quartam partem terrae cum domo quam possidet Salerni super *Fontanam*, Gemmae, filiae qm. Petri Selli.	IX	77	24
MLXXIII	1047	Ianuario	XV	29. Guaimarii	Instrumentum de fundatione et dotatione Ecclesiae S. Luciae de Balnearia, per Raydolfum Presbyterum filium Domnelli.	IX	78	26
MLXXIV	1047	Martio	XV	29. Guaimarii	Gutta et Leo, filii qm. Sergii Atrianensis, vendunt terram in loco Basanula Petro et Amato, germanis filiis Aleghisii.	IX	79	28
MLXXV	1047	Aprili	XV	29. Guaimarii	Oblatio terrarum extra Castellum Evoli facta Ecclesiae S. Nicolai, ubi *Gallocanta* dicitur et Petralena, ab Uralia comitissa, filia Ademarii comitis et vidua Lamberti comitis, et a filiis suis.	IX	80	30
MLXXVI	1047	Aprili	XV	29. Guaimarii	Donatio bonorum et omnium rerum stabilium et mobilium, quae sunt in agro nucerino, facta ab Urso, filio Dumprandi, Petro genero suo, filio qm. Landonis, a quo recepit *Launegild* pellis bonae.	IX	81	31
MLXXVII	1047	Aprili	XV	29. Guaimarii	Concessio Ecclesiae S. Andreae apud Arcellam, uti beneficium, facta ab Alpherio Abbate Ecclesiae S. Maximi Stephano et Petro Monachis.	IX	82	33
MLXXVIII	1047	Aprili	XV	5. Monomachi	Nicolaus Archiepiscopus Canosinus consecrat Ecclesiam S. Trinitatis, a Marco Monaco edificatam prope civitatem Canosinam: in istius consecrationis memoria iura archiepiscopalia cedit in perpetuum Abbati Marco, eiusque successoribus.	a.m. A.	29	34
MLXXIX	1047	Maio	XV	29. Guaimarii	Donatio facta a Guisenolfo et a Miranda, uxore eius, plurium			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					terrarum, Nuceriae, Ioanni, filio naturali Guisenolfi.	IX	83	35
MLXXX	1047	Maio	XV	29. Guaimarii	Petrus filius, qm. Reulfi et uxor eius Grima donant Maghenolfo, filio Maghenolfi quinque terras in loco *Floccanu* apud Nuceriam.	IX	84	38
MLXXXI	1047	Iunio	XV	29. Guaimarii	D. Alpherius Abbas locat quasdam terras Ecclesiae S. Maximi, cui praeest quidam Romualdus, sitas in campo *Maione* apud Nuceriam.	IX	85	39
MLXXXII	1047	Iunio	XV	29. Guaimarii	Memoratorium locationis terrae in loco *campo Maione* dicto apud Nuceriam ab Alpherio Abbate Ecclesiae S. Maximi, Romoaldo, filio qm. Ioannis clerici.	IX	86	40
MLXXXIII	1047	Iunio	XV	29. Guaimarii	Instrumentum divisionis bonorum ad fines Lucaniae, ubi proprie duo flumina dicitur, inter dominum Principem Salerni Guaimarium, et Guidonem ducem et Pandolfum eius fratres.	IX	87	41
MLXXXIV	1047	Iulio	XV	29. Guaimarii	Divisio terrarum in loco *Veteri* inter Ioannem, filium Ursi De Lupino, et Leonem Atrianensem.	IX	88	45
MLXXXV	1047	Iulio	XV	29. Guaimarii	Locatio terrarum in loco *Floccano*, et proprie ubi dicitur Comminata ad Palmentum, per Mirum iudicem, filium qm. Mirandi subdiaconi, Mario Calzolario.	IX	89	47
MLXXXVI	1047	Iulio	XV	29. Guaimarii	Diploma Amati Episcopi Pestani. De esentione Ecclesiae S. Preparationis de *Corneto*, in beneficium Paldolfi, qui eam edificaverat in agro suo in finibus Caputaquensis.	a.m. A.	30	49
MLXXXVII	1047	Augusto	XV	29. Guaimarii	Concessio duorum molendinorum Ecclesiae S. Mariae de Domno Salerni in fluvio Lyrno, Benedicto, filio Odelgardi Capuani, et Leoni, filio qm. Stefani.	IX	90	51
MLXXXVIII	1047	Augusto	XV	29. Guaimarii	Venditio terrarum cum silvis, pratis, pascuis Andreae, abbati			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					S. Magni per Fasanum, filium q. m. Leonis.	IX	91	52
MLXXXIX	1047	Septembri	I	30. Guaimarii	Leo monacus et praepositus Monasterii SS. Trinitatis Cavae concedit Petro clerico a Nuceria, consentiente Alpherio Abbate, locationem terrae, sitae apud Nuceriam, ubi *Monticello* dicitur sub Ecclesia S. Quirici.	IX	92	53
MXC	1047	Septembri	I	30. Guaimarii	Eiusdem locationis exemplar aliud.	IX	93	57
MXCI	1047	Septembri	I	30. Guaimarii	Joannes de Amalfia, filius q. Leonis promittit quinquaginta aureos solidos se Mauro daturum, quando filiam suam Antociam in uxorem duxerit.	IX	94	57
MXCII	1047	Septembri	I	30. Guaimarii	Joannes et Blacta Atrianenses, germani filii Mauri *Calbarosi* vendunt bona, quae possident ultra flumen Lirnum, extra Salernum, Joanni et Meli, filiis Angeli Abbatis.	IX	95	57
MXCIII	1047	Septembri	I	30. Guaimarii	Petrus, filius Jaquinti calzolarii, amittit terram pro non facta restitutione solidorum Melo, filio Angeli presbyteri, iuxta legem Longobardorum.	IX	96	58
MXCIV	1047	Octobri	I	30. Guaimarii	Testamentum Bellae, filiae q. Risi et uxoris Landonis, filii q. Bisantii.	IX	97	60
MXCV	1047	Novembri	I	30. Guaimarii	Divisio bonorum, quae sunt in loco *Baneo*, intus civitatem Abellini, inter Deusdedit presbyterum et Magnum, aliosque.	IX	98	62
MXCVI	1047	Novembri	I	30. Guaimarii	Concessio beneficii Ecclesiae S. Joannis de Veteri, Petro presbytero, filio Joannis, per Joannem et Sergium, filios Mansonis, Atrianenses.	IX	99	64
MXCVII	1047	Novembri	I	30. Guaimarii	Joannes de Transbonea, filius q. Petri Muscone dono dat, pro anima sua et genitoris sui, Ecclesiae S. Mariæ in loco Maiano res omnes quas ibi possidet.	IX	100	65

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MXCVIII	1047	Novembri	I	30. Guaimarii	Concilius presbyter a Malluno apud Nuceriam sua bona donat Isæ, filiæ suæ et Jockardo eius viro.	IX	101	68
MXCIX	1047	Decembri	I	30. Guaimarii	Commutatio terrarum, in loco Transbonea, inter Risum clericum, filium Iaquinti clerici et medici, et Purpuram uxorem eius ex una parte; et Jaquintum et Ademarium, filios Madelmi ex altera.	IX	102	70
MC	1048	Martio	I	30. Guaimarii	Joannes Diaconus, filius q. Sergii, et Constantinus filius q. Joannis locant Cicero, filio q. Landonis, et Maraldæ, filiæ qm. Maranci terram in loco ubi *Terminus* dicitur.	IX	103	72
MCI	1048	Martio	I	30. Guaimarii	Letus Presbyter, filius qm. Ursi, coram Ademario comite, emit terram in loco *Transbonea* ad *Maianum* a Balsamo, filio qm. Falconis, statuto praetio soluto.	IX	104	72
MCII	1048	Martio	I	30. Guaimarii	Memoratorium divisionis bonorum intra fines agri nucerini per Romualdum clericum, filium qm. Maraldi cum Sesamo et sororibus eius.	IX	105	75
MCIII	1048	Iunio	I	30. Guaimarii	Locatio partis molendini in aqua fluvii Lyrni aedificati, Constantino a Sicilia, filio qm. Leonis, et Dauferio et Urso, filiis Joannis, qui dicitur Padulese, per Joannem Abbatem S. Sophiae Salerni	IX	106	77
MCIV	1048	Octobri	II	31. Guaimarii	Joannes Abbas S. Sophiæ, Salerni, per iussionem domini Paldulfi, germani patris domini Guaimarii, colendas tradit Joanni Diacono de loco denominato *La Penta* quinque terras, quas ibidem possidet.	IX	107	77
MCV	1048	Octobri	II	31. Guaimarii	Suprascriptae locationis aliud exemplar, factae in personam Landulfi, filii qm. Joannis.	IX	108	79
MCVI	1048	Octobri	II	31. Guaimarii	Locatio terrae cum domo, intra Salernum, ad portam Ro-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					tensem versus, ad annos quatuor, ab Amando, filio qm. Joannis, et Sodelgardo, filio qm. Reegalis, Guidoni et Joanni, filiis qm. Joannis.	IX	109	79
MCVII	1048	Decembri	II	31. Guaimarii	Joannes Abbas Monasterii S. Sophiæ, locat Falconi *Della Panta*, filio qm. Guiselmarii et Urso de eodem loco, filio Joannis de eodem loco, terram cum avellaneto, ibidem sitam.	IX	110	79
MCVIII	1048	Decembri	II	31. Guaimarii	Locatio bonorum, quae sunt Nuceriae, facta a Joanne Abbate S. Sophiae, nomine proprii monasterii, et Gemmae, viduae qm. Guaiferii comitis, qui monasterium ipsum aedificavit, filii qm. Guaimarii comitis, Mario, filio qm. Selicti, et Jaquinto, filio Joannis, et Maraldae viduae qm. Petri Clerici.	IX	111	82
MCIX	1048	Decembri	II	31. Guaimarii	Memoratorium, quo Camforatus Presbyter et Cardinalis, filius qm. Lupi declarat tradidisse Joanni, filio Costantini Greco excolendam terram Nuceriae positam, et proprie ubi *Terremezzana* dicitur prope Ecclesiam S. Marcelli, terram quam tenet in beneficium ipsius Ecclesiae.	IX	112	83
MCV	1048	Decembri	II	31. Guaimarii	Petrus iudex, filius qm. Grimaldi, dat Adalferio, Abbati Ecclesiae S. Maximi, sexaginta auri solidos ad usuram per sex annos completos; pro quibus in pignus recipit usumfructum bonorum, quae ipse Adalferius Nuceriae possidet.	IX	113	86
MCXI	1048	Decembri	II	31. Guaimarii	Traditio solidorum auri quindecim facta Urso, filio qm. Leonis, a Sergio, filio qm. Joannis Joncatella, per duos annos: pro quo mutuo Ursus obligat tertiam partem tantum bonorum, quae possidet in loco *Casiniano*, intra fines mitilianenses.	IX	114	87
MCXII	1049	Februario	II	31. Guaimarii	Petrus, filius qm. Leonis clerici a Nuceria vendit Ioanni Castaldo, filio qm. Desidei terras,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					quas possidet inter fines Salerni, ubi *Tabellaria* dicitur.	IX	114	90
MCXIII	1049	Februario	II	31. Guaimarii	Concessio in perpetuum unius terrae apud Nuceriam et secus viam *Stabianam* Raynaldo, filio Ursi, a Ioanne Abbate S. Sephie.	IX	115	91
MCXIV	1049	Februario	II	31. Guamarii	Memoratorium locationis terrarum , quas Archiepiscopus Salernltanus possidet apud Nuceriam ubi proprie *Casolla* dicitur.	IX	116	92
MCXV	1049	Aprili	II	31. Guaimarii	Divisio bonorum inter Guaimarium Principem , et fratres eius, Guidonem et Pandulfum, quae sunt intra fines *Apusmontis*, et alibi.	IX	117	94
MCXVI	1049	Aprili	II	31. Guaimarii	Divisio bonorum apud *Montorium* et alibi inter Guaimarium Principem et Guidonem Ducem et Pandulfum fratres eius.	IX	118	102
MCXVII	1049	Maio	II	31. Guaimarii	Abbas monasterii S. Angeli et S. Sophiae Salerni concedit in perpetuum Sabbatino , fillo Ioannis terras, quae sunt in pertinentiis Caputaquae, ubi *Lasenareca* dicitur, vel ad S. Laurentium.	IX	119	106
MCXVIII	1049	Maio	II	31. Guaimarii	Conventio inter Dominum Andream Abbatem S. Magni de loco *Lustra* in Lucania, et Golferlum, filium qm. Radoaldi , de bonis , quae communiter possident in eodem loco *Lustra*.	IX	120	108
MCXIX	1049	Maio	II	31. Guaimarii	Oblatio bonorum suorum in pertinentiis Capuacii, facta a Petro, filii Viti, Ecclesiae S. Matthaei Apostoli et Evangelistae de Capuacio.	X	1	109
MCXX	1049	Iulio	II	31. Guaimarii	Donatio Ecclesiae S. Nicolai de *Mercatello* per Iaquintum , Landonem, Desidium , comites *Palatii*, filios qm. Desidii, Pellegrins Monacho Monasterii S. Trinitatis Cavae, in *Metiliano*.	X	2	110

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCXXI	1049	Augusto	II	31. Guaimarii	Memoratorium, quo Sparanus sacerdos et monachus e Neapoli declarat sibi ipsi regendam et gubernandam tradisse Ecclesiam S. Mariae et S. Nicolai ad *Mercatellum*, Desideum et Ioannem, comitem *Palatii*, filios qm. Iaquinti, et Landonem comitem, compatronos praedictaeEcclesiae.	X [1]	2	111
MCXXII	1049	Augusto	II	31. Guaimarii	Gemma filia qm. Petri, vendit bona, quae possidet Nuceriae et alibi, Maghenolfo, filio qm. Maghenolfi tarenis auri triginta.	X	3	113
MCXXIII	1049	Augusto	II	31. Guaimarii	Memoratorium, quo Petrus presbyter et Primicerius Ecclesiae S. Maximi, de licentia Domni Alpherii Abbatis eiusdem Ecclesiae, tradit Mari, filio qm. Bonizzi, excolendam terram, Nuceriae sitam, ubi *Agella* dicitur.	X	4	114
MLXXIV	1049	Augusto	II	31. Guaimarii	Memoratorium locationis terrarum in loco *Campiliano*, apud *Iufunum*, per Abbatem Monasterii S. Angeli et Sophiae de Salerno, facta Ioanni et Bonifacio, Maraldi filiis.	X	5	117
MCXXV	1049	Augusto	II	31. Guaimarii	Ioannes Abbas monasterii S. Angeli et S. Sophiae locat bona, quae possidet iuxta fluvium *Picentinum*, in loco vulgo *Vespanico* nuncupato, Nicolao filioPauli, et Ademario, filio Ademarii, habitatoribus de eodem loco.	X	6	118
MCXXVI	1049	Octobri	III	31. Guaimarii	Locatio duorum molendinorum, in flumine *Lirino*, Urso, filio qm. Leonis Cusentini, aliisque, a Poto Castaldo.	X	7	120
MCXXVII	1049	Februario	III	31. Guaimarii	Ioannes, Abbas Monasterii S. Sophiae,locat tres terras, positas in loco *Valentino* apud Sarnum, Ioanni, filio Boni de S.Marciano.	X	8	120
MCXXVIII	1050 6558	Ianuario	III	12. Leonis Pap. IX et 9. Costantini.	Lucas, frater Theodori Abbatis concedit munus Abbatis monasterii *Cyrozosimi* Theophilacto, eiusdem monasterii monacho. (Instrumentum groecum optime exaratum.	a.a.	5	122

[1] *Arca* et *Numerus* praecedentis Instrumenti potius ita signari debent: $\overset{a.m.}{A.}$ (numerus 31.

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCXXIX	1050	Februario	III	32. Guaimarii	Ioannes, Abbas monasterii S. Sophiae de Salerno, locat Cicero, filio Ciceri, terram cum castaneto in loco *Siano*.	X	9	124
MCXXX	1050	Februario	III	9. Imperii Constantini	Poto, filius Anelfrid, terram offert Ecclesiae S. Apostolorum Philippi et Iacobi in comitatu Nuceriae.	X	10	125
MCXXXI	1050	Martio	III	32. Guaimarii	Traditio Ecclesiae S. Mathaei intus civitatem Salerni, aedificatae in horto magno per Alfanum, filium qm. Ademarii, Ioanni Clerico, ut officiet et gubernet eam.	X	11	126
MCXXXII	1050	Martio	III	32. Guaimarii	Mundus, filius qm. Radicisi, offert domus suas, extra civitatem Capacii, Ecclesiae S. Angeli.	X	12	128
MCXXXIII	1050	Aprili	III	32. Guaimarii	Promissio Morgingaf, quam facit Bisantius, filius qm. Petri, in favorem Bertae, filiae Andreae Presybiteri; eiusdemque Morgincaf traditio.	X	13	129
MCXXXIV	1050	Aprili	III	32. Guaimarii	Rodelgrimus, comes, filius qm. Landenolfi, locat Ioccardo, filio qm. Leonis, duas terras in loco *Mallone* dicto, apud Nuceriam.	X	14	131
MCXXXV	1050	Aprili	III	32. Guaimarii	Ioannes Abbas monasterii S. Archangeli, in Monte *Corace* de Cilento, concedit terram Leoni, filio qm. Ioannis.	X	15	132
MCXXXVI	1050	Aprili	III	32. Guaimarii	Ioannes, Abbas Monasterii S. Archangeli, in Monte *Corace* positi, dat duas terras Urso filio qm. Callini.	X	16	133
MCXXXVII	1050	Aprili	III	32. Guaimarii	Ursus, filius qm. Callini, declarat se recepisse a Monasterio S. Archangeli de Monte *Corace* tres terras pro tertia parte vini et frugum, Monasterio solvenda post septem annos.	X	17	135
MCXXXVIII	1050	Aprili	III	32. Guaimarii	De eadem locatione exemplar aliud.	X	18	136
MCXXXIX	1050	Aprili	III	32. Guaimarii	Memoratorium locationis terrae Monasterii S. Archangeli, de			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					Monte Corace in Cilento, in loco, qui dicitur *Ancilla Dei*, Petro, filio qm. Petri.	X	19	136
MCXL	1050	Maio	III	32. Guaimarii	Ioannes Abbas Monasterii S. Sophiae in civitate Salernitana, emit medietatem terrae in loco *Turichiae* ad Lanzaram, tarenis auri triginta a Lamberto e Nuceria, filio qm. Lamberti Diaconi.	X	20	137
MCXLI	1050	Maio	III	32. Guaimarii	Concessio terrae iuxta flumen Lyrnum ad annos octo Romualdo Praesbytero, filio Romualdi, ab Abbate S. Sophiae.	X	21	139
MCXLII	1050	Iulio	III	32. Guaimarii	Venditio terrae in loco *Transbonea*, ubi *Catagrisulo* dicitur, per Vivum, filium Petri, Ioanni leviro eius.	X	22	140
MCXLIII	1050	Novembri	IV* Perperam legitur III in documento et 32 principatus Guaimarii	32. Guaimarii	Ante Landonem Gastaldum fit instrumentum divisionis inter Maghenolfum et Ademarium, germanos filios qm. Grimualdi, et Amatum nepotem illorum, filium qm. Petri, de vinea et de terris, quae sunt in loco *Floccano* apud Nuceriam.	X	23	141
MCXLIV	1050	Novembri	IV	32. Guaimarii	Ioannes, Abbas Monasterii S. Archangeli montis *Coracis* apud Cilentum, in perpetuum tradit Leomario et Grimualdo, germanis et filiis Georgii, laborandam terram in loco, ubi *Ancilla Dei* dicitur.	X	24	145
MCXLV	1050	Novembri	IV	32. Guaimarii	Locatio ad annos septem terrarum Monasterii S. Archangeli, in loco ubi *kalopetri* dicitur, per Ioannem Abbatem Nicolao et Leoni, filiis Sergii fabri.	X	25	146
MCXLVI	1051	Ianuario	IV	32. Guaimarii	Conventio inter Ioannem Archiepiscopum Salernitanum et Radolfum praesbyterum, filium qm. Domnelli de nova Ecclesia ab eo ipso aedificata sub titulo S. Luciae virginis, in rebus suis, ubi *Baniaria* dicitur apud Salernum. (Diploma).	a.m. A.	32	147

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCXLVII	1051	Martio	IV	33. Guaimarii	Conventio inter Ioannem Abbatem S. Sophiae Salerni, et Sipham, filiam qm. Stephani, viduam Auriundi praesbyiteri, et Griselaidam eorum filiam, de terra cum domo intra Salernum, super platea, quae ducit ad portam Rotensem.	X	26	150
MCXLVIII	1051	Martio	IV	33. Gurimarii	Adalpherius Abbas S. Maximi concedit per annos vigintinovem, terram cum *casa lignicea* super ipsum monasterium positam, Aloarae, filiae qm. Maraldi.	X	27	151
MCXLIX	1051	Martio	IV	33. Guaimarii	Coram Amato et Ioanne iudicibus, Petrus *Fasanese* cognominatus, conventionem init de quadam permutatione terrarum, de quibus aliae apud Oleastrum sitae, aliae in loco, qui *Ridilianum* vocatur, cum Audualdo comite, nomine Guaimarii principis.	X	28	153
MCL	1051	Martio	IV	10 Benedicti Pp. VIII. et 60 Basilii Imper.	(*Greca pergamena*) Basilius faber declarat accepisse ad laborandum fundum a Costantina, sua matre spirituali, et ab eius filio Ioanne.	a.a,	6	153
MCLI	1051	Aprili	IV	33. Guaimarii	Guaimarius Princeps suo diplomate donat Ecclesiae S. Felicis in finibus Lucaniae nonnulla bona ibi posita.	a.m. A.	33	155
MCLII	1051	Aprili	IV	33. Guaimarii	Astilfus, filius qm. Astilfi vendit Amori, filio qm. Ioannis Praesbyteri, tarenis auri triginta, domum in civitate *Caputaquensi*.	X	29	156
MCLIII	1051	Aprili	IV	33. Guaimarii	Traditio tarenorum auri octo, facta Ioanni, et Landoni, filiis qm. Sparani, et Gemmae eorum matri, a Dauferio, filio qm. Birini, qui ab eis recepit terram vacuam in loco Fiano sub promissione, quod, sibi restitutis futuro mense Aprili dictis tarenis octo, debeat illis terram etiam restituere.	X	30	157
MCLIV	1051	Maio	IV	33. Guaimarii	Divisio bonorum inter Mastalum, filium qm. Mansonis, cognominati Cakabella, et Mau-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					rum filium qm. Lupeni, aliosque, in loco *Veteri*.	X	31	158
MCLV	1051	Maio	IV	33. Guaimarii	Locatio molendini in flumine Lyrino positi, Potoni molitori, filio qm. Ursi, per Adalferium Abbatem S. Maximi.	X	32	160
MCLVI	1051	Maio	IV	33. Guaimarii	IoannesAbbasMonasterii S. SophiaeSalerni,una cumGemma vidua qm. Guaiferii comitis concedunt Stephano de Siano, filio qm. Leonis, terram in loco *Siano* sitam.	X	33	162
MCLVII	1051	Iunio	IV	33. Guaimarii	Ioannes Abbas Monasterii S. Sophiae, Ioanni Castaldo, filio qm. Grimualdi, aliisque dat colendam terram, quae est extra salernitanam civitatem,ubi*Dulicara* dicitur.	X	34	163
MCLVIII	1051	Augusto	IV	33. Guaimarii	Alerissus, filius Eroici una cum Tassilla donat Ioanni, filio qm.Musandi et Sikelgaitae,quae est uxor Petri clerici terram in loco, ubi *Cerbarezza* dicitur: pro qua donatione Launegild triginta septem tarenorum.	X	35	165
MCLIX	1051	Septembri	V	34. Guaimarii	Ademarius, filius qm. Petri clerici declarat terram possidere intra Salernum, subter plateam ad S. Maximum; eamque vendit Castelmanno comiti, filio qm. Adelferii.	X	36	168
MCLX	1051	Decembri	V	34. Guaimarii	Divisio bonorum, quae sita sunt in loco, qui dicitur *Marcianum*, inter Romualdum, filium qm. Racisi presbyteri,Ioannem, filium qm. Amandi, et Ioannem, qui dicitur Casalina, cum Mira eius uxore, filia Jaquinti.	X	37	169
MCLXI	1052	Ianuario	V	34. Guaimarii	Memoratorium, quo Marus et Petrus, filii qm. Petri *Mozarasa*, conveniunt de divisione bonorum quae sunt Nuceriae in loco *Barbaciano*, inter se et Mirandum, filium qm. Ioannis *Striganese* et matrem eius Sikam.	X	38	172

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCLXII	1052	Ianuario	V	34. Guaimarii	Locatio terrarum in territorio Iufunense, iuxta fluvium Picentinum, per Abbatem Monasterii Salerni, Iaquinto, filio qm. Isali, et Urso, filio qm. Raidolfi.	X	39	172
MCLXIII	1052	Februario	V	34. Guaimarii	Adalferius Abbas Monasterii S. Maximi Salerni locat Romualdo, filio qm. Ioannis clerici, terram apud Nuceriam, ubi ad *Campum Maiorem* dicitur.	X	40	174
MCLXIV	1052	Februario	V	34. Guaimarii	Memoratorium locationis terrarum, quae sunt Ecclesiae S. Crucis, constructae ante maiorem portam Castri Nucerini, Ralfo, filio qm. Ralfi.	X	41	176
MCLXV	1052	Februario	V	34. Guaimarii	Ionnes Atrianensis, filius qm. Mauri, concedit ad decem annos terras colendas quae sunt in *Mitiliano* loco, ubi *Paradisus* dicitur, Romualdo et Ioanni, filiis qm. Tauri *Della Longa*.	X	42	177
MCLXVI	1052	Februario	V	34. Guaimarii	Venditio tertiae partis de bonis Ecclesiae S. Eustasii castri *Caputaquensis*, cuidam Cristallo, filio qm. Mirinci, statuto praetio ducentorum solidorum auri ab eodem Cristallo soluto.	X	43	179
MCLXVII	1052	Februario	V	34. Guaimarii	Alpherius Abbas Ecclesiae S. Maximi apud Salernum, concedit in perpetuum Adalberto, filio qm. Ioannis, terram in loco S. Cirico, ut, omni qua decet cura, colat eam.	X	44	182
MCLXVIII	1052	Maio	V	34. Guaimarii	Risus filius qm. Ioannis et Nicolaus filius qm. Petri et Letitia uxor eius vendunt bona, quae possident in finibus *Caputaquensis* civitatis, in loco *Hortolano* dicto, Abbati S. Maximi Salerni.	X	45	183
MCLXIX	1052	Maio perperam in documento legitur Augusto	V	11. Gisulphi	Emptio bonorum stabilium, quaeNuceriae possident Ioannes, filius qm. Iaquinti et eius uxor, nomine Facta, a quodam Mirando.	X	46	185
MCLXX	1052	Septembri	VI	11. Gisulphi	Concessio terrae, quae sita est intra Salernum, facta Gri-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					mualdo Erario, filio qm. Ioannis, ad annos viginti et novem ab Alpherio, Abbate Ecclesiae S. Maximi Salerni.	X	47	186
MCLXXI	1052	Septembri	VI	11. Gisulphi	Memoratorium, quo Alpherius Abbas S. Maximi Salerni tradit Leto presbytero, filio qm. Ioannis, terram cum domo lignea.	X	48	188
MCLXXII	1052	Septembri	VI	11. Gisulphi	Ioannes clericus pro parte dominae suae Theodorae, uxoris Paldulfi, terras in loco *Apusmonte* sitas, ubi proprie dicitur *Terentu*, laborandas et colendas Ioanni Castaldeo, qui *Gagliardo* vocatur, tradit.	X	49	189
MCLXXIII	1052	Decembri	VI	11. Gisulphi	Donatio terrae in *Dufiano*, ubi *Zappalulo* dicitur, Romualdo, filio qm. Ioannis per Gaitam, filiam qm. Petri, et viduam Amoris, recipientem ob launegildum tarenos quindecim.	X	50	190
MCLXXIV	1052	Decembri	VI	11. Gisulphi	Muscatus Abbas Monasterii S. Sophiae, Nicolao presbytero et monacho, filio qm. Leontii monachi, donat integrum monasterium S. Veneris in Cilento, et proprie ubi *Corneto* dicitur, cum rebus eidem pertinentibus immobilibus et mobilibus, inter quas tres codices graecis characteribus exaratos.	X	51	191
MCLXXV	1053	Ianuario	VI	5. Leonis Pp. IX Constant. Monomachi Imp. Annos XII	Lucas Tromarcus, eiusque fratres Pancratius Nicolaus, et Candidus filii Cleptae, monasterium S. Andreae in Calabria donant Leontio, praeposito monasterii SS. Trinitatis Cavae.	X	52	193
MCLXXVI	1053	Februario	VI	11. Gisulphi	Maria, filia Ioannis, terras cum vineis in loco *Ruticino*, intra fines Cilenti, vendit Grimualdo, filio Nicolai presbyteri.	X	53	195
MCLXXVII	1053	Februario	VI	11. Gisulphi	Oblatio omnium bonorum suorum monasterio S. Magni, intra fines Lucaniae, a Maraldo, filio Cunteni.	X	54	197
MCLXXVIII	1053	Martio	VI	11. Gisulphi	Guiselmarius, vice-comes, qm. Martini filius, Ecclesiae S. An-			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					geli ad *Velansanum*, prope *Caputaquas*, vineas et terras, et nonnulla mobilia donat.	X	55	198
MCLXXIX	1053	Aprili	VI	11. Gisulphi	Donatio terrae cum domo Ecclesiae S. Maximi per Dominum Alpherium Abbatem, germano suo Castelmanno comiti. In hac charta designatur mensura pedis per latitudinem eiusdem chartae, quae latitudo 34 centimetris respondet.	X	56	200
MCLXXX	1053	Aprili	VI	11. Costantini Imp.	Adelbertus, filius Musandi, bona posita Luceriae, vendit cuidam Grimoaldo duobus tarenis aureis.	X	57	202
MCLXXXI	1053	Maio	VI	11. Gisulphi	Concessio terrae cum vinea iuxta flumen *Tuscianum* a Mirando Abbate S. Matthiae, Consilio diacono, filio Alechisii.	X	58	203
MCLXXXII	1053	Iunio	VI	11. Gisulphi	Commutatio terrarum in loco *Dufiano*, ubi *Allacastanieta* dicitur, inter Alfanum comitem, et fratres eius.	X	59	205
MCLXXXIII	1053	Iulio	VI	11. Gisulphi	Memoratorium, quo Raidolfus presbyter, filius qm. Domnelli, concedit germano fratri suo Sesamo terram apud S. Luciam Cavae.	X	60	206
MCLXXXIV	1053	Augusto	VI	11. Gisulphi	Ioannes clericus, filius Ursi presbyteri, nomine Theodorae dominae suae, viduae Pandulfi, filii Guaimarii, olim Salerni Principis, dat colendas terras ad S. Vitum, in agro salernitano, Mirando, filio qm. Romualdi.	X	61	208
MCLXXXV	1053	Augusto	VI	11. Gisulphi	Pro comodatione quinquaginta tanenorum auri Ida, vidua qm. Ioannis, filii Sesami, eiusque filii cedunt in favorem comodantis Licti, filii qm. Musantii, et Citri, filii qm. Sesami, terras, quas possidebant apud *Angrum* et proprie ubi *Arciliane* dicitur.	X	62	209
MCLXXXVI	1053	Septembri	VII	5. Pontificatus Leonis IX	De confirmatione Ecclesiae S. Nicolai de Bario, quam Nicolaus			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					quondam BarensisEpiscopus coenobio S. Trinitatis Barensis donaverat.	a.m. A.	34	211
MCLXXXVII	1053	Octobri	VII	12. Gisulphi	Oblatio suorum bonorum per Petrum, filium Rachisii, Ecclesiae S. Angeli apud *Caputaquas*.	X	63	212
MCLXXXVIII	1053	Novembri	VII	12. Gisulphi	Iaquintus donat monasterio S. Archangeli de monte *Corace* in Cilento, proprie ubi *Ancilla Dei* dicitur, terras, quas ibi possidet.	X	64	213
MCLXXXIX	1053	Decembri	VII	12. Gisulphi	Testamentum Machenolfi, filii qm. Machenolfi.	X	65	214
MCXC	1054	Ianuario	VII	43. Domni Paldolfi, et 16. Principatus Laldolfi, filii eius.	Declaratio rerum, quas Salfreda habet in loco *Baneo* apud civitatem Abellinensem.	X	66	216
MCXCI	1054	Februario	VII	12. Gisulphi	Muscatus, Abbas S. Sophiae Salerni, dat laborandam terram cum vinea in agro *Caputaquensi*, ubi a ia *Senareca* dicitur, Iaquinto, filio Manni.	X	67	216
MCXCII	1054	Februario	VII	12. Anni Imperii Constantini	Ursus Tortus et Eloisa uxor eius donant bona sua Abbati S. Iacobi de Nuceria.	X	68	218
MCXCIII	1054	Februario	VII	12. Gisulphi	Ioannes et Gaido, germani fratres, filii qm. Theodorici, vendunt terram cum domo, intus Salernum in *Plaia Montis*, Ioanni, filio qm. Lupeni presbyteri, tarenis auri sexdecim.	X	69	219
MCXCIV	1054	Februario	VII	12. Gisulphi	Diploma Amati Episcopi Poestani de confirmatione, consecratione et exemptione Ecclesiae S. Mathaei Apostoli in Lucaniae finibus, ubi ad *Duo flumina* dicitur, in favorem Theodorae *veste S. Dei Genetricis Virginis Mariae indutae*, filiae D. Gregorii romanorum ducis et consulis, viduaeque Paldulfi, filii Guaimarii principis.	a.m. A.	35	221
MCXCV	1054	Aprili	VII	12. Gisulphi	Causatio inter Landonem, filium qm. Petri, et Disium, filium qm. Petri, Barbuti, de bonis extra Salernum in loco *Locubia* sitis.	X	70	223

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCXCVI	1054	Aprili	VII	13. Gisulphi	Concessio terrae apud Nuceriam in loco *Floccanu*, Mario, filio qm. Dumnandi, et Muscato, filio Romoaldi, per Archiepiscopum Salernitanum.	X	71	242
MCXCVII	1054	Aprili	VII	13. Gisulphi	Divisio terrae et castanieti apud Meteliani fines, ubi *Castaniola* dicitur, inter Rogatam, filiam qm. Maranci, et Muczam, filiam qm. Sergii, qui dictus fuit *Ieiunus*, plerasque mulieres condominas.	X	72	244
MCXCVIII	1054	Maio	VII	13. Gisulphi	Conventio inter Maionem presbyterum, et Sicardum, fratres, filios qm. Maionis, quod in communi laborent terras, quas possident in loco *Tabelaria*, in agro Nucerino.	X	73	245
MCXCIX	1054	Maio	VII	13. Gisulphi	Domina Theodora, vidua Paldulfi, filii Guaimarii Principis, tradit terras cum vinea Riccardo, filio qm. Maionis, de loco *Tabelaria*, ut, quibusdam statutis pactis, eas colat et laboret.	X	74	246
MCC	1054	Maio	VII	13. Gisulphi	Abbas Ecclesiae S. Maximi terram intus Salernum vendit, de licentia domni Gisulfi Principis, tarenis auri quadraginta, Sandolfo, filio Godeni, et Petro, filio Constantini.	X	75	248
MCCI	1054	Maio	VII	13. Gisulphi	Eiusdem venditionis instrumentum aliud.	X	76	249
MCCII	1054	Maio	VII	13. Gisulphi	Adalpherius, Abbas Ecclesiae S. Maximi, locat Stephano, filio qm...... molendinum, aedificatum in flumine Lyrno.	X	77	250
MCCIII	1054	Iunio	VII	13. Gisulphi	Memoratorium, quo Adalpherius Abbas concedit Ioanni, filio qm. Bisantii, ad viginti novem annos, terram Ecclesiae S. Maximi, pertinentem intus Salernum, in *Plaia Montis*.	X	78	252
MCCIV	1054	Iunio	VII	13. Gisulphi	Todarus graecus vendit Constantino siculo domum ligneam, quam possidet Salerni, in loco *Rosanola*.	X	79	253

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCV	1054	Iulio	VII	13. Gisulphi	Concessio beneficii S. Mariae et S. Nicolai *ad Mercatellum*, presbytero Grimualdo per Desideum et Ioannem, comites Palatii, Iaquinti comitis filios.	X	80	254
MCCVI	1054	Septembri	VIII	13. Gisulphi	Venditio terrarum in loco *Veteri* apud *Metelianum*, facta ab Ursone et Ioanne Castaldeis, cuidam Stephano, filio Constantini, qui dicitur *Spiczacanzone*.	X	81	256
MCCVII	1054	Octobri	VIII	13. Gisulphi	Coram iudice Amato, princeps Gisulphus cuidam Dunnellae, filiae qm. Iannaci Atrianensis, dono dat terram cum vinea et castanieto apud flumen *Tuscianum* prope Salernum, *iuxta legem langobardorum, et consuetudinem romanorum.*	a.m. A.	36	258
MCCVIII	1054	Novembri	VIII	13. Gisulphi	Abbas Ecclesiae S. Maximi Salerni locat molendinum in fluvio Lyrno Constantino molitori.	X	82	260
MCCIX	1055	Ianuario	VIII	13. Gisulphi	Ioannes clericus et abbas Ecclesiae S. Mariae de Domno, terram cum domo lignea Maraldo bresbytero in censum dat ad annos viginti novem.	X	83	261
MCCX	1055	Februario	VIII	13. Gisulphi	Rottelgrimus et Petrus, filii Grimualdi comitis, terram apud flumen Tuscianum, prope Ecclesiam S. Mariae, vulgo *de Zita* dictam, vendunt Grimualdo vice-comiti, qm. Ioannis notarii filio.	X	84	263
MCCXI	1055	Martio	VIII	14. Gisulphi	Concessio terrae in loco *Priato* cuidam Musando, filio Musandi.	X	85	264
MCCXII	1055	Aprili	VIII	14. Gisulphi	Memoratorium, quo Ioannes Diaconus Ecclesiae S. Maximi in fideiussionem adsignat terram cum vinea in loco *Terme* dicto, apud Nuceriam, Aloarae, viduae Machenolfi, a qua recepit tarenos auri quadraginta.	X	86	264
MCCXIII	1055	Aprili	VIII	14. Gisulphi	Madericus, filius qm. Balsami a Nuceria, consentiente Abbate S. Sophiae Salerni, terras			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
				:	locat, in *Valentino* loco sitas, Adalpherio, filio qm. Mari.	X	87	265
MCCXIV	1055	Aprili	VIII	14. Gisulphi	Ursus De Maria in locationem ad viginti novem annos ducit terram cum domo lignea, quae bona sunt Ecclesiae S. Mariae de *Lama* intra Salernum.	X	88	268
MCCXV	1055	Maio	VIII	14. Gisulphi	Abbas Ecclesiae S. Maximi Salerni locat terram cum domibus intra Salerni moenia, cuidam Theodorico, pro censu viginti follarorum (folliculorum bombycum).	X	89	269
MCCXVI	1055	Maio	VIII	14. Gisulphi	Divisio bonorum inter Petrum et Falconem, filios qm. Ioannis Vallensis, aliosque.	X	90	270
MCCXVII	1055	Iunio	VIII	14. Gisulphi	Nonnulli homines habitatores in agro *Metiliano* dono dant duas terras Leoni Abbati Monasterii Cavensis.	X	91	272
MCCXVIII	1055	Decembri	IX	14. Gisulphi	Conventio inter Abbatem S. Maximi Salerni et Maurum Atrianensem de terris in loco *Mairano* positas, et proprie ubi *Arcella* dicitur.	X	92	274
MCCXIX	1056	Ianuario	IX	37. Principatus Beneventi Pandolfi et 9. Landolfi	Pacta de matrimonio contrahendo inter Gustabilem, filium Garofani, et Mariam, filiam qm. Stephani.	X	93	274
MCCXX	1056	Ianuario	IX	14. Gisulphi	Concessio beneficii S. Nicolai de *Priato* presbytero Petro, filio Ioannis, ab Abbate Ecclesiae S. Maximi de Salerno.	X	94	275
MCCXXI	1056	Februario	IX	14. Gisulphi	Donatio terrarum in castro nucerino ubi Arenula dicitur, Basso, filio qm. Nucerini, a Bernardo et Ioanne, filiis qm. Garofani.	X	95	277
MCCXXII	1056	Februario	IX	14. Gisulphi	Truppualdus abbas Ecclesiae S. Mariae Salerni, Alfano clerico, filio qm. Ademarii, locat terram cum domo intra Salernitanam civitatem.	X	96	280
MCCXXIII	1056	Februario	IX	14. Gisulphi	Divisio terrarum in Casali Veteri inter Ursum et Ioannem,			

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
					filios Ioannacei Castaldei, et haeredes Mauri.	X	97	282
MCCXXIV	1056	Martio	IX	15. Gisulphi	Oblatio bonorum in loco *Cerro Lupo* intra Cilenti fines, monasterio S. Archangeli de monte Corace per Marinum, filium qm. Ioannis, indutum religionis habitum.	X	98	288
MCCXXV	1056	Martio	IX	15. Gisulphi	Divisio bonorum in Lucaniae finibus, inter Landolfum, filium qm. Sichenolfi comitis et fratres suos.	X	99	290
MCCXXVI	1056	Aprili	IX	15. Gisulphi	Dumnellus, filius qm. Iaquinti notarii, vendit Leoni, filio qm. Stephani, terram intra Salerni moenia, et prope Ecclesiam S. Maximi.	X	100	290
MCCXXVII	1056	Aprili	IX	15. Gisulphi	Ursus, filius qm. Nicolai, commorans in pago *Camilla*, in Cilenti regione sito, se bonaque sua monasterio S. Archangeli de monte Corace offert.	X	101	291
MCCXXVIII	1056	Iunio	IX	15. Gisulphi	Memoratorium, quo Ursus, filius qm. Maraldi, declarat locasse terras, quas Dauferius, filius qm. Sichenolfi, possidet in Lucania, et proprie ubi *Lustra* dicitur.	X	102	293
MCCXXIX	1056	Iunio	IX	15. Gisulphi	Ioannes, filius qm. Guariboti, in locationem ducit ad annum unum, molendinum in Lyrno flumine.	X	103	294
MCCXXX	1056	Iunio	IX	15. Gisulphi	Praeceptum, utili annulo insignitum, quo Petrus filius qm. Ursi vendit Ioanni, Petro et Romualdo, filiis qm. Petri vicecomitis, terras, quas possidet iuxta flumen *Tuscianum*.	X	104	295
MCCXXXI	1056	Iunio	IX	15. Cisulphi	Abbas S. Mariae de Mari Salerni concedit ad viginti novem annos terram intus Salernum in regione iudaica, Samueli et Ananiae, filiis Iudae hebraei, pro censu tarenorum auri viginti sex, et duorum cingulorum iudaicorum, in Pascha Resurrectionis Domini.	X	105	298

Numerus	A. D.	Mensis	Indictio	Nomen et Anni Principis	Membranae Summarium	Arca	Numerus	Pagina
MCCXXXII	1056	Augusto	IX	15. Gisulphi	Locatio ad decem et novem annos per dominam Theodoram, filiam Gregorii consulis et ducis romanorum, terrae extra portas civitatis Salerni, cuidam Ioanni, filio Euphimii graeci.	X	106	300
MCCXXXIII	1056	Augusto	IX	15. Gisulphi	Muscatus, Abbas S. Sophiae de Salerno, laborandas tradit terras in montana sitas prope rivum *Anguillarium*, Petro, filio Maionis.	X	107	301
MCCXXXIV	1056	Decembri	X	15. Gisulphi	Donatio bonorum coram Rotelgrimo comite et iudice per Iaquintum, filium Ioannis Castaldei, Aunito, filio Risi.	X	108	302

CODEX CAVENSIS DIPLOMATICUS

MLVII

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et hoctabo anno principatus eius capue, et septimo anno ducatus illius amalfi et sirrentu, et quarto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eius filii eximii principis et ducis, et tertio anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense ianuarius, quartadecima indictione. Ante me iohannem iudicem coniunti sunt leo, et urso, et lupenus, et iohannes germani et filii quondam iannaci atrianensis, qui dictus est curiale, cum leo, et mauro, et sergi germani et filii quondam marini curiale, et per ipsi filii iannaci ostense sunt scripte, et ipse scripte legere feci, et qualiter ipsi filii iannaci dibiserunt rebus que commune abunt cum ipsi filii marini foras ac cibes in locum beteri, et fecerunt inde due sortes: primitus quidem dibiserunt terra et binea illorum de eodem loco in quod cammare et turre est et alie fabrike, et dibiderunt illut in due sortes, una sors fecerunt inde in partem occidentis et alia in partem orientis. Ipsam sortem a parte occidentis abet fines et mensuras: a parte septemtrionis fine media sepe, iusta ipsa sepe sunt passi biginti duo, abinde rectum abiente in partem meridie inter ambo ipse sortes usque in facie de muro abiente rectum in partem orientis per medium ipsum muro mensurate per facie de ipsum muro in partem orientis passi sex, usque facie de parietem de ipsa cammara; hab inde a medio ipso muro abiente in partem orientis inter ambe ipse cammare usque facie a foras de parietem de ipse cammare abinde rectum abiente in partem meridie per facie de parietem de ipse cammare, et laxante ipsum parietem et pergentem in partem meridie rectum usque in ripa que est super mare: ab ipsa parte meridie fine ipsa ripa: a parte occidentis fine media sepe et limite, qualiter ascendit usque in priore fine. Et adiunserunt in ista sorte tota terra et binea, que comune abunt in eodem loco in quod cammara vetusta est, et de una parte coniuntum est ad bia que ascendit da platamone: de totum istud fecerunt ipsi filii hiannaci esse primam sortem cum bice de bie sue. Ipsa halia sorte fecerunt partem illam da oriente de illut, in quo ipse cammare et turre

est, et abet fines: da parte septemtrionis fine media sepe et mediam parietem fabritum, sicut rebolbit et badit in partem orientis usque in ripa: a parte orientis et a parte meridie fine ripe que sunt super mare: a parte occidentis fine ipsa priore sorte, sicut rebolbit per medio ipso muro et inter ambo ipse cammare et rebolbit in parte meridie per facie de ipso parietem de ipse cammare, qualiter dixerunt. usque in ipsa ripa. Et adiunserunt in ista sorte tota terra et binea et silba illorum de eodem loco, que habunt a lu stafflilu, et de pede coniuntum est ad flubio beteri, et de super capite coniuntum est ad bia pulpica. Et adiunserunt in ista sorte tota terra et binea illorum que commune abunt in locum bosanola, que est subtus et propinquo ecclesie sancti angeli, et de una parte coniuntum est ad bia pulbica. Et adiunserunt in ista sorte tota rebus illorum, quam communem abunt in locum passciano: de totum istut fecerunt esse ipsi fili hiannaci aliam sortem cum bice de bie sue. Tantum illis et illorum heredibus, qui ipsam sortem da parte occidentis compreenserit, dent bice de bia had illis et ad illorum heredes qui ipsam sortem da parte orientis compreenserit, et flant ipsa bia per capite de ipsa sorte da parte occidentis iusta ipsa sepe, ubi sunt mensurati ipsi biginti duo bassi, et flant ipsa bia latitudo in omni loco passum unum, ut omni tempore inde ingrediant et regrediant cum omnis illorum congruitatis iusta ration illis et illorum heredibus, qui ipsam sortem da parte orientis compreenserit. Et illis et illorum heredes, qui ipsam sortem da parte occidentis compreenserit, semper potestatem abeant fodere et sepulcra facere in capite de ipsa rebus de bosanola, et ponere ibi omini hillorum defunti propinque ipsa ecclesia; et quale pars de ipse sortes perdiderint, absque colludium unus alterum inter se illis et illorum heredes per partem exinde restaurare iusta ratione: suprascripta mensura mensurata fuit ad iusto passum ominis. Et cum fuerunt lecte ipse scriptiones, prius inde conprenserunt ipsi filii marini ipsam suprascriptam priorem sortem, qualiter illam fecerunt esse primam sortem. Et ipsi filii iannaci comprenserunt ipsam secundam sortem, qualiter illam fecerunt esse secundam sortem: hec sortes per partes inter se compreenserunt et tradiderunt cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis et cum bice de bie sue, pars partium illis et illorum heredibus suam sortem abendum et faciendum per partes unusquisque de sua sorte, qualiter illas superius compreenserunt, omnia quod boluerint. Et guadia ipsi filii iannaci. leo, et urso, et iohannes, et lupenus ipsorum filii marini, leo et mauro et sergi dederunt et fideiussorem eorum posuerunt iohannes atrianensis filius quondam iohanni pilusini; et per ipsa guadia etc. *Statuta mulcta centum auri solidorum constantinianorum.* Et taliter te romoaldum notarium scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MLVIII

A. D. 1046

Aliud exemplar prædicti Instrumenti.

MLIX

A. D. 1046

† In nomine domini vigesimo hoctabo anno principatus salerni dom ni nostri guaima ri, et hoctabo anno principatus eius capue, et septimo anno ducatus illius amalfi et sirrenti, et quarto anno suprascriptorum principatuum et ducatus domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et tertio anno ducatus illorum apulie het kalabrie, mense ianuarius, quartadecima indictione. Memoratorium factum a me domnus iohannes gratia dei abbas monasterii sancte sofie, quod a nobo fundamine construxit quondam guaiferius comes in rebus intus cibitate salerno, eo quod ante subscripti testes per combenientia pro bies ipsius monasterii et pro-bice domne gemme que fuit uxere supradicti guaiferii, tradidit dominici filio quondam petri de locum barbacianum una pecie de terra pertinentem ipsius monasterii et iamdicte gemme, quod abet infra fines de nucerie, ubi at pecte dicitur, que est per ec finis et men-sure: a subtemtrione fine bia stabiana, passi duodecim, et de alie tribus partibus fine iamdicti monasterii et iamdicte gemme: ab oriente passi duocenti quinquaginta quattuor: a meridie passi biginti sex: ab occidente passi duocenti biginti quattuor, totum mensuratum at iuxto passum ominis inclitum illut per iamdicte finis et mensnre ego iamdictus abbas pro bice ipsius monasterii et iamdicte gemme ipsius dominici at pastenandum arbustum tra-didit cum omnia infra se abentes et cum bice de bia sua, tali ordine, ut amodo et omni tempore at sua et de suis heredibus et ominibus, quod illut ibi miserit at lavorandum, sint potestatis illut tenere, dominare, fobee et omnis sue utilitatis iuxta rationem ibidem faciant, et eos illut lavorare, pastenare, ubi meruerit, arbores et vites illut ibidem pastenare, sicut locus ipse meruerit, ut in melius proficiant et non dispereant. Sic namque, ut completi amodo et usque duodecim anni completi ibidem abeant arbnstum vonum factum et surtum, sicut meruerit; et amodo et usque se complunt decem anni, quantum binum inde exierit,

illut sibi abeant; et da ipsi decem anni in antea per omnis annum per tempore de bindemie faciant ille het suos eredes, nos vel partibus predicti monasterii et iamdicta gemma et suos eredes, ut ibidem dirigamus missum nostrum et illut bindemiare, het binum quod inde exierit, per medietatem nobiscum illut dibidere: ipso missum nostrum tollat medietatem, et illut medietatem; et ipsa nostra medietate de ipso binum illut atducant salbum usque at cellario ipsius monasterii et iamdicte gemme, quod abet in locum barbaciano da ipso mercatu in subto. Et mitdant ipso binum in organea nostra, que per illut flat conciatum, sicut meruerit, sequentes binum quod ibidem miserit, et ipso missum nostrum illut nutricare, sicut iuxtum fuerit, et palmentaticum ei deant iuxta rationem, et de quod ibi seminaberint, deant nobis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore ille het suos eredes de ipsa tradictione in iamdicto ordine tenere noluerint, aut non potuerint, liceat ille het suos heredes inde exire cum omnis causa sua mobilia, et ipsa tradictio lavorata et cultata vona et surta remittant ad partem predicti monasterii et ad ipsa gemma et at suos eredes. unde pro taliter per vona convenientia, et una mecum exet atvocatorem predicti monasterii, guadia nobis ipse dominicus dedit et mediatorem nobis posuit iohannes filius iohanni tralopuli per absolutionem ipsius genitoris eius; et per ipsa guadia etc. *Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum.* Quod scripsi ego petrus protonotarius.

† Ego iohannes.

MLX

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni nostri Guaimarii, et octabo anno principatus eius capue, et septimo anno ducatus eius amalfi et surrentum, et quarto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principi et ducis, et tertio anno ducatus illorum apulie het kalabrie, mense februarius, quartadecima indictione. Memoratorium factum a nobis ademari filio quondam grimoaldi et amatus filio quondam petri, qui sumus thio et nepotes, eo quod ante subscripti testes per conbenientia tradidit nobis mulier nomine aloara que fuit uxore quondam laidolfi comitis et filia quondam truppoaldi comitis, et una cum illa exet Iohannes comes germano

suo pro bice sua et de filie sue femine, una pecia de terra illorum pertinentem quod abet in locum nucerie, ubi gorga lupeni dicitur, quod est per ec finis et mensure: a sebtemtrione fine illorum, passi quadraginta septem: ab occidente fine illorum, passi sexaginta quadtuor: ab oriente fine bia, passi sebtuaginta octo minus cubita dua· rebolvente a parte sebtemtrionis usque priora fine inde passi nobem; totum mensuratum at iuxto passu ominis. ec vero predicta pecia de terra cum arbustis per iamdicte finis et mensure cum omnia infra se abentes et cum bice de bia sua ipsa iamdicta mulier, una cum ipse comes, inclitum illut nobis tradidit, tali ordine, ut amodo et omni tempore at nostra vel de nostris eredibus et ominibus, quod ibidem miserimus, sint potestatis illut eos tenendum, dominandum, fobee, omnis nostre utilitatis iuxta rationem ibidem faciamus, et eos illut pastenemus, ubi meruerit, arbores et bites, et propaginemus; et sic totum illut lavoremus de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut in melius proficiant et non dispereant; et si in ipsa traditione voluerimus cludere, unde nobis abtum fuerit, potestatem illut abeamus clusamen facere, quale voluerimus. Et per omnis annum per tempore de bindemie faciamus nos et nostri eredibus scire ipsa iamdicta aloara et suos eredes, ut ibidem dirigat missum suum, et nos illut rationabiliter illut vindemiemus, et binum quod inde exierit, per medietatem at palmentum inter nos dibidamus: nos tollamus medietatem et illut medietatem; sortionem suam de ipso binum nos illut portemus salbum usque at cellario suo, quod abet in dicto locum nucerie, ubi a la statua dicitur, et midtemus ipso binum in organeo illorum qui per nos flat conciatum vonum, sicut meruerit, sequentes binum quod ibidem miserimus, et ipso missum nutricemus, sicut iuxtum fuerit, et palmentaticum ei demus, sicut meruerit; et de quod ibidem seminaberimus, demus inde ei terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et quale tempore nos et nostris eredibus ipsa traditione in iamdicto ordine tenere noluerimus, aut non potuerimus, liceat nos et nostris eredibus, vel omines quod ibi miserimus, inde exire cum omnis causa nostra mobilia, quod ibidem abuerimus, et ire cum illut ubi voluerimus, et ipsa tradictio lavorata et cultata vona et surta remidtamus at potestate sua et de suis eredibus. Unde pro taliter per combenientia guadia nobis dedit mastalus clericus minister illorum per demandationem et absolutionem ipsorum iohanni comitis et de ipsa sorore sua, et mediatorem nobis posuit rothari filium quondam iohanni de nucerie; et per ipsa guadia etc. *Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum*. Quod scripsi ego petrus protonotarius.

† Ego Guisenolfus.

† Ego mirandus.

MLXI

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et octabo anno principatus eius capue et ducatus amalfi, et septimo anno ducatus illius sirrentu, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximi principis et ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense aprelis, quartadecima indictione. Ego Alferius diaconus archipresbiter et abbas filius quondam alferi comitis ante testes ad tenendum et laborandum tradidi petri filio quondam ursi ardingu et iaquintu riczu filio quondam petri abitatori de loco nuceria res pertinentes ecclesia sancti maximi que abet in loco angre, ubi casamabele dicitur, que est res ipsa per as fines et mensuras: a parte orientis fine rebus ipsius ecclesie unde bia fuit, inde sunt passi centum nonaginta quadtuor usque bia que modo se anda, et per ipsam biam pergente in partem meridie usque alia bia publica, sunt inde passi quadraginta quinque: a parte meridiei fine ipsius ecclesie, sunt inde passi centum quattuordecim: a parte occidentis rectum mensurati passi septuaginta unum, et ab inde rebolbente rectum in ipsa parte occidentis et exiente usque ad finem de eredes domni arechisi sunt inde passi nonaginta quattuor, et abinde pergente in partem septemtrionis per finem ipsius ecclesie sunt passi octoginta quattuor: a parte septemtrionis fine ipsius ecclesie, inde passi centum sebtuaginta quattuor mensurati ad iusto passum omini. Inclitum ego ipsorum suprascripti petri et iaquinti tradidit illut per suprascripte finis et mensure, tali ordine, ut amodo et semper, natos nasscentes, illorum et de illorum heredes sint potestatis illut tenendum, fobee et omnis illorum utilitatis ibi faciant iuxta rationem, et casa lingnitia ibi illis faciant et abeant bona sicut meruerit, clusa et cooperta, et semper illis vel illorum eredes ibi residere et abitare, et semper per omnes annos abto tempore illis ipsa traditione laborare de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, et ubi meruerit, per omnis annum arbores et bites de bono bitineo plantare, et, ubi meruerit, per omnis annum illut propaginare, et, ubi meruerit, totum illut cludere et semper clusum et salbum illut abere, ut per omnis annum bonum paread laboratum et studiatum, ut semper proficiant et non dispereant, tantum illis vel illorum heredes integra ipsa tradictione a completi octo anni, ut amodo se compleant, assingare michi vel ad partem eiusdem ecclesie integra ipsa traditione surta de arbustum bonum bitatum ed operatum; et, ubi meruerit, clusum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, abinde in antea semper illis vel illorum heredes integra suprascripta traditione illis illam laborare de super et de subter, ut semper proficiant et

non dispereant, et per omnis annum illis illut salbum abeant et potestatem abeant lilis in ipsa traditione omines ad laborandum mictere, qualiter voluerint. Et amodo et semper per omnis annum illis vel illorum heredes per tempore bindemie faciant me vel pars ipsius ecclesie scire, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et illis assingnare ad ipso missum ipsa tradictione salba, sicut meruerit; et si illis illut vindemiare abto tempore ibique ad palmentum et ipso binum dibidere per medietatem, ipso missum tollat illut medietatem et illis medietatem, faciendum pro parte de sua sorte quod boluerit: sortio de pars predicte ecclesie illis illut reponat in organea, que illorum assingaberimus, et per illis ipsa organea semper fiant bona conciata et studiata, et intus ipsa casa posita et ipso binum salbum faciant, dum illut inde tulerimus, absque degeneratione et ingne, et quicquit ibi seminaberint, sibe si boluerint in pars septemtrionis in paduli que ipsa ecclesia que ibi abet, seminare sibe ortora boluerint facere, potestatem abeant, et de ipsa tradictione et de ipsi paduli deant inde michi vel in pars predicte ecclesie ibique ad airam terraticum secundum consuetudo de ipso locum: tantum per tempore de aire faciat nos scire per omnis annum pro recipiendum ipso terraticum, ut ibi dirigamus missum nostrum et semper, quando boluero, ego potestatem abeamus ibidem pergere pro requirendum ipsa rebus, sibe ego, sibe pars ipsius ecclesie; et per bindemie, donec ibi steterit pro ipso bino recipiendum et per tempore de aire, dum pro ipso terraticum ibi steterit, et quando ego ibi perrexero, qualiter dixi, illis nos nutrire, sicut meruerit et fuerit illorum possibilitate, et palmentatica et airatica ad ipso missum dare per omnis annum secundum consuetudo de ipso locum, et quanti caballi et omini mei per ipsa tempora ibidem direxerimus, illis eum notrire, sicut meruerit, et ipsi caballi sui nutriemus ad ordeum et palea sicut meruerit; tantum ab ipsi octo anni completi, quale tempore illis vel illorum eredes integra ipsa tradictione tenere et laborare noluerint, inclita ipsa tradictione operata et surta de bono arbustum, et, ubi meruerit, clusa remictant ad pars predicte ecclesie, faciendum que boluerit, inde et cum ipsa casa et organea et palmentum totum bonum sicut meruerit, et licead illis inde exire cum omnis illorum causa. Et guadia michi ipsi suprascripti petri et iaquinti dederunt, et fideiussorem michi posuerunt cicerus ardingum de eodem loco filius quondam iohanni; et per ipsam guadiam obligaberunt se et illorum heredes, ut si omnia suprascripta michi vel in pars predicte ecclesie non adinpleberint, et de suprascripta aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia obligaberunt se ipsi petrus et iaquintus et illorum heredes componere michi, vel ad meos successores, vel in pars predicte ecclesie centum auri solidos constantinianos, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

MLXII

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et octabo anno principatus eius capue et ducatus amalfi, et septimo anno ducatus illius sirrentu, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius fili eximi principis et ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense aprelis, quartadecima indictione. Memoratorium factum a nobis petrus filius quondam ursi ardingum et iaquintu ricza filius quondam petri abitatori de loco nuceria. Ante testes ad tenendum et laborandum tradidit nobis domnus alferius diaconus archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, quod est dominium ipsius ecclesie, res pertinente eiusdem ecclesie que abet in locum angre ubi casamabele dicitur, que est res ipsa terra cum arbustum et est per finis et mensuras. A parte orientis fine rebus ipsius ecclesie, unde bia fuit, inde sunt passi centum nonaginta quattuor usque bia que modo se anda, et per ipsa bia pergente in parte meridie usque alia bia pulbica sunt inde passi quadraginta quinque; a parte meridie fine ipsius ecclesie, sunt inde passi centum quattuordecim: a parte occidentis rectum mensuratum passi septuaginta unum: abinde rebolbente rectum in ipsa parte occidentis et exiente usque ad fine de heredes domni arechisi, sunt inde passi nonaginta quattuor, et abinde pergente in parte septemtrionis per fine ipsius ecclesie sunt passi octaginta quattuor: a parte septemtrionis fine ipsius ecclesie, inde sunt passi septuaginta quattuor mensuratum ad iusto passum omini. Inclitum illut per suprascripte finis et mensuras ipse domnus abbas nobis tradidit tali ordine, Ut amodo et semper, natos nascentes, nostra et de nostris heredibus sint potestatis illud tenendum, fobee et omnes nostre utilitatis ibi faciamus iusta ratione, et casa lingnitia ibi faciamus bona, sicut meruerid, clusa et cooperta, et semper nos vel nostros heredes ibi resideamus et abitemus, et semper per omnes annos abto tempore ipsa traditione laboremus de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, et, ubi meruerit, per omnes annum arbores et bites de bono bitineo ibi plantemus, et, ubi meruerit, illut propaginemus et, ubi meruerit, totum illut cludamus, et clusum et salbum illut abeamus, Ut per omnis annum bonum paread laboratum et studiatum, et ubi meruerit clusum, Ut semper proficiant et non dispereant; tantum nos vel nostros heredes integra ipsa traditione a completi octo anni, ut amodo se compleant, abeamus et assingnemus illam ipsius abbate, vel in pars ipsius ecclesie tota ipsa traditione surta et operata de arbustum bonum et, ubi meruerit, clusum,

sicut de tantos annos locus ipse meruerit, ab inde in antea semper nos vel nostros heredes integra ipsa traditione laboremus de super et de subter, ut semper proficiant et non dispereant, et per omnis annum salbum illut abeamus, et potestatem abeamus omines ibi ad laborandum mictere, qualiter boluerimus. Et amodo et semper per omnis annum nos vel nostros heredes per tempore de bindemie faciamus scire ipsum domnus abbas vel pars predicte ecclesie, Ut ibi dirigat missum suum et nos assingnemus ei ipsa tradictione salba, sicut meruerit, et sic illam nos bindemiemus abto tempore ibique ad palmentum, et ipso binum dibidamus per medietatem: ipso missum nostrum tollat inde medietatem, et nos medietatem, faciendum per partes de sua sorte quod boluerint: sortionem ipsius ecclesie nos illut reponamus in organea illorum quam nobis assingaberint, et per nos ipsa organea semper flant bona conciata et studiata, et intus ipsa casa posita et ipso binum salbum faciamus. dum illut inde tulerit absque degeneratione et ingne, et quicquit ibi seminaberimus, sibe si boluerimus in pars septemtrionis in paduli que ipsa ecclesia ibi abet, seminare sibe ortora facere boluerimus, potestatem abeamus, et de ipsa traditione et de ipse paduli demus inde pars ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudo de ipso locum ibique ad aira; tantum per tempore de aire faciamus scire ipsum domnus abbas vel pars predicte ecclesie, ut ibi dirigat missum illorum pro recipiendum ipso terraticum et semper quando boluerit ipse domnus abbas cum omini sui ibi pergere, potestatem abeant ibidem pergere pro requirendum ipsa rebus, et per omnes annum per bindemię et per aire, dum ibi steterit ipso missum pro recipiendum ipso binum, et ipso terraticum dum ibidem steterit pro illut recepiendum, et quando ipse domnus abbas ibidem perrexerit, qualiter diximus. nos illis nutriemus, sicut meruerit et fuerit nostra possibilitate, et caballi sui et ipsi omini, que cum eum perrexerit, ipsi caballi nutriemus ad paleam et ad ordeum, sicut meruerit, et per omnis annum palmentatica et airateca ad ipso missum demus secundum consuetudo de ipso locum: tantum, quale tempore ab ipsi octo anni completi, si nos vel nostros heredes ipsa tradictione tenere et laborare noluerimus, inclita ipsa traditione operata et surta, et ubi meruerit, clusum arbustum bonum remictamus ad illorum potestate, pars predicte ecclesie cum ipsa casa et organea ipsa et palmentum totum bonum sicut meruerit, et licead nos inde exire cum omnis nostra causa, et obligavit se ipse domnus abbas et successores suos et pars predicte ecclesie semper defendere nobis et ad nostris eredibus integra ipsa tradictione, dum illut tenuerimus, qualiter diximus, da omnis omines cum bice de bia sua. Et guadia nobis ipse domnus abbas dedit et fideiussorem nobis posuit maraldus clericus filius quondam laquinti comiti; et per ipsa guadia obligavit se ipse domnus abbas et successores suos et

pars predicte ecclesie etc: *Statuta mulcta centum auri solidorum constantinianorum*. Quod scripsi ego romualdus notarius.

† Ego alferius nominatus diaconus archipresbiter et abbas

† Ego petrus presbiter et primicericus

† Ego basso subdiaconus.

MLXIII

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni nostri guaimari, et octabo anno principatus eius capue, et dux eius amalfi, et septimo anno ducatus eius surrentum, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius fili eximii principi et ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie het kalabrie, mense aprelis, quartadecima indictione. Memoratorium factum a me lidto filio quondam musandi, eo quod ante presentia petri iudici et ante alii testes coniuntus sum at vona combenientia cum sesamus thio meus filius quondam....... presbiteri at dibidendum cum illut due case fabrite in solario lebate, quod abemus ab intus castello firmamento nucerie, quod sunt coniuncte una in parte orientis coniuncta at fine platea, et alia in parte occidentis at fine alia platea, in quo ibi scale fabrite abemus, et inter ambe iste case ibidem edificatum abemus uno muro, unde fecimus una sorte inclita ipsa casa subter et super quod supra diximus: da parte orientis coniuncta ab ipsa platea, et alia sorte fecimus de ipso solariu suprano de ipsa casa da parte occidentis at fine ipsa platea, unde prius conpreensit ipse sesamus tota et integra ipsa casa subter et super da parte orientis, et ego nominatus lidto compreensit inclitum ipso solarium supranu de ipsa casa da parte occidentis. Simulque et dibidimus ipso katodeum de ipsa casa suprana, et fecimus exinde due sorti par equalis mensura: una fecimus in parte occidentis et alia socia fecimus at parte orientis coniunctum at ipso muro, qui est inter ipse case, unde prius compreensit ego lidto da parte occidentis erga ipsa platea, et ipse sesamus compreensit ipsa socia da parte orientis coniunctum ad ipso muro et casa, quod superius illut compreensit. Ec sortes, qualiter superius fecimus et per partes compreensimus, cum omnia infra se abentes et cum bice de platee het andita sua et cum omni sua pertinentia unusquisque sue sortionis abendum, dominandum, possidendum, et

omnia exinde faciendum per partes quod voluerimus, sine unus alter ex nobis vel de nostris eredibus contrarietate, vel requisitione. unde in eo ordine per vona combenientia guadia michi ipse sesamus dedit et mediatorem michi posuit raccu filius quondam iohanni fricennese; et per ipsa guadia obligavit se het suis eredibus, quod si taliter omnia suprascripta michi meique eredibus non adinpleverint, et in suprascripta dibisione firmiter non permanserit, per ipsa guadia componere obligavit se het suis eredibus michi meique eredibus quinquaginta auri solidos constantinianos: preter tantum, si unus ex nobis vel de nostris eredibus de sua sortione legibus perdiderit absque colludio. tunc inter nos exinde restauremus per iamdicta guadia et pena obligata. Quod scripsi ego petrus protonotarius qui interfui.

† Ego qui supra petrus.

MLXIV

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus Salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et octabo anno principatus eius capue et ducatus Amalfi, et septimo anno ducatus illius sirrentu, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense aprelis, quartadecima indictione. Ante me amatum iudicem coniuncti sunt urso filius quondam leoni, et romoaldus filius quondam iaquinti propter causationibus quod ante os annos ipse ursus cum ipsum romoaldus causabit, Ut ipse romoaldus malo ordine introisset in rebus pertinentibus eidem ursi, que abet in loco pastorano, et lirno, et sepes inde rupisset et fobee ibidem fecisset, et frudium inde tulisset, et rebus ipsa ei contrasset. Ipse romoaldus dixerat, Ut in predictis locis pastoranu et lirno plures rebus abere, set nescire de quale rebus cum eum causaret; ego inter eis iudicabi et illis guadiare feci pariter ad ipsa rebus pergere cum iudicem et notarium, et ipse urso monstrarent eidem romoaldi de quale rebus superius cum eum causabi, et per partes plicarent se cum suis rationibus et secundum legem inter se inde finem facerent. Et ego, et illis, et notarius ad ipsa rebus perreximus, et per ipsum ursu monstratam fuit ipsa rebus, et per partes ostederunt singula iudicata de suprascripte causationibus, ubi ego testatus sum, et ipse urso ostedi inde

tres cartule. Prima cartula continet; Vicesimo quinto anno principatus domni gisolfi, mense nobember, prima indictione. Et qualiter poto et alfanus germani filii quondam potefrit tradiderat terra illorum bacua, que abebat iusto flubio lirno ad iohannes qui giczulo bocatur filius mirandi molinator, ad pastenandum terra ipsa binea usque ad nobem annos completi per finis et mensuras; de una parte fine bia, inde latitudo passi biginti octo; de alia parte fine friderisi et radoaldi germani cuidam pandoni, sunt inde in medio loco passi biginti duo; et de super capite fine ipse ripe, sunt inde passi biginti quattuor; et de pede fine erga ipso flubio, inde passi biginti sex; et de alia quidem parte da fine supradicti friderisi et radoaldi erga ipso flubio exiente in ipso poiu da supradicta bia, que discernit da exdicta fine friderisi et radoaldi, et perbadit in predicte ipse ripe, inde passi biginti et uno. Ec vero terra, qualiter superius finis et mensurie posite sunt, totum licead ipse iohannes et eius heredes ipsa terra quantum inde potuerit, pastenare binea de bono bindineo; et si cannietum vel salicetum ibidem ipse iohannes pastenaberit, per medietatem illut inter se dibidere, ipsi germani medietatem et ipse iohannes et suos heredes medietatem, sicut ipsa continet, scripta cartula ipsa per antipertus notarius; et ibi sunt scripti landenolfus et ermetangus et pando. Secunda de ipse cartule Continet: quadragesimo tertio anno principatus domni gisolfi, et primo anno principatus domne gemme uxori eius, et domni paldolfi obtato filio eorum, mense agustus, tertia indictione. Et qualiter petrus diaconus filius potoni et leo et garofalus, qui fuerunt congnati generi alfani, qui fuit germanus predicti potoni, dibiserat suprascripta ipsa terra, que ipsum brebem continet, cum ipsum iohannes, et statim ipse iohannes dibididit illut de ipsa binea fecerat due sortes. Una in pars occidentis et alia in pars orientis; similiter et dibiderat ipsa terra cum cannietum et salicetum. Una sorte fecit in pars meridie et alia in pars septemtrionis. Unde ipse petrus diaconus, et poto, et leo, et garofalus comprenserunt sortionem de ipsa binea, partem illam ab occidente, et de ipsa terra cum cannietum et salicetum compreenserunt partem illam a meridie; et ipsius iohanni tradiderunt inde in sorte de ipso cannietum et salicetum, partem illam a septemtrione, et de ipsa binea tradiderunt ei in sortem partem illam ab orientis per finis et mensurie. A pars orientis fine supradicta bia, inde passi biginti sex: A pars meridie fine ipsorum congati et predicti petri diaconi, inde passi quinquaginta; de super parte a septemtrione fine iohannis filii rodelchisi et constantini filii iaquinti, inde passi quinquaginta: ob occidente fine ipsa sortione ipsorum congati et petri diaconi, inde latitudo passi sedecim, mensurati ad iusto passum omini, sicut ipsa cartula continet: scripta cartula ipsa per iaquintus notarius, roborata per iaquintus et petrus. Tertia cartula continet: Vicesimo sexto anno principatus salerni suprascripti domni nostri guaimarii, et sexto anno principatus eius capue,

et quinto anno ducatus illius amalfi et sirrentu, Et secundo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eius filii eximii principis et ducis, et primo anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense ianuarius, duodecima indictione. petrus atrianensis filius bibi clarificaberat, quoniam ei pertinerat ab ipsum genitorem et genetrice sua rebus a foras hanc cibitatem in locum lirno, et ipsius genitori suo pertinerat ab ipsum petrus archipresbiter filius exdicti potoni et a dauferii filii radelchisi, et a mulier nomine landelsenda filia quondam unoala et uxor predicti dauferii; et ipsa terra est cum binea et cannietum uno teniente, et est per finis, sicut ipsa cartula continet, et postea ipse petrus ante ademari comes et iudex, ipse petrus filius bibi suprascripta rebus venumdedi predicto ursi filio leoni, per suprascripte finis, que ista tertia cartula continet: ab oriente fine ipsa bia que pergit ad pastorano; a meridie fine de ipsa heredes friderisi et radoaldi, ab occidente fine ipso flubio lirno, a septemtrione fine de heredes exdicti constantini. Tantum infra predicte finis exsceptuaberat exinde quod ipsius ursi non benumdederat ipsa suprascripta pecia de terra cum binea, que est per longitudo da ambobus latera ipsi quinquaginta passi, et per latitudo erga ipsa bia da parte orientis, ipsi biginti sex passi, et a parte occidentis ipsi sedecim passi, quod ipsius iohanni in sorte obbenit, qualiter supra dixi: simulque et ex sceptuaberat inde ipse petrus filius bibi quod ipsius ursi non benumdederat tota sortione de ipso cannietum et salicetum, quod superius ipse iohannes in sorte compreensi, qualiter supra dixi; nam ipso aliut ipse petrus filius bibi ipsius ursi venumdederat, sicut ipsa cartula continet, que scripta est per romoaldus notarius, et ibi scriptum ipsum ademari iudex. Modo autem sunt coniuncti finem inde faciendum; set antequam per legem illut inter se finirent, orta est inter illis convenientia: ipse urso manifestabit ipsius romoaldi de ipsam sortionem, quod ipsius iohanni filii mirandi, qui fuit abus predicti romoaldi, in sorte obbenerat, qualiter suprascripto brebem dibisionis continet, que est per longitudo de ambobus latera sunt passi quinquaginta, et per latitudo a parte orientis per ipsa bia passi biginti sex; et da parte occidentis passi sedecim. Similiter et ipse urso manifestabit ipsius romoaldi de ipsa sorte, quod ipse iohannes compreensit de ipso cannietum et salicetum, qualiter ipsum brebem dibisionis continet, ut semper ipse romoaldus et grimoaldus germani suo, et illorum heredes, securiter habere ipsa illorum sortiones, qualiter ipse abio illorum in sorte compreensit per ipsum brebem dibisionis, absque omni contrarietate ipsius ursi et de illius heredes. Et ipse romoaldus manifestabit ipsius ursi da ipsa mensura in parte occidentis et in parte meridie, qualiter ipsum brebem pastenationis continet, et pro congnita causa mensurare feci aliquantum de ipsa rebus ipsius ursi: A parte septemtrionis incipiente ab uno termine qui fictum est, ubi se complunt ipsi quinquaginta passi, ab ipsa abiente in ipsa

parte occidentis passi sexaginta duo, usque in ipsum cannietum; abinde rebolbente rectum in parte meridie, iusta ipso cannietum, passi quindecim, abinde rectum in parte occidentis secus ipso cannietum, passi septem et cubitum, ab inde rectum in parte meridie, passi undecim usque ad fine ipsius romoaldi, et de ipso germano suo. Ab ista mensura in parte occidentis quod est ipso cannietum et salicetum, omni tempore fiant in parte septemtrionis integra medietate, inde ipsius romoaldi et de ipso germano suo, et de illorum heredes, reliqua medietate in parte meridie fiant ipsius ursi, et de illius heredes, ad faciendum inde per partes, quod boluerit, sine una pars de alia contrarietate. Et per combenientia guadia ipse romoaldus ipsius ursi dedi, et fideiussorem ei posuit seipsum; et per ipsam guadiam obligavit se ipse romoaldus et suos eredes semper permanendum in suprascripta combenientia, qualiter superius legitur, cum ipsum ursum et cum eius heredes. Et si taliter ipse romoaldus et suos heredes cum ipsum ursum et cum suos eredès in suprascripta combenientia, qualiter suprascriptum est, firmiter non permanserint, et suprascripta vel exinde remobere aut contrare requisierint, per ipsam guadiam obligavit se ipse romoaldus et suos heredes, componere ipsius ursi et ad illius heredes quinquaginta auri solidos constantinianos, et in suprascripta combenientia, qualiter superius legitur, firmiter permanerent, et semper ipse romoaldus et eius heredes faciant permanere in suprascripta combenientia, quemammodum superius legitur, ipsum grimoaldus germano suo et illius heredes cum ipsum ursum et cum eius heredes, per suprascripta guadia et obligata pena. et taliter pro parte ipsius ursi te romoaldum notarium scribere precepi.

† Ego qui supra amatus iudex.

MLXV

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et octabo anno principatus eius capue et ducatus amalfi et sirrentum, quam et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filio eius, et quarto anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense Iulius, quartadecima indictione. Ante me ademari comes et iudex venerunt Infantes . . . . Alfanus et ademari germani, et filii quondam ramfredi . . . . . . ademari notarius parentem et adbocatorem eorum, quam et cum ipsi infantes venit mulier nomine romelgaita genitris eorum, et relicta ipsius ramfredi: et dixerunt mihi, ut ipse genitor eorum, quando defun-

ctus fuit, dimisit debitum ad salbandum, et non abemus pretium, unde ipsum debitum reddamus, volumus de rebus nostris tantum dare, ut debitum ipsum salbemus. Ego predictus Iudex obserbans ea que in langobardorum edicto scriptum est, Ud intra decem et octo annos non sit legitimus homo res suas alienare, excepta si partem eius debitum dimiserit, Abeat potestatem una cum notitia principis terra ipsius, Tantum de rebus suis dandum, quantum ipsum debitum fuerit, ut ei maior damnietas propter honus solidorum non adcrescat; Nuntiabi illut suprascriptorum gloriosorum principum et ducis: Ipsis a deo conserbatis principibus et ducis propter deum et anime sue mercedem direxerunt me de sua presentia, qui hoc ipsum opus sapienter consideraret, Ut ad ipsi infantes Aliqua damnietas contra rationem, Aud per neglegentia, minime perveniat; ego interrogavi eis, ud devitum ipsum quantum esset; illi autem dixerunt, Ud debitum ipsum esset tarenos duodecim. Et dixerunt abere commune cum ipsa genetrice eorum modicum terrola intus anc salernitanam civitatem coniuntum de due partis ad fine illorum, et de parte orientis fine strectola, quod illi commune abunt cum morandus filius iaquinti; est inde latitudo ipsa terrola summisse unum, et a parte occidentis fine anditum . . . . . inde latitudo pedem unum ad iustum pedem et semmisse manum ominis mensuratum; Et da septemptrione est fine ipsius maraldi longitudo ipsa terrola da ipsum anditum et usque ipsa estrectola et a parte meridie fine pariete de casa fabrita ipsorum infantes similiter est inde longitudo da ipsum anditum usque ipsa estrectola. Et dixerunt, ud de tota terrola ipsa pertineret ad ipsa genitrice heorum quartam partem per suum scriptum morgincap : ego predictus comes et iudex, dum illut taliter agnobi, per ordine illut rettuli supradicti mangnifici principibus et ducis, illi vero piis et excellentissimis principibus et ducis preceperunt mihi, Ud largire ipsi infantes benumdare ipsa terrola cum ipsa genitrice heorum cui bolerent, het ipsa predicta mulier me rogabi et dixi, ud inclita ipsa sua quarta de ipsa terrola vendere bellet secum abens tres parentes suos, et sic me rogavit, ud ipsa quarta sua vendere boleret, Et ipse parentes suos in ipsam venditionem manum posuerunt, et seipsam benditricem fecit sic, et ipsi filii, et mundoald eis inde ei consentierunt, ud quod vendiderit, stabile sit, et petrus scriba cum notitia ipsorum parentum et meaque iudicis hanc cartam presumis scribere; quo ita secundum lege acta ipsi prenominati romelgaita, et alfanus, et ademari mater et filii uniter adque communiter venumdederunt coram mea presentia, per anc quoque videlicet cartam, ipsius morandi integra ipsa terrola per supradictas fines et mensuras, cum omnia intro ipso terrola abentes, omnibusque suis pertinentiis, cum bice de ipsum anditum, ea ratione, ud semper ipse marandus et eius heredes integra ipsa eorum venditione abeant ille et eius heredes, et faciant de ea quitquid boluerat; Et propter confirma-

tionem uius binditionis, a presente susceperunt ipsi infantes cum ipsa genitrice heorum Ab ipsum maraldus statutum pretium, i sunt ipsi duodecim auri tarenos in omni deliberatione, et ipsi infantes cum ipsa genitrice heorum romelgaita guadiam dederunt ipsi marando, et fideiussorem ei posuerunt se ipsis mater et filii, et per ipsa guadia obligavit se ipsi infantes et ipsa romelgaita, et illorum heredes semper defendere ad ipsum marandus et ad eius heredes Integram ipsam eorum venditionem Ab omnes omines omnique partibus. Et quando ipse marandus et eius heredes per se boluerint esse defensores, licentiam eorum tribuerunt ipsi infantes et ipsa romelgaita potestatem abeant omnimodis exinde causare, het finem facere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas inde ostendere boluerint; et si ipsi infantes et ipsa romelgaita, et eorum heredes omnia suprascripta non adimplerint ipsius marandi et ad eius heredes, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserint, per ipsam guadiam obligaverunt se ipsi infantes, et ipsa romelgaita, et eius heredes componere ad ipsum marandus et ad eius heredes biginti auri solidos constantinos, et omnia suprascripta adimplere. Ec omnia suprascripta feci ipsa romelgaita per voluntatem de ipsi mundoalt eius, et super inter birgule legit ipsa in duobus locis. Verumtamen oc memoramus, ud omni tempore discurrant aqua plubiales de case de ipsi infantes et de ipsa casa ipsius marandi in ipsa strectola, et nullam spurcitiosam causam ibidem iactent, et due cartule unius tenoris inde scribere fecimus: Ista quod retinet ipse marandus, et aliam similem inde retinunt ipsi mater et filii, quam te petrus notarius scribere precepi.

† Ego qui supra ademari iudex.

MLXVI.

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus salerni domni nostri guaimari, Et nono anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi, et septimo [1]) anno ducatus eius sirrentum, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eximii

---

[1]) Lege Octavo.

principis et ducis filii eius, et quarto anno ducatus eorum apulie et calabrie, mense octuber, quintadecima indictione. Ego alferius abbas ecclesie sancti massimi nostra pertinente et de consortibus meis, qui sunt filii quondam alferii comitis, eo quod ante subscripti testes tradidit ad tenendum et regendum nicola molinator, filio quondam basili, inclitum unum molinum pertinentem ipsius ecclesie, quod edificatum abeo in flubio lirno. Ideo, sicut diximus, ipso molinum cum omni pertinentia sua et cum mole et ferraturia sua, et cum trasita et exita sua ipsius nicolai tradidi tali ordine, ut amodo et usque unum annum completum sue potestatis illut tenere, fobee het omnis sue utilitatis iusta ratione ibi facere, et quanta molitura inde tollere et abere potuerit, amodo et usque unum annum completum, totum illut sibi abeant; tantum amodo et usque ipso constitutum, per omnis mense deant ad missum meum, vel de partibus ipsius ecclesie, quinque modia de granum bonum ad modium dominicum plateaticum. Et quando necessum fuerit nobis macenare pro nostrum exspendium de ipsa casa, illut nobis macenare faciant, absque omni molitura. Et quando necessum fuerit ad ipso molinum mole et ferraturia, illut ei dare faciamus. Et si infra ipso constitutum ipso molinum se rupperit, seum si gens super ec cibes benerit, inputante inde sibi pro una die conciandum, ipso molinum conciare faciamus, et quantum opera perdiderit, per rationem de ipsa molitura exinde inputemus: ad ipso constitutum ipso molinum conciatum cum mole et ferraturia sua remictant ad mea, vel de partibus ipsius ecclesie. De qua per combenientia guadia michi ipse nicola dedi et mediatorem mihi posuit iohannes de sellecta, et per ipsa guadia obligavit se ipse nicola et suos eredes, ut si, sicut dictum est, mihi vel in pars ipsius ecclesie non adimpleberit, et aliquid inde contradixerit, per ipsa guadia componere obligavit se ipse nicola, et suos eredes mihi, vel in pars ipsius ecclesie, triginta auri solidos constantinianos; et quando ipsa molina ruperit, ipse nicola manibus suis ibi adiubare, quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego iohannes me subscripsi.

† Ego ademarius teste me subscripsi.

MLXVII

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus salerni domni nostri guaimarii, et nono anno principatus eius capue, et octabo anno ducatus eius amalfi et surrentum, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et

ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie et kalabrie, mense nobember, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me petrus filius quondam petri, eo quod ante presentia Ademari iudici, et ante alii testes, per combenientia guadiam mihi dedit polcarius filius quondam petri sardone, et fideiuxore michi posuit maraldus filius quondam romoaldi abitator de locum barbacianum; et per ipsa guadia obligavit se, ut tollere sibi legitimam uxorem abendum auricerta sorore mea, et ubi illut ipsa sorore mea Aput se abuerit uxorem, deant et tradant ei firmum morgincap, quod est quarta parte he xua substantia, sicut lex et consuetudo est omini longobardi, dandum sue uxoribus; quod si ipsa sorore mea illut sibi exinde tollere noluerit, et ipsum morgincap ei non dederit, per ipsa guadia componere obligavit se michi meique eredibus triginta auri solidos constantinianos, et per inbitis ipsa sorore mea illut sibi uxorem tollere het abere, et ipsum morgincap ei dare in iamdictum ordinem, et quietam et pacifica bita cum eam bene bibere het colere sibi uxorem, et quieta et pacifica bita cum ea bene bibere, et iniuxte hei non facere, et si iniuxte hei fecerit, hunde quante bices ille a me vel a meis eredibus fuerit pulsatus, et ubi nos ei evangelia paratam abuerimus, et ille nobis non fuerit exinde ausus iurare secundum legem cum duodecim secum suis parentibus, per omnis namque bices componere obligavit se nobis biginti auri solidos, et in antea bene heam abere, sicut iuxtum fuerit: post finem factam et sacramenta data pingnera nostra que exinde pingnerata fuerit, fiat illa ei retdita absque iustitia. Et si dei iudicio ebenerit et ipsa sorore, antequam illum defunta fuerit, et filium vel filiam non reliquerit, obligavit se, ut omnis rex et causa pertinentem ipsius sorori mee, mobile het stabile, quod illis diebus abuerit, et quantum per ea beraciter datum aut iudicatum non fuerit, inclitum illut nobis deant per iamdicta guadia et pena obligata. quod scripsi ego petrus protonotarius.

† Ego qui supra aderisi iudex.

† Ego romoaldus.

In eadem charta legitur:

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus salerni domni nostri guaimarii, et nono anno principatus eius capue, et octabo anno ducatus eius amalfi et surrentum, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie het kalabrie, mense nobember, quintadecima indictione. Ego polcari filius quondam petri sardone, dum michi te mulier nomine auricerta filia quondam petri in meo sociabi coniugio, et sicut ammonet ritus gentis nostre langobardorum, quia per unc scriptum morgincap confirmo tibi nominate uxori mee quartam partem de ex omnibus rebus substantiis et mobilibus meis, Idest de casis quam

et intrinsecus casis, arbusta, castanieta, quertieta, campis et silbis, in montibus quam et in planis, cum finis et biis suis, de stabile het de mobile, de omnia et in omnibus, que modo abeo, vel quod in antea parare aut conquidere potuerimus, seu quod est paterna maternaque substantia, et que legibus mihi fuerit et est pertinentes abere, de totum tibi sit nominate uxori mee quartam partem tibi tradidit, eam rationem, ut ab odiernum die het at tua que supra uxori mee sint potestatis, iuxta legem exinde faciendum omniaque tibi placuerit. Neque a me superius dictus polcari biro tuo, Neque a nostris heredibus, Neque a nullus quemquam ominibus abeatis aliquando aliqua requisitionem aut repreensionem, set in perpetuis temporibus securo nomine eos abere het possidere baleatis; quod vero firmum scriptum morgincap in eo hordine perpetuum firmum permaneat. Quam te petrus protonotarius scribere rogabimus. actum uius nucerie.

† Ego qui supra ademari iudex

† Ego romoaldus.

MLXVIII

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus salerni domni nostri Guaimari gloriosi principis, et octabo anno principatus eius capue et ducatus illius amalfi, et septimo anno ducatus illius sirrenti, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi et duci fili eius eximius princeps, et quarto anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense nobember, quintadecima indictione. Ego . . . . in monasterio sancte sofie de intus anc cibes . . . . per combenientiam et per iuxsionem domni iohannis venerabilis abbas . . . . tradidi ad tenendum et residendum teofilacto filio quondam basili greci unum aplitum fravvitum soloratum de intus hanc cibes pertinentem predicto Monasterio subtus platea, que dicitur elini; tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni completi licead illum et eius heredes fobee et omnis sue utilitate iuxta rationem ibi facere suptus a terra et in altum, et ibi residere et tenere, et omines ad residendum ibi micterent, et dedi ille modo predicto domni abbati exinde censum de suprascripta tradictione biginti auri tari boni; et de completi septem anni, ut amodo se compleant abinde in antea per omnem annum usque ipso constitutum ille vel eius heredes . . . . . in partibus predicti nostri monasterii exinde censum ana tres auri tari voni, ud per caput sint iunta badant. Ad ipsi biginti nobem anni completi ille vel eius heredes tota suprascripta

tradictione circoitum bona clusa subtus et super, et totum tectum bonum copertum bonum salbum remicterent ad potestatem in pars iamdicti monasterii, faciendum quod voluerit, et licead illum et eius heredes et omines, que ibi miserit, inde exire cum omnia sua causa movilia, et badant ubi voluerit, sine contrarietatem . . . . unde per combenientiam guàdia ipse teoflacto mihi dedi per absolutionem supradicti domni abbati, et mediatorem mihi posui seipsum; et per ipsa guadía obligavit se et suos eredes, ud si taliter omnia suprascripta in partibus predicti monasterii non adimpleverit, et de suprascripta aliquit inde contradixerit, per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes ad componendum ipsius domni abbati, vel in pars iamdicti monasterii, triginta auri solidos constantinianos; quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego romoaldus notarius me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

MLXIX

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et nono anno principatus eius capue, et octabo anno ducatus illius amalfi et sirrenti, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense december, quintadecima indictione. Nos iohannes atrianensis filius quondam constantini atrianensis filius quondam constantini atrianensis, et mulier nomine aloara filia quondam maioni, qui sumus ambo vir et uxor, clarificamus abere rebus in locum iobi salernitane finibus, ubi ruscinialu bocatur, et sunt terris, et bineis, et bacuum, et terris bacibe, et cannieta, et saliceta; et congruum est nobis illut totum venumdare sergi atrianensi filio quondam mansoni; et ipse sergi illut emere pro parte gecze filia quondam sergii atrianensis, que est uxor sua et pro parte ursone infantem filio ipsorum sergii et gecze; et ideo, sicut nobis iamdictis iohannes et aloara, vir et uxor, congruum est bone nostre bolumtatis per anc cartulam coram presentia ademarii comiti et iudici, pro parte ipsorum gecze et urso infantem venundedimus tibi exdicto sergii integra suprascripta rebus de iamdicto locum iobi de quantum ibidem nobis in eodem loco et per finis, et bocabula ipsorum locorum per qualibet ratione, seu undecumque cum tota terra et casa fabrita, que intro ipsis rebus est, et ipsis rebus nobis iamdicti vir et uxor in sortem obbenit a leo germano et congatum nostrum filio exdicti maioni, sicut

continunt brebi dibisionis, quod inde firmati abemus de ipsis rebus, et ambo ipsi brebi tibi venumdedimus pro parte ipsius gecze et urso infantem, et ambo ipsi brebi scripti sunt per alderissi notarium, et ibi testatum est ipsum ademari comes et iudex, et est continentem unum de ipsi brebi: vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni suprascripti nostri guaimarii , et octabo anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi et sirrenti , et quarto anno suprascriptorum principatuum domni gisulfi et ducis eius filii eximius princeps, et quarto anno ducatum illorum apulea et calabria, mense martius, quartadecima indictione. Ipsum alium brebem continet: vicesimo hoctabo anno principatus salerni domni nostri suprascripti guaimarii , et octabo anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi , et septimo anno ducatus eius sirrenti, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi et duci filii eius, et quarto anno ducatum illorum apulea et calabria, mense iulius , quartadecima indictione . Simulque et venumdedimus tibi sergii pro parte ipsorum gecze et urso infantem extra illut que continet ambo ipsi brebi, de quantum nobis ibidem fuit et est pertinentem in eodem locis et per finis, et bocabula ipsorum locorum, et nullam ibidem nobis remansit, nec dicimus remanere aliquam portionem, set funditus illut tibi sergii pro parte de ipsa uxore et filio vestro venumdedimus cum omnia intro se abentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de bie sue ipsa gecza et urso, uxor et filio vestro, et illorum heredes integra suprascriptam nostram vendictionem abendum et faciendum inde quod illorum placuerit. Et propter confirmationem uius venditionis pro parte ipsorum mater et filio suscepimus a te solidos centum biginti ana quattuor auri tari boni per solidum. Et secundum legem nostram romanorum, nos vir et uxor, pro parte de ipsa uxore et filio nostro , guadiam tibi dedimus et fideiussorem tibi posuimus landolfum congatum nostrum filium quondam iohannis presbiteri, qui dicitur battallia ; et per ipsam guadiam nos iamdicti vir et uxor , iohannes et aloara, obligabimus nos et nostros heredes semper defendere ipsorum mater et filius et ad illorum heredes integra suprascriptam nostram vendictionem da omnes omines. Et quando ipsi mater et filius et illorum eredes per se ipsis illut defendere boluerit, potestatem abeant ipse mater et filius et illorum heredes, qualiter boluerit, cum quale monimen et rationes quas inde ostendere boluerint. Nam, quando ipsi mater et filius et illorum heredes nos iamdicti vir et uxor et nostris heredibus de suprascripta nostra venditione defensores abere quesierit , per omnes vices ipsi mater et filius et illorum heredes remictant nobis ambo ipsi brebi salbi , et nos iamdicti vir et uxor et nostris heredes defensemus ipsorum mater et filius et ad illorum heredes integra suprascriptam nostram vendictionem da omnes omines. A complete ipse dies per omnes vices ipsi brebi salbi ipsorum mater et filius et ad illorum heredes remictamus, quale ille nobis

dederint, abendum illis et illorum heredes ipsi brebi semper in suprascripta ratione. Et si, sicut superius scriptum est, nos iamdicti vir et uxor et nostris heredibus, ipsorum mater et filius, et ad illorum heredes, non adimpleberimus, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserimus, per ipsam guadiam nos iamdicti iohannes et aloara obligabimus nos et nostros heredes componere ipsorum gecza et urso mater et filio, et ad illorum heredes, ad duplum suprascriptos solidos, et omnia suprascripta adimpleamus ipsorum mater et filius, et ad illorum heredes; et due cartule unius tenoris inde scribere rogabimus, ista quod emisimus ipsorum mater et filius, et aliam similem quod inde nobis retinemus, te romoaldum notarium scribere rogabimus.

† Ego qui supra ademari iudex.

MLXX

A. D. 1046

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis, et nono anno principatus eius capue, et octabo anno ducatus illius amalfi et sirrentu, et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, et quarto anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense december, quintadecima indictione. Ego petrus diaconus filius quondam iohanni ad tenendum et gubernandum tradidit michi domnus alferius diaconus archipresbiter et abbas ecclesia sancti maximi que est dominium ipsius ecclesie, ecclesia bocabolum sancti nicolai, que constructa est in rebus de ecclesie in locum priato cum omnibus rebus et causam eidem ecclesie sancti nicolai, que est rebus ipsa uno ortale coniunctum cum ipsa ecclesia, et una pecia de terra cum arbustis propinquo ipsa ecclesia, quod a sua parte ad laborandum retinuit alfanus filius iohanni, et ipsa mobilia est: Antifanarii due de die et nocte de circoitum anni, manuale de circoitum anni, et una omelia legata que abet quaterni triginta sex, et unum gestarum legatu, qui abet quaterni quindecim, orale, planeta, ammictu, sindone, cortina una, tiribulum ereum unum: ipsa mobilia et ipsa rebus ipse domnus abbas michi tradidit tali ordine, ut amodo et diebus bite mee, mee sint potestatis illut tenendum, fobee et omnis mee utilitatis ibi faciant iusta ratione, et in casa que iusta ipsa ecclesia est, ibi resideamus et abitemus diebus bite mee, et ipsa rebus laboremus bona, sicut meruerit, ut per omnis annum proficiant et non dispereant, et quicquit inde exierit, totum sint mee potestatis, faciendum inde quod boluerimus, et ipsa ecclesia cotidie officie-

mus et alluminemus die noctuque, et officiare faciamus, sicut meruerit bill ana ecclesia, et quando meruerit, ipsa ecclesia et ipsa casa nos illam coperiemus et conciemus, sicut meruerit; tamen offerta et quodcumqne in ipsa ecclesia introierit, totum sint sue potestatis, faciendum inde quod boluerimus. tantum, si talem causam introierit in ipsa ecclesia, ut ornamenta fuerit de ipsa ecclesia, semper flad de ipsa ecclesia, et abeamus illut ad regendum cum ipsa alia mobilia ad ipsa ecclesia. tantum quanta offerta ibi introierit in pasca resurrectionis domini, et in natibitas domini, et in festibitate sancti nicolai, et quanta botationes et cingitura in ipsa ecclesia introierit, medietatem illut ego demus ad missum ipsius domni abbati, et medietatem nobis abeamus; et quantum ibi introierit de cartule fraternitatis sancti nicolai, quartam inde demus ipsius domni abbati; ad die vero obiti mei ipsa ecclesia cooperta et ipsa casa conciata et cooperta, et ipsa rebus surta et operata, et ipsa mobilia salba, sicut meruerit; et si talem causam ibi introierit, qualiter diximus, totum bonum et salbum, sicut meruerit, remictamus ad potestatem eidem ecclesie, vel ad ipsum domnus abbas; et licead eredes meos inde excutere omnes nostra causa et facere inde quod boluerimus; et ipse domnus abbas obligavit se et pars eidem ecclesie defendere michi integra ipsa tradictione da omnes omines cum bice de bie sue, et guadia michi ipse domnus abbas dedi, et mediatorem michi posuit iohannes clericus filius quondam ursi presbiteri; et per ipsam guadiam obligavit se et pars eidem ecclesie, Ut si omnia suprascripta nobis non adimpleberint, et aliquit inde contradixerint, per ipsam guadiam obligavit se ipse domnus abbas et pars eidem ecclesie componere michi meique eredibus centum auri solidos constantinianos; quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego alferius nominatus diaconus archipresbiter et abbas

† Ego petrus presbiter et primiclericus.

MLXXI

A. D. 1046

Summarium:

† Anno vicesimo nono principatus Salerni Guaimarii et Gisulfi filii eius, *ut supra*. Me-
« moratorium, quo Iohannes, filius quondam Sergii Angeli, et Iohannes, et Petrus germani
« filii quondam Leonis tradunt cuiquam Machenolfo filio quondam Machenolfi terras in loco,
« ubi dicitur *A li platani propinquo ad ipse turricelle,* nonnullis oneribus servandis.

MLXXII

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus salerni domni nostri Guaimarii glorioso princeps, et nono anno principatus eius capue, et octabo anno ducatus illius hamalfi et sirrenti, et quinto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis filii eius, et quarto anno ducatus eorum apulie et calavrie, mense (*deest*) quintadecima indictione. Ante me ademari comes et iudex coniuntus est petrus presbiter qui fuit natibus de civitate capua, filius quondam cari et modo est abitante intus ec cibes salerno cum mulier nomine gemma filia quondam petri relicta quondam mari, una cum ipsa gemma esset meringnus clericus filius eius, et per ipsum petrus presbiter ostensa est una cartula continente: in nomine domini sebtimo decimo anno principatus domni nostri guaimarii filii domni guaimarii principis, mense nobember, tertia indictione. Ante me grimoaldus comes et iudex venerunt infantes infra etatem, nomina eorum iohannes et ademari germani et filii quondam iohanni, qui fuit filius disigii vallense, dixerunt nobis, ut ipse genitor illorum defuntus fuisset et devitum illorum reliquisset tari tridecim, et pro ipso devitum bolebant illis benumdare sortione sua de terra et casa fabrita et lingnitia terranea, quam dicunt abere intus hanc salernitanam civitatem in plaiu de monte a super fontana que ibidem est, quod est ipsa illorum sortione de ipsa terra cum casa . . . . . parte que illorum pertinet a suprascripto genitore et genetrice illorum qui defunti sunt. Ego autem talia audiente per ordinem illut superii domni principi notificavi; ipse a deo conserbatus magnificus princeps per meam absolutionem illorum dedit illut pro ipso devitum venumdandum. Et de sua presentia illuc direxi vona personam domini timente que illut sapienter consideraret; similiter et ego per meipsum ibidem perreximus, et studiose illut providimus, extimavimus, ut aliquit damnietas ipsorum infantuli non ebenirent, set non erat plus baliente nisi ipsi tridecim tari, quod est ipso devitum, et tota ipsa terra cum casa mensuravimus, et est per ec finis et mensuria; de subter parte fine anditum communem, inde pedes viginti nobem minus planta; a pars orientis fine media pariete commune; a parte occidentis fine illorum sicut media pariete discernit, de super parte fine illorum, inde longitudo pedes alii viginti nobem, latitudo est pedes viginti mensurati ad iusta manu. De ec bero terra cum casa per suprascripte finis et mensuria inclita quarta parte inde pertinet ipsorum infantuli, quod, sicut diximus, ipsi infantes pro ipso devitum dare bolunt. Et dum causa ipsa per plures dibulgata fuit, nemo invenire potuerunt qui illut

emere boleret, nobissime venit ad nos petrus presbiter, qui fuit natibus de cibitate capua, filius quondam cari qui est consortes in ipsa terra cum casa, Et inde retinet de media ipsa terra cum casa una quarta parte per sua ratione, qui dixit, si ipsi infantes ei venumdederit ipsa sua sortione de ipsa terra cum casa, ille daret eis ipsi tridecim tari, quod pro ipso devitum illis dare debunt, sicut adpretiatum est: ipsi infantes talia audientes gavisi sunt exinde. Ego autem talia audientes solutionem ipsorum infantuli dedit, illut venundandum ipsius petri presbiteri. Qua propterea nos iamdicti iohannes et ademari ante presentia predicti comiti et iudici, per anc cartulam venumdedimus tivi suprascripti petri presbiteri inclita ipsa quartam partem de predicta terra cum casa, que est ipsa sortione nostra infra predicte finis et mensurie, qualiter conciata vel edificata est, cum vice de ipso anditu et de via sua, at securiter et firmiter amodo et semper tu et tuos eredes ipsa nostra vinditione avendum, et faciendum exinde omnia, quod volueritis. Et pro confirmandam et staviliscendam anc nostram vinditionem a presentis recepimus a te ipsi tridecim tari, quod pro ipso devitum dare devemus, qualiter iustum adpretiatum fuit; de qua nos iamdicti germani infantes, una nobiscum esse adelchisi varbanum et adbocatorem nostrum, guadia tivi nominati petri presbiteri dedimus, et mediatorem tivi posuimus nos ipsis et ipsum adelchisi thio noster; et per ipsa guadia obligamus nos et nostris eredibus amodo et semper defensandum tivi tuique eredibus inclita suprascripta nostra vinditione da omnes omines omnique partibus. Et si taliter, sicut dictum est, ipsa nostra vinditione vobis non defensaverimus, seu si illut vel exinde vobis tollere, aut contrare quesierimus, et aliquit de omnia suprascripta contradixerimus, componere obligavimus nos et nostris eredibus tivi tuique eredibus, et cui cartula ista in manum paruerit, viginti auri solidos constantinos, et sicut dictum est, illut vobis defensemus; quando autem tu et tuos eredes bolueritis exinde auctores esse, potestatem aveatis bice nostra in omnibus inde causare et finem facere, qualiter bolueritis, cum quale monimen et rationem inde abueritis; nam quando nos vel nostros eredes quesieritis inde autores avere, nos autem et nostris eredibus illut tivi tuique eredibus defensemus, et omnia bobis adimpleamus, sicut superius legitur, per suprascripta guadia et obligata pena. Et taliter scribere rogavimus te dauferi notarius; actum salerno. Ego qui supra grimoalt comes et iudex. Cum autem supradicta cartula fuit lecta, sicut ipsorum petri presbiteri et predicta gemma coram meam presentiam conplacuit, tradidit ipse petrus presbiter predicte gemme integram suprascriptam ipsam quartam pars de suprascripta terra cum casa per suprascripte finis et mensurie, qualiter ei pertinuit per suprascripta cartula, cum omnia que intro eadem traditiones sunt, cuntisque earum pertinentiis cum vice de predictum anditum et de predicta via, et ipsa suprascripta car-

tula, faciendum inde semper ipsa gemma et eius eredes omnia voluerit, absque contrarietatem ipsius petri presbiteri et de illius eredes, vel cuiquam ominibus, et, sicut inter eos convenit, ipse petrus presbiter guadia ipsius gemma dedit, et fideiuxorem ei posuit madelmo filium quondam ademari castaldi; et ipsa gemma ipsa guadia recepi, et ipsa traditionem per voluntate predicti meringni clerici filii eius; et per ipsa guadia obligavit se ipse petrus presbiter et suos eredes semper defensare ipsius gemme et ad eius eredes cuncta suprascripta traditione ab omnibus ominibus et partibus, eo ordine, ut quando ipsa gemma vel eius eredes per se suprascriptam traditionem, vel exinde defendere boluerit, potestatem abere per se illut defendere, qualiter voluerit, cum quale munimen et rationem voluerit; nam, quando ipsum petrum presbiter, vel eius eredes, de suprascripta tradictione vel exinde auctores havere voluerit, quando illis inde surta fuerint, plicarent se et daret eorum suprascripta cartula salba, avendum illam per omnes bices usque dies sexaginta, et per omnes vices defensaret ipsa traditionem ipsius gemme et ad eius eredes, et post complete ipse sexaginta dies ipsa cartula salba, quale illa eorum dederit, tale illam per omnes vices remittere at potestate predicte gemme et de eius eredes, avendum illam omni tempore in suprascripta ratione. Et si, sicut superius legitur, ipse petrus presbiter et eius eredes eidem gemme et ad illius eredes non adimpleverint, et suprascripta vel exinde removere aut contradicere presumserint, per ipsa guadia obligavit se ipse petrus presbiter et suos eredes componere eidem gemme, et ad illius eredes, triginta auri solidos constantinos, et, sicut superius scriptum est, adimplere: omnia suprascripta feci ipsa gemma per voluntatem predicti mirigni filio suo, illut quod est superpositum in ista cartula inter virguli et virguli, legit conplacuit. Quam te ademari notarium scribere precepi.

† Ego qui supra ademari iudex.

MLXXIII

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo [1]) hanno principatus domni nostri guaimarii, et nono anno principatus eius capue [2]) et ducatus eius amalfi et surrentum, et quinto anno suprascriptorum principatus et ipsorum ducatus domni gisulfi filio eius, gloriosorum eximii principis et

---

[1]) Lege: *vigesimo nono.*

[2]) Lege: *et octavo.*

ducis et quinto [1]) anno ducatus illorum apulie et kalabrie, mense ianuarius, quintadecima indictione. Ideoque nos i sumus raidolfus presbiter et abbas clarefacio, quoniam in rebus mea pro amore dei et omnipotenti misericordia in rebus mea in locum balnearia a nobo fundamine fabricabit et edificabit ecclesia vocabula sancta lucia, et ubi ipsa ecclesia fundata est, inclita ipsa pecia de terra, qualiter mihi ibidem est pertinentes avere a parte domnelli genitorem meum et da genitrice mea inclita ipsa pecia in quo ipsa predicta ecclesia fundata est, siant omni tempore in predicta ipsa ecclesia, ut non siant aliquando tempore substracta aut amminuata de ipsa ecclesia per nullum modum, et ibidem permanead semper defensata per me et per meis eredibus da omnis omines homnique partibus, cum omnia intra que eam sunt et cuntis pertinentiis, et cum bice da via sua ad ipso sacerdotes qui ibidem ordinaberimus, semper siant ibidem preordinatum ad oficiandum ipsa ecclesia per me et per meis eredibus; et quanta alia rebus conquidere et abere potuerimus pro parte et vice de ipsa ecclesia, sibe ego aut parentibus meis, qui sunt benefactorii, semper siant ad potestatem de ipsa ecclesia, et de sacerdotes, qui ipsa ecclesia oficiaberint: tantum ipsum sacerdotes qui ibidem preordinaberimus, deant inde michi vel ad meis eredibus incensum de ipsa ecclesia per annum in nativitas domini, et in pasca domini, et in festivitate sancte lucie ana trea oferta per ipse festivitates, nullam alia causa exinde non queramus exinde tollere, et semper ipsa ecclesia siant ad potestate mea vel de meis eredibus, ad ordinandum cum omnis rebus de iamdicta ecclesia et cum omnis regimen de eandem ipsa ecclesia, et faciendum ego et meis heredibus omnia quicquit voluerimus in suprascripta ratione. Iterum et ego prenominatus raidolfus presbiter et abbas et cum quanti aliquit parentibus meis benefactori, nomine illorum sesamus germanus meus et filius predicti domnellam genitorem nostrum, et iohannes, et urso, et ralfu, qui sunt germani filii quondam lamberti, et gaita relicta quondam lamberti, et genitricem nostram, qui sumus mater et filii, golprandus filius quondam guaiferii, et salvia, qui sumus mater et filio, et madelmu, et aloardus, qui sumus germani filii quondam roti, et mulier nomine aloara uxor istius aloardi, et delecta genitrice nostra relicta quondam poti genitorem nostrum, et petrus, et dilecto clerico, qui sumus germani et filii quondam iaquinti, qui sumus toti de gradu parentum nostrorum, abitantes sumus in iamdicto locum balnearia, et qualiter toti sumus prenominati, unianimiter congruum est nobis vone nostre voluntatis, pro remedium salutis anime nostre et de parentibus nostris, per anc hcartulam offertionis ante subscripti testes oferire voluerimus in ipsa eccle-

---

[1]) Potius *quarto*.

sia sancta lucia una pecia de terra in ipsum locum balnearia, ubi anna cennama clamatur, et inclita sortione nostra de ipsu munticellum da sanctum archangelu salientem usque ad ipsum fossatu, qui est propinquo ad ipsa ecclesia sanctum archangelu, et, sicut diximus, qualiter nos ibidem sumus dominaturi et possessuri sumus de gradum parentum, et da genitorem, et da genitricem nostra, totum et inclitum illut tradidimus et oferimus in ipsa iamdicta ecclesia sancta lucia, ad faciendum pars iamdicte ecclesie et eius rectores quicquit voluerit, ut non siant substractum aliquam parte de ipsa ecclesia, et sic ibidem permanead omni tempore cum omnia intra que eam sunt, et cuntis pertinentiis, et cum bice de biis suis tota et integra siant ad potestate de iamdicta ipsa ecclesia et de rectores ipsius ecclesie. de qua nos supranominatus raidolfus presbiter et abbas, et sesamus, iohannes, urso, ralfus, golprandus, madelmus, aloardus, petrus, dilecto clerico, et nos mulieres gaita, salvia, aloara, dilecta, vone nostre voluntatis commune consensu unianimiter, et nos mulieres una cum mundoald nostris, secundum lege gentis nostre langobardorum, obligavimus nos et nostris eredibus semper defenderet ipsa suprascripta nostra ofertione in partibus ipsius ecclesie sancte lucie da omnes omines homnique partibus, cum omnia intra que eam sunt et cuntis pertinentiis, et cum bice de via sua in omni ordine et ratione, sicut superius diximus; et quando pars ipsius ecclesie vellent inde esseret auctore et defensorem, potestate abeant modis in omnibus inde essere auctore et defensore, cum ista cartula offertionis, et cum qualis muniminibus et rationibus, quas inde ostederitis, et finem facere, sicut vultis; quod si omnia, ut superius scriptum est, illut in partibus ipsius ecclesie non adimpleberimus, vel aliquit inde eos tollere aut contrare quesierimus per qualecumque ratione, tunc obligabimus nos et nostris eredibus ad componendum in partibus ipsius ecclesie, seum cui cartula ista pro parte ipsius ecclesie in manu paruerit, centum auri solidos constantinianos, et in suprascripta ofertionis firmiter permanere in ipsa ecclesia. et taliter anc cartula ofertionis scribere regavimus te iohannes notarius, actu mitiliano.

† Ego theoderico presbiter

† Ego concilis presbiter.

MLXXIV

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus salerni domni nostri guaimarii, et octabo anno ducatus eius amalfi et sirrentum, et quinto anno suprascriptorum principatum

et ducatum domni gisolfi eximii principis et ducis filii eius. mense martius, quintadecima indictione. Clarefacimus nos gucti et leo atrianenses germani filii quondam sergii, qui dicitur da flumen, quoniam nobis est pertinentes abere una pecia de terra bacua, et aliquantum pastenatum a super bosanula in plaia de monte, qui est per finis et mensuria: a pars occidentis fine nostra, inde sunt passi biginti, abinde ascendente in pars orientis passi triginta quinque, et abinde rebolbente in pars meridie passi decem et septem, et abinde descendente in pars occidentis passi biginti octo, totum mensuratum ad iusto passum. de ista pecia de terra infra predicte finis pertinet inde petri et amati presbiteri filii aleghisi biginti passi, de longitudo et de latitudo passi duodecim in omni loco per datum ipsius sergi genitori nostro, sicut continet cartula, que ipse petrus et amatus modo exinde ostendit, que scripta est per dauferius notarius in anno bicesimo quinto supradicti domni guaimarii, et quinto anno principatus eius capue et ducatus amalfi, et quarto anno ducatus eius sirrentum, et secundo anno principatum et ducatum supradicti domni gisolfi, et primo anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense magius, undecima indictione; et qualiter de ante os annos ipse genitor noster ipsius aleghisi dederat et confirmaberat per ipsa cartula biginti passi de longitudo, et passi duodecim de latitudo, sicut ipsa cartula continet, que scripta est per ipsum dauferius notarius. Modo autem congruum est nobis iamdicti gucti et leo tota et inclita ipsa pecia de terra per supradicte finis et mensurie illut tradere et confirmare ipsius petri et amati germani filii predicti aleghisi. Interea, sicut nobis congruum est, bone nostre boluntatis per anc cartula ante subscripti idoneis ominibus venundedimus adque confirmabimus vobis iamdicti petri et amati tota et inclita ipsa pecia de terra cum pastinum et bacuum infra supradicte finis et mensuria, de quantum quantoque nobis est pertinentes abere in supradicte finis et mensurie, extra illut, que ipse genitor noster per ipsa cartula ipsius aleghisi tradiderat et confirmaberat. Nam illo aliut infra predicte finis et mensuria ipsorum petri et amati benumdedimus, cum omnia infra se abentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de via que continet supradicta cartula, ad securiter et firmiter vos iamdicti germani petrus et amatus, et vestris eredibus iamdicta nostra bendictione securiter abeatis, et faciatis de ea quicquit bolueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus, aut cuiquam ominibus, contrarietate vel requisitione. Et propter confirmationis uius nostre bindictionis suscepimus a vobis iamdicti petri et amati auri tari boni octo, sicut inter nos combenit; finitoque pretium ipsum aput nos ea ratione, per combenientia nos iamdicti gucti et leo guadia vobis iamdicti petri et amati dedimus, et mediatorem vobis posuimus iohannes filius quondam iohanni capisurellum; et per ipsa guadia obligabimus nos et nostris eredibus semper defensemus vobis et ad vestris ere-

dibus integra supradicta nostra bendictione, cum bice de bia sua, da omnis omines omnique partibus; quando autem vos iamdicti germani et vestris eredibus de supradicta nostra venditione per vos ipsis defensores essere bolueritis, potestatem abeatis. qualiter bolueritis. Et si taliter omnia suprascripta nos et nostris eredibus, vobis vestrisque eredibus, non adimpleberimus et suprascripta, vel ex eis quicquam remobere aut contrare quesierimus, per ipsa guadia componere obligabimus nos et nostris eredibus vobis iamdicti petri et amati, et ad vestris eredibus, biginti auri solidos constantinianos. Verumtamen oc memoramus, quia ipsa suprascripta pecia de terra cum pastino et bacuum, per supradicte finis et mensuria, vobis venumdedimus et confirmabimus, cum illut quod est infra ipse finis et mensurie, que ipse genitor noster ipsius aleghisi genitori vestro tradiderat et confirmaberat, ad abendum illut vos et vestris heredibus, et faciendum exinde omnia que bolueritis per iamdicta guadia et obligata pena. Et taliter scribere rogabimus te alderissi notarium qui interfui.

† Ego ursus me subscripsi

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

MLXXV

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus salerno domni nostri guaimarii gloriosi principis, et octabo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et quinto anno suprascriptorum principatum et ducatuum domni gisolfi eximii principis et ducis filii eius, Mense Aprilis, quintadecima indictione. Ante me amatum iudicem Urania comitissa filia Ademarii comitis et relicta bone memorie lamberti comitis, et ebulus clericus et abbas, et petrus, et alebertus, et landoarius comitibus germani et filii suprascripti lamberti comitis et uranie, clarificaberunt sivi pertinere plures rebus staviles foris castello evoli illorum comitato, et sicut ipsorum mater et filii congruum est bona illorum voluntate, per combenientiam, per hanc cartulam pro illorum salutis anime, coram meam presentia optulerunt domino deo et in ecclesia illorum pertinentem, que constructa est foris hanc civitate non multum longe a mare in loco, ubi gallucanta et petralena dicitur, ad onorem beatissimi nikolay confessoris adque pontificis, in qua praxi presbiter et monachus et abbas regimen tenere videturo integram unam peciam de terra vacua, que illorum mater et filii abere pertinet, foris ips, castello eboli, ubi proprio croscevangiba dicitur, que est per as fines: A parte orientis

fine rebus de segna et de cirnegla; A meridie fine ballitellu et silba de mundura; Ab occidentis fine ballone et fontana de croscebangiba; A Septemtrionis fine rebus de li barbuti cum omnibus, que intra ipsa per suprascriptas fines sunt cuntisque suis pertinentiis. et cum vice de via sua. Ea ratione, ut totum et integrum illut, quod, ut dictum est, domino deo et iamdicta ecclesia optulerunt, semper sit in in postestate ipsius praxi presbiteri et monachi et abbas et successorum eius, et partibus suprascripte hecclesie, et liceat ipsum praxi presbiterum et monachum et abbas et suis successores, et pars suprascripte hecclesie de eo facere, quod boluerit, cum boluntate ipsorum mater et filii, et heredum illorum. Et per combenientia ipsa urania comitissa et ebulus clericus et abbas, et petrus, et adelbertus, et landoarius comitibus obligavernut se et suis heredibus semper defendere ipsius praxi presbiteri monachus et abbas et eius successoribus et partibus suprascripte hecclesie integrum illut, ut dictum est, domino deo in eadem hecclesia ab ominibus et partibus. Et tribuerunt licentiam, ut quando ipse praxi presbiteri monachum et abbas et suos successores, et pars suprascripte hecclesie voluerit, potestatem abeant illut se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsa iamdicta urania comitissa et ebulus clericus et abbas, et adelbertus, et landoarius, et petrus comitibus, et illorum heredes, ipsi praxi presbitero monachus et abbas, et eius successoribus, et partibus suprascripte ecclesie non adinpleberint, et suprascripta vel ex eis quicqua removere aut contradicere presumpserint, per combenientia obligaverunt se predicti mater et filii et suis heredibus componere ipsi praxi presbitero et monacho et abbas, et eius successoribus, et partibus suprascripte ecclesie, triginta auri solidos constantinianos. Et omnia suprascripta ipsa urania fecit cum boluntate de mundoalt suo. Et taliter tibi alderissi notario scrivere precepi.

† Ego qui supra amatus iudex.

MLXXVI

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii, et nono anno dux eius amalfi, et octabo anno ducatus eius surrenti, et sexto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi filii eius eximii principis et ducis, mense aprelis, quintadecima indictione. ego urso filius dunprandi, sicut michi congruum est, vona mea voluntate per anc cartula ante subscripti testes donabit tibi petri genero noster filius

quondam landoni de omnis rebus mea stabile et mobile, het casis ab intus nucerie, et seu foras, de quantum quantoque modo abeo, vel quidquid havere audcumque parare aud conquidere potuerimus omnibus diebus vite, seu quod est paterna maternaque substantia, et per legibus michi fuerit et est pertinentes abere, totum et inclitum illut tibi nominati petri donabit, cum omnia que intra eis sunt, cunctisque earum pertinentiis, et cum bice de bie sue, ut semper sit in potestate vestra vel de vestris eredibus faciendum quod volueritis; tantum, si aliquando tempore iohannes filius meus, qui de ac terra premortus est, ac rebersurus est ad abitandum, de omnis suprascripta rebus mea tollat medietatem, mobile et stabile, het tu nominatus petrus alia medietate. Et si ille het suos heredes in ac terra non fuerit rebẽrsurus ad abitandum, tota et integra omnis rebus mea stabile het mobile perbeniat at potestate tuaque petri, et de tuis eredibus, faciendum omnia quod voluetitis, et amodo et omnibus diebus bite mee sue me nutricare debeatis, et bestire, het calciare, sicut iuxtum fuerit: et post meam defunctionem detis pro meis salutis anime septem auri tari voni distribuendi illis, sicut nobis deus melius inspiraberit, et modo per oc donum firmandum, recepi a te nominatus petrus launegilt iuxta legem pelle vona una. finitoque vero launegit ipsum aput nos eam ratione, sicut inter nos combenit, et per combenientia ego nominatus urso guadiam tibi nominato petri genero meus dedi, et fideiuxorem tibi posuit nucerinus filius quondam mari notario; et per ipsa guadia obligo me het meis heredibus, amodo et semper defendere tibi tuisque eredibus, integram suprascriptam nostram donationem, ut superius legitur, ab omnibus ominibus et cum bice de bie sue; et per ipsa guadia obligo me het meis eredibus, quod si taliter omnia suprascripta tibi tuisque eredibus non adimpleverimus per quabis rationibus, componere obligo me het meis eredibus, tibi tuisque eredibus, triginta auri solidos constantinianos; et quando tu et tuos eredes per vos ipsis volueritis inde exere auctorem het defensorem, potestatem abeatis in omnibus exinde causare het finem facere, sicut bultis, cum omnibus moniminibus et rationibus quas inde ostederitis, et omnia suprascripta nobis adimpleamus; et sicut in lex langobardorum continet, illut vobis adimpleamus per iamdicta guadia et obligationis pena, quam te petrus protonotarius scribere rogabimus, actum nucerie.

† Ego qui supra ademari iudex.

MLXXVII

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii gloriosus princeps, et nono anno ducatus eius amalfi, et octabo anno ducatus eius syrrenti, et sexto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense aprelis, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me alferius archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, qui sum unus de dominii predicte ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes ad tenendum et gubernandum tradidi ad stefanus presbiter, qui est monachus, et ad petrus, qui est similiter monachus, ecclesiam pertinentem predicte ecclesie sancti maximi in locum arcelle, bocabulum sancti andree, que constructa est ipsa ecclesia sancti andree in rebus pertinente predicte ecclesie sancti maximi in ipsum locum arcelle; seu et tradidit ad illi inclitum beneficium, quod est de ipsa ecclesia sancti andree, que est terra cum binea et salicetum, tali hordine illut eorum tradidi, ud amodo et diebus vite mee predictis stefani presbiteri et petri monachis tota ipsa tradictione illorum sint potestatis illud tenendum, et dominandum, et fovee et omnis illorum utilitatis ividem facere iusta ratione, et ipsa ecclesia officiare et officiare faciant die noctuque, qualiter alter sacerdos billano ecclesiam billanam officiaberint, et ipsum beneficium per omne annum apto tempore bonum lavorare, ut semper in melius proficiant et non dispereant, et ipsa ecclesia, ubi meruerit, conciare et cooperire ad scandole, ut semper siant bona cooperta, et porticum, quod iusta ipsa ecclesia est, illud conciare et cooperire, et amodo et usque unum annum cella, que ivi fravicata est iusta ipsa ecclesia, illam conciare et cooperire, et ipsa cella, et ipso porticum semper conciata abere et cooperta, et quicquit ofertum fuerit in ipsa ecclesia, totum ad mea potestate illud adducere, seu a parte de predicta ecclesia sancti maximi; tantum, si in ipsa ecclesia tale causa hoferta fuerit, ud ornamentum fuerit de ipsa ecclesia, siad de ipsa ecclesia; tamen illud teneant ipsi stefanus et petrus ad regendum ipsa ecclesia, et quicquit offerta in ipsa ecclesia vel botationem seu, si centa fuerint mecum, vel cum pars predicte ecclesie sancti maximi, illud dividant per medictatem, ego vel missum meum, vel pars predicte ecclesie sancti maxmi prius inde tollad medietatem, et medietatem inde illis sivi abeant; seu et tradidit ipsius stefani et petrus causa mobilia de ipsa ecclesia in primis liver commune de circoitum annum unum, planeta una, horale et amictum, et trillice unam, tiribolum unum, sindone due, altare andantele unum,

calice et patena de stagnum, tina maiore una et una minore, et tractorie da binum tres; et per omnes annos deant ipsi stefanus et petrus in pars ipsius ecclesie sancti maximi in pasca resurrexionis domini, et in nativitas domini, et in festivitate sancti andree, una singnula paria de obblate, et medietatem de ciria, que in ipsa ecclesia intraberid: post hobitum ipsorum stefani et petrus ipsa ecclesia cum omnia, que supra diximus, conciata et coopertum bonum redead ad potestatem sancti maximi, cum tota ipsa mobilia faciendum exinde pars predicte ecclesie sancti maximi omnia quod voluerint. Unde in eo ordine per vona conbenientia guadiam michi ipse stefanus presbiter et monachus, et petrus monachus dederunt, et mediatorem michi posuit seipsis, et per ipsam guadiam obligavit se. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine michi, vel in pars predicte ecclesie sancti maximi non adinpleveriut, et aliquit inde contradixerit, per conbenientia per ipsa guadia componere obligaverunt se ipsum stefanus presbiter, et ipsum petrus monachus michi, vel in pars predicte ecclesie triginta auri solidos constantinianos. Quod scripsi ego petrus notarius. Veruntamen oc memoramus, potestatem abeamus ipsum stefanus presbiter et petrus monachus pingnerare omnis illorum causa legitimo et inlegitimo, etiam et personis illorum conpreendendum, donec omnia suprascripta nobis complirent; quod subiunsit ego supradictus petrus notarius.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego truppoaldus notarius me subscripsi.

MLXXVIII

A. D. 1047

† IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI. Quinto anno imperii domni constantini monomachi, Mense aprelis, Quintadecima indictione. Ego nikolaus divina gratia archiepiscopus, undecimo anno pontificatus mei sanctae sedis canusinae ecclesiae, Clarefacio, quoniam marcus venerabilis monachus atque abbas ecclesiae sanctae trinitatis lavoravit unam ecclesiam vicinius hac civitate bari propinquo muro in ipso orto de iamdicto monasterio in honore sanctorum martyrum iohannis et pauli; Tandemque venit ad me nimium obsecrandum, quatenus pro mercede animae meae pergerem in supradictum ortum et dedicarem ei praephatam ecclesiam. Nunc autem bona mea voluntate dedicavi nec non exaudit praece eius libertavi ei ipsam ecclesiam. In ea quidem ratione, ut amodo et deinceps perpetuis temporibus tam ille, quam et suos posteros abbates praephati monasterii sanctae tri-

nitatis licentiam habeant in praedictam ecclesiam, quam a novo fundamine construxit ordinare presbiteros, clericos, seu monachos ibique canonicas horas secundum christianam traditionem nocte dieque canere, pulsum seu campanam sonare. Et quoscumque presbiteros aut clericos, sive monachos ibidem ordinaverint, nulla sit michi licentiam, nec ad meos posteros illos excommunicare, aut ex eadem acclesiam deicere sine certa et probata culpa, ut ecclesiasticus mos continet. Et qualiscumque oblatio, vel de votum munus in eandem ecclesiam intraverit, in sua suorumque posterum abbatum sit potestate, vel quibus eandem ecclesiam ad regendum dederint, sine mea meisque posteris contradictione. Nam et ego prephatus archiepiscopus hanc obligationem facio, ut si ego aut mei successores ea quae praeleguntur vel ordinatim eidem marci venerabili abbati, vel ipsius posterioribus per hunc libellum a nobis concessa sunt observare nequiverimus, nos et nostri successores obligata pena subiaceamus componere illi illiusque posteriores centum solidos, et taciti in futuro exinde maneamus omni tempore et ea quae a nobis instituta sunt in hoc testamenti ilibellum percompleamus et observemus omni tempore, qnaliter supra concessum et institutum est per nostram pontificalem auctoritatem. Hanc autem nostrae concessionis atque libertationis seu plumbeì nostri sigilli conscriptionem scribere iussimus per manus lademarii subdiaconi et scriniarii nostrae sanctae barinae ecclesiae, quam et hic propriis manibus me subscripsi Mense et indictione supranominata.

† Nykolaus qui supra gratia domini archiepiscopus sancte sedis canusine ecclesie † † †

(Plumbeum sigillum)

MLXXIX

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii, et nono anno ducatus eius amalfi, et octabo anno ducatus eius surrentu, et sexto anno suprascriptorum principatum et ducatum domni gisulfi eius filio eximii principis et ducis, mense magius, quintadecima indictione. Ideo oque nos guisenolfus filius quondam guisenolfi, et mulier nomine miranda, qui sumus amboque coniugati vir et uxor, vone nostre voluntatis, ante subscripti testes donavimus tibi iohanni naturale meunque guisenolfi quod te genui in muliere nomine anna libera femina, Inclita una pecia de terra cum casa lingnizza, que michi est pertinentes da ipso guisenolfus genitor meus, in loco nucerie propinquo ipsa terra nostra pertinente, in quo fuit pertinentes domnella, que fuit abia nostra, que

est per mensuras, que est ipsa terra per longitudine pedes sidecim et summisse unum, et per latitudine in omni parte pedes decem et summisse unum ad iuxta manum omini mensuratum , et potestatem abeatis inde ingredere et regredere cum carros et vobes et cum omni vestra congruitatis, et una pecia de terra cum ortale propinquo turre mediana, que da parte orientis coniuncta est ad fine via plubica, in qua modo est residendum leo grecus zangari. In quo mihi ibidem pertinet medietatem, et alia medietate est pertinentes ad consortibus meis, et de ipsa medietate, quod est mea sortio, nullam inde michi reserbabit sortionem , et duobus cum abellanieto et arbusto in loco ubi dicitur lavinata , que fuit ipsa rebus pertinentes petri filii iohanni mastali , quod michi est pertinentes per meis rationibus, unde nullam inde michi reserbabit sortiones, set a funditus illut tibi dedimus et tradidimus cum omnia intra que eorum sunt et cunctis pertinentiis , et alia pecia de terra cum abellanietum, ubi dicitur ad arcum sancti priscis, quod pastenabit romoaldus presbiter filius quondam petri, et alia pecia de terra cum arbusto bitatu, quod abemus in locu ubi dicitur casa noba, que a parte occidentis coniuncta est ad fine via plubica, que pergit ad casolla quod michi est pertinentes da ipso genitor mess , qualiter dibisit ipse genitor cum ruscinio et petri germani sui; tantum inde septuavimus de ista rebus illut, quod ipse genitor meus donatum abuit mastali presbiteri , et una alia pecia de terra cum insertitum , et bitatum quod paratum abeo in locu preturum da eredes iohanni curzone et da petrus filius lohanni clerici, et alia pecia de terra cum arbusto vitatu, ubi dicitur ad cappu de aree quod ego paratum abeo per firma cartula per fines et mensuras, sicut ipsa cartula continet, quod tibi iohanni dedit pro vestra defensione : ab oriente fine que fuit ladeperti presbiteri passi quattuordecim et medium: a septemtrionis fine de consortibns nostris passi decem et octo et medium , ab occidente similiter fine de consortibus nostris passi quadtuordecim et medium , et ad meridie fine de eredes dauferii castaldi passi alii decem et octo et medium; et alia pecia de terra cum arbusto vitatu in ipsum locum cappu de aree, quod michi pertinet per vicaria da petrus iudice per finis et mensuria: ab oriente fine sicut inde terminatum passi quadraginta quadtuor , minus cubito uno , a parte septemtrionis, sicut inde termiti dixscernunt inde passi viginti, ab occidente fine dauferii filii quondam iohannis inde sunt passi quadraginta quadtuor et uno gubito ; et a meridie passi alii biginti minus uno gubito, totum mensuratum ad iusto passum ominis; et alia pecia de terra cum abellanietum a super ecclesia sancti priscis , ubi ad cava palubulu dicitur , que est per finis et mensuria: a septemtrionis fine de consortibus nostris, inde latitudo passi decem et octo; a meridie longitudo passi quadraginta sex , et in capite latitudo passi decem, ad iusto passum ominis mensuratum. Alia pecia de terra propinquo ad ecclesia sanctum ar-

changelum per finis et mensuria: a pars occidentis fine de eredes petri comitis, inde longitudo passi septuaginta octo : de super capite a meridie fine de ominibus angrensi, inde passi quadtuordecim et medium; ab oriente fine de eredes quondam iohanni presbiteri, inde passi alii septuaginta octo : a septemtrionis fine de eredes machenolfi, inde latitudo passi tridecim et medium. tota suprascripta mensuria mensurata ad iusto passum hominis. de hec vero suprascripta rebus per iamdicte finis et mensuriis nos iamdicti viri et uxori tivi iohanni donavimus et tradidimus cum omnia intra que eam sunt, et cuntis pertinentiis, et cum bice de viis suis trasactibis, et a fundibus illut tibi dedimus et tradidimus; unde de ipsa snprascripta nostra donatione nullam inde nobis reservabimus, set, sicut diximus, totum et inclitum illut sibi abendum ad faciendum inde tu et tuos eredes omnia quod volueritis, sine omni nostra, qui supra viri et uxori vel de nostris heredibus, aut cuiquam hominibus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmanda et staviliscenda anc nostra donatione, a presentis recepimus a te iohannes launegilt iuxta legem cammisa larga una, et inputavimus nos ipsum tuum bonum servitium, que tu nobis fecistis in omnis deliveratione. finitoque vero nostra donatione per susceptum launegilt, de qua nos iamdictus guisenolfus et miranda viri et uxori benefactori guadia tivi iohanni dedimus, et fideiuxori tivi posuimus; tamen ego miranda de ipso viro meus romoaldus filius quondam olmanni; et per ipsa guadia obligavimus nos et nostris heredibus semper defenderet illut tibi tuisque heredibus integra suprascripta nostra donatione da omnis omines omnique partibus ; et quando per te inde bellet exere auctorem et defensore, potestatem abeatis tu et tuos eredet inde exeret auctorem et defensorem, cum omnibus muniminibus et rationibus, quem modo tivi dedimus pro nostra defensione, et cum alia munimen et rationibus, quas inde ostederitis, et finem facere, sicut vultis; et quando nos vel nostris eredibus inde quesieritis abere auctorem et defensorem, semper illut tivi tuique eredibus defensemus in supradicta ratione. quod si omnia etc. *Sequitur consueta formula, statuta mulcta sexaginta auri solidorum constantinianorum.* hec omnia suprascripta fecit ego mulier cum boluntate de ipso biro meus; et taliter scribere rogavimus te iohannes notarius. actum nucerie.

† Ego iohannes

† Ego guandelferii.

MLXXX

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri gnaimarii , et nono anno ducatus eius amalfi et octabo anno ducatus eius sirrentu , et sexto anno suprascriptorum principatum et ducatum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis , mense magius , quintadecima indictione. Ideo oque ego petrus filius quondam rulfi et mulier nomine grima, qui sumus vir et uxor, sicut nobis congruum est nostre vone voluntatis ante subscripti testes dedimus et tradidimus tibi machenolfi filio quondam machenolfi quinque peciis de terris quod abemus in finibus nucerie, ubi floccanu dicitur. prima pecia cum arbustu ubi sumus residenti, per hec finis: a parte occidentis fine via, et a parte meridie fine via conberzara: a parte orientis fine de consortibus meis fine sicut inde clusamen dixcernit: a parte sebtemtrionis fine machenolfi filii ursi , sic. inde aliud clusamen dixcernit : ipse alie quadtuor peciis de terris cum abellianeto que sunt per ec finis et mensuria iusto passum ominis mensuratum: prima pecia per ec finis et mensuria : a parte orientis fine bia caba passi viginti sebtem ; a parte meridie passi viginti unum , a parte occidentis sicut inde clusamen dixcernit, passi quinquaginta unum, et a parte sebtemtrionis sicut alia clusamen dixcernit passi sex et medium et uno gubito, et a parte orientis passi viginti quadtuor et revolvit in parte orientis et coniungente se in ipsa via priora fine passi quindecim et medium. Secunda alia pecia per ec finis et mensuria ; a parte orientis fine ipsa via caba passi quindecim ; a meridie passi quadtuordecim ; a parte septemtrionis passi duodecim et medium. et oc memoramus a parte occidentis abet ibidem passi quadtuordecim; tertia pecia ibique propinquo per ec finis: a parte meridie passi decem; a parte orientis passi viginti sex ; a parte sebtemtrionis passi octo; a parte occidentis passi viginti quinque; quarta pecia similiter ibique propinquo per ec finis et mensuria: a parte occidentis passi nobem : a parte meridie sunt passi duodecim : a parte orientis sunt passi octo ; a parte sebtemtrionis passi alii duodecim. de ipsa prima pecia cum arbusto ubi sumus residenti, inclita sortione nostra, qualiter nobis ibidem pertinuit, cum tote suprascripte ipse quadtuor peciis de terris cum abellanieta , sicut suprascriptum est, per iamdicte finis et mensurias cum tota alia rebus nostra stabilem, qualiter nobis pertinuit in predicto locum floccanum, que est cum arbustum et omnis alia rebus nostra stabilem quod abemus in monte leino, ubi dicitur a la bineala, qualiter nobis pertinuit et venire debet da consortibus nostris , inclitum illut tibi nominati machenolfi dedimus et tradidimus cum omnibus

que Intro ipsis rebus abentibus cunctisque earum pertinentiis et cum vice de bie sue Ut semper sit in potestati tue et de tui eredes faciendum ex eo quicquit volueritis. et probter confirmationem uius nostre tradictionis recepimus a te nominatus machenolfus auri tari voni quinquaginta, sicut inter nobis convenit in omni deliberationem; de qua per vona convenientia nos suprascripti petrus et grima guadiam tibi machenolfi dedimus ego grima presentem suprascripti viro meus et una cum illum fideiuxorem tibi posuimus nos ipsis, et per ipsa guadia obligavimus nos et nostris eredibus semper defendere tibi tuique eredibus integra suprascripta tradictione cum vice de bie sue, sicut superius scriptum est, cum omni sua pertinentia ab omnibus ominibus omnique partibus. et inclitam sortionem nostram de casa fabrita, quod commune abemus cum consortibus nostris Intus castello nucerie cum vice de platea et andita sua et cum omni sua pertinentia illut tibi dedimus et tradidimus cum omnia Infra se abentes semper tu et tui eredes illut aveatis, faciendi ex eo quicquit volueritis, et nos et nostri eredes illut tibi tuique eredibus defensemus, sicut et illo aliut quod supra legitur ab omnibus ominibus, et quando volueritis tu et tui eredes de tota suprascripta nostra tradictione potestatem abeatis modis illut defendere, sicut bultis cum omnibus moniminibus et rationibus quas inde ostederitis, et sicut superius scriptum est, illut tibi tuique eredibus non adimpleverimus et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserimus, per ipsa guadia obligavimus nos qui supra bir et uxor et nostris eredibus componere tibi tuique eredibus, et cui ec cartula In manum paruerit, triginta auri solidos constantinianos, et suprascripta vobis adimpleamus, et ego grima ec omnia suprascripta fecit presentem de ipso biro meus in cuius mundium sum; quam te petrus protonotarius scrivere rogavimus. Actum nucerie.

† Ego iohannes.

† Ego romoaldus.

MLXXXI

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii gloriosus princeps, et nono anno ducatus eius amalfi, et octabo anno ducatus eius surrenti, et sesto anno principatus et ipsorum ducatum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense iunius, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me alferius archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante subscripti testes tradidi ad romoaldus filius

quondam iohanni clerici de locum nucerie una pecia de terra baciba, que est pertinente predicte ecclesie que est in locum nucerie, ubi dicitur ad campum maioni, et est ipsa pecia ex omni parte fine predicte ecclesie, tali hordine illut ipsius romoaldi tradidi, ud amodo et usque nobem anni completi illut eos tenere et dominare et illut eos lavorare et per omne annum illut seminare sicut meruerit, et per omne annum faciant per tempore de aree faciant me vel pars predicte ecclesie scire, ud ividem dirigamus aut pergamus missum nostrum et ipsum romoaldus et suos eredes ipsi lavori recolligant et tritulent et deant illum ividem ad ipsum missum nostrum terraticum de ipsa rebus, quomodo est consuetudo de alia rebus de predicte ecclesia de ipsum locum nuceria, et missum de predicta ecclesia illut nutriant secundum suam possivilitatem et ad equum de ipsum missum de ipsa ecclesia illut nutriant ad palea et ad ordeum; ad ipso constitutum completum remittant ipsum romoaldus vel suos eredes ipsa pecia de terra ad ipsa ecclesia, sicut meruerit, Unde per conbenientia guadiam michi ipsum romoaldus dedi et mediatorem michi posuit seipsum; et per ipsa guadia obligavit se et suos eredes. Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ipsum romoaldus et suos heredes michi et ad pars predicte ecclesie non adimpleverit et aliquit inde contradixerit per combenientia per ipsa guadia componere obligavit se ipsum romoaldus et eius eredes michi et ad pars predicte ecclesie viginti auri solidos constantinianos. Quod scripsi ego petrus notarius.

✝ Ego alderissi notarius me subscripsi

✝ Ego alderissi notarius me subscribsi.

MLXXXII

A. D. 1047

✝ In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et nono anno ducatus eius amalfi, et octabo anno ducatus eius syrrenti, et sesto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense iunius, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me romoaldus filius quondam iohanni clerici de locum nucerie, eo quod ante subscripti testes tradidit michi alferius archipresbiter et abbas eeclesie sancti maximi una pecia de terra baciba pertinente predicte ecclesie, que est in locum nucerie, ubi dicitur ad campum maioni, et est omni parte ipsa pecia de terra abet finis de ipsa ecclesia, tali ordine illut michi tradidi, ud amodo et usque nobem anni completi, illut eos teneamus, et dominemus, et illut lavore-

mus, et per omnis annum illut s. hemus, sicut meruerit, et per omnis annum faciamus pro tempore de aree faciamus nos scire ipse abbas vel successores suos, vel pars predicte ecclesie, ud ividem dirigant missum illorum , et ego et meos eredes ipsi lavori recolligamus, et tritulemus, et demus medietatem ad ipsum missum terraticum de ipsa rebus, quomodo est consuetudo de alia rebus predicte ecclesie , et nos ipsum missum nutriemus secundum nostra possivilitate, et equum de ipsum missum nutriemus ad palea et ad ordeum. Ad ipso constitutum completum remittamus ipsa rebus ad pars predicte ecclesie. Unde in eo hordine per vona conbenientia guadiam michi ipsum abbas dedi et mediatorem michi posuit moraldus presbiter filius quondam (*deest nomen*); et per ipsa guadia obligavit se ipsum abbas et pars predicte ecclesie, ut tota suprascripta traditione defensare nobis da omnis omines omnique partibus cum bice de via sua. Quod si taliter etc. *Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum*. Quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego alferius nominatus diaconus archipresbiter et abbas.

† Ego petrus presbiter et primiclericus.

In fine legitur: Ab oriente passi LIIII , a Sebtemtrione passi XXXII, ab occidente passi LVIII, a meridie passi XXXIII.

MLXXXIII

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, Et nono anno ducatus eius Amalfis, Et octabo anno ducatus illius Sirrenti, Et sexto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense iunio, quintadecima indictione. Dum Coram presentia suprascripti domni nostri guaimarii serenissimi et a deo conserbati principis et ducis essent domnus guido dux et paldulfus germani eius hac filii gloriose recordationis domni guaimarii principis, Et nos Amatus et Iohannes Iudices, et plurima suorum circum adesset turba fidelium, Romoaldus qui est germanus michi iohanni, per iussionem ipsius domni principis et ducis ostedit scripta ita continentia. Ego romoaldus pro parte domni nostri guaimarii serenissimi principis et ducis divisi res quas ipse dominus princeps et dux communes habet cum domno guidone duce et paldulfo fratribus suis in finibus lucanie, ubi proprie duo flumina dicitur, et feci ex ipsis rebus tres sortes; Unam in parte meridiei et alteram in parte septemtrionis, Et aliam in medium. Ipsam sortem A parte meridie feci per fines et mensuras iusto passum

hominis mensuratas; Ab ipsa parte meridie est finis mare, qual iter incipit ab ipso flumine, quod discernit inter has res et alias res eorum, et vadit usque in flubium de pluppi. A parte occidentis est finis, qualiter ascendit ab ipso marius, que in terminum qui fixus est longius ab ecclesia sancti Zachariae, que ibi constructa est, passibus quingentis. A parte septemtrionis est finis media sors, qual iter incipit ab ipso termine et descendit in medium vallonem. Et ab ipso vallone ascendit in plaiam et descendit in alium vallonem, in quo duo vallones in unum iunguntur. Et ab ipso vallone ascendit in torum qui dicitur de Cafari, in quo tres termini in unum fixi sunt. Et ab ipsis terminis descendit per plaias et per valles usque in tres lapides inmobiles, que sunt longius ab ecclesia sancti pancratii, que ibi constructa est, passibus viginti quinque. Et ab ipsis lapidibus rectum descendit per terminos usque in suprascri ptum flubium, quod duo flumina dicitur. A parte orientis est finis medium ipsum flumen. Et pro cognitionis causa mensurare feci ab uno de ipsis terminis, qui fixus est iuxta viam puplicam inter istam sortem, et ipsam mediam sortem, et sunt ab ipso termino usque mare passibus octingenti quadraginta sex mensurati per illum locum, unde plus rectum mensurari possunt. Sortem que in medio est, feci per fines et mensuras iusto passum hominis mensuratas. Ab ipsa parte meridiei est finis suprascripta sors. A parte occidentis est finis, qualiter incipit A suprascripto termino qui fixus est longius ab ipsa ecclesia Sancti Zacharie, ipsis quingentis passibus, et vadit per lapidem immobilem, que rectum A parte occidentis respicit ipsam ecclesiam, Et ab ipso lapide rectum vadit in vicinius vallone maius. Et per ipsum vallonem descendit in partem orientis usque in illum locum, ubi ribus qui venit a parte septemtrionis iungitur cum ipso vallone. Et ab ipso vallone ascendit per vallonem in partem orientis. Et revolvit per ipsum vallonem in parte septemtrionis, et inde vadit per pedem de vinea iohannis, qui dictus est griczutu. Et abinde rectum vadit in vallonem in parte septemtrionis. Et per ipsum vallonem ascendit in parte orientis usque ubi rebolbit ipsum vallonem. Et ab ipso vallone vadit rectum in terminum qui fixus est in parte meridiei longius ab ecclesia sancti michaelis, que ibi constructa est, passibus viginti sex. Et ab ipso termino rectum tendit in vallone maius. Et per ipsum vallonem ascendit usque in serram, ubi est parvus lacus et terminus fixus. Et ab ipso termino revolvit in partem occidentis usque in terminum qui fixus est in serra de monte qui est a super aquabella, passi octuaginta septem. Et ab ipso termino revolvit in parte septemtrionis usque in alium terminem, passi quadraginta quattuor. Et ab ipso termino descendit in partem orientis per serras, que sunt fines inter res monasterii sancti georgii et monasterii sancte marie, usque in terminum qui fixus est in confinio ipsorum monasteriorum. Et ab ipso termino descendit in vallone maius in parte

meridiei usque in alium vallonem, sicut est confinius ipsorum monasteriorum. Et per ipsum vallonem descendit per confinium ipsorum monasteriorum usque in terminum qui fixus est iuxta ipsam viam. Et ab ipso termino vadit per confinium ipsorum monasteriorum usque in alium terminem , qui fixus est prope ripam suprascripti flubii. A parte orientis est finis medius ipse flubius. Et pro cognitionis causa mensurare feci ab ipso termino, qui fixus est prope ipsam viam in parte meridiei usque in ipsum alium terminem , qui fixus est inter istam sortem et ipsam sortem. A parte meridiei similiter iuxta ipsam viam , et sunt passi mille trecenti mensurati per illum locum , unde plus rectum mensurari possunt. Et qui istam sortem comprehenserit , et eius heredes licentiam habeant iuxta litus maris et in ipso litore illi et homines eorum barcas et lintres traere et religare, et quicquid voluerit iusta ipsum litus et in ipso litore ponere et onerare , et portare per ipsum mare, qualiter voluerit. Sortem ab ipsa parte septemtrionis feci per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte meridiei est finis, sicut media ipsa sors cum ista sorte conterminat. A parte occidentis est finis , qualiter incipit a suprascripto vallone maiori, quod , ut dictum est , vicinius est ipsi ecclesie sancti zacharie , et vadit us que in alium vallonem maius , usque in vallone per quod rivus fluit , qui xeropotamus dicitur , in eo loco in quo alter rivus qui venit ab ipsa parte septemtrionis cum ipso xeropotamo iungitur. Et vadit per medium ipsum vallonem , quod , ut dictum est , cum ipso xeropotamo iungitur, sicut ipsum vallonem revolvit et ascendit usque in mediam serram , que est in pede de monte, qui dicitur drodonis. Et ab ipsa serra descendit in vallonem, et vadit per ipsum vallonem, et dimittit illum et ascendit in ipsam partem occidentis usque in serram. Et vadit per ipsam serram, et dimittit ipsam serram, et descendit per vallonem usque in alium vallonem maius et prevaricat ipsum vallonem, et ascendit in plaiam. Et per ipsam plaiam vadit in partem septemtrionis, et per serram parvi monticoli, et dimittit ipsam serram et descendit in partem occidentis. Et iterum vadit in ipsam partem septemtrionis per medium vallitellum usque in vallonem quod discernit inter guaraczanu et uminianu. Et ista sors per totam ipsam partem occidentis conterminat cum rebus de guaraczana. Ab ipsa parte septemtrionis est finis ipsum vallonum , quod , ut dictum est , discernit inter guaraczanu et uminianu , et sunt per ipsam finem passi sexcenti usque in medium flubium qui fragina dicitur. A parte orientis est finis medius ipse flubius qui discernit inter has res et alias res eorum. Et qui istam sortem comprehenserit, et eius heredes licentiam habeant iuxta litus maris et in ipso litore illi et homines eorum barcas et lintres traere , et quicquid voluerit iuxta ipsum litus et in ipso litore ponere et barcas et lintres religare et onerare et portare per ipsum mare , qualiter voluerint. Et ipse domnus princeps et dux et illius

heredes et homines eorum, et ipsi germani eius et illorum heredes et homines eorum licentiam habeant omni tempore ire et redire per vias, que intra suprascriptas sortes ducunt, cum omnibus eorum congruitatibus iusta rationem, et quoniam divisi sunt homines, qui in suprascriptis rebus habitant et devent mutari de una sorte in alteram, illi qui mutari devent, et eorum heredes licentiam habeant usque completos annos decem, in casis eorum residere et habitare, et vineas eorum tenere et laborare, et omnis fructus et vinum, qui de ipsis terris cum vineis exierint usque completos ipsos annos tollere, et habere, et facere ex eis quod voluerint. Et post completos ipsos annos licentiam haberent de ipsis sortibus tollere omnes res eorum mobiles, et faceret de eis quod voluerint. Et ipse vinee sint in potestate illorum, de cuius sorte mutati fuerint. Et cum ipsa scripta lecta fuerunt, ipse paldulfus prius comprehensit suprascriptam sortem a parte septemtrionis, et ipse domnus guido secundus comprehensit ipsam sortem a parte meridiei. Et ipse domnus guaimarius princeps et dux tertius comprehensit ipsam sortem que in medio est. Iamdictas vero sortes comprehenserunt cum omnibus que intra eas sunt, cunctisque earum pertinentiis, qualiter superius facte sunt, et cum vice de viis suis. Ea ratione, ut unusquisque de sortem quam comprehensit, et eius heredes licentiam habeant secundum suprascriptum tenorem facere quod voluerint. Et per convenientiam ipsi domnus guido et paldulfus guadia ipsi romoaldo pro parte ipsius domni principis et ducis dederunt, et ipse guido pro illius parte fideiussorem ei posuit atenolfum comitem filium quondam landolfi comitis. Et ipse paldulfus pro illius parte fideiussorem ei posuit iohannem comitem filium quondam alfani comitis. Et per ipsam guadiam ipsi domnus guido et paldulfus obligaverunt se et suos heredes semper permanere in suprascripta divisione cum ipso domno principe et duce et cum illius heredibus, quemammodum superius legitur. Et si in suprascripta divisione, quemamodum superius scriptum est, non permanserint, et suprascripta vel ex eis quicquam romovere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi domno principi et duci et illius heredibus quattuormilia auri solidos constantinianos, et in suprascripta divisione, quemamodum superius legitur, permanere. Et taliter te romoaldum notarium qui interfuisti, scrivere precepimus.

† Ego qui supra amatus Iudex

† Ego qui supra iohannes Iudex.

MLXXXIV

A. D. 1047

✝ In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosus princeps, et nono anno ducatus eius amalfi et sirrenti, Et sexto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense iulius, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me iohannes atrianensis filius quondam ursi de lupenum, eo quod ante subscripti testes coniunctus sum ad combenientia cum leo atrianense germanus meus probter quod ante os annos ego et ipsum leo germanus meus divisam abuimus rebus de locum beteri et de mitiliano, et divisionem inter nos minime facta abuimus. Modo autem, ut diximus, cum ipsum leo sunt coniuntum, et de ipsa rebus divisionem inter nos firmamus, sicut inferius declaramus. Ipsam sortem, quam ipse leo conprensa abui, est per as fines et mensuras iusto passu homini mensurata. A parte orientis fine via, sicut revolbendo faci ipsa via usque in capite de alia via, quod communem abeo cum ipsum leo germanus meus, usque ad flumen, qui dicitur bonea, et sunt per ipsa via passi octuaginta tres, alia quidem parte fine ipsa via commune usque ipso flumen. A parte occidentis fine ipso flubio. A parte septemtrionis fine nostra ab ipso flumine usque ipsa via priore fine. Et adiunsi in ista sorte medietate alia pecia cum cannietum qui est ex illa parte ipso flumen, sortem illam que est a parte septemtrionis, et est per as fines. A parte orientis fine ipso flubio: A parte septemtrionis fine, sicut media sepe dissernit: A parte occidentis fine, sicut limite dissernit: A parte meridiei fine ipsa alia sorte, sicut terminatum est; et adiunsi in ista sorte inclita tertiam partem de una alia pecia de terra cum binea ivique in ipso locum beteri a super mare. Quam et adiunsi in ista sorte de octaba parte una sorte de una pecia de terra cum arbustis vitatis in locum mitiliano, que est per as fines et mensuras. A septemtrione fine nostra, sicut media balle dissernit, sunt inde passi octuaginta quadtuor: a parte occidentis fine media balle, sunt inde passi septuaginta duo, usque ubi finitur ipsa balle, et da inde aliquantum revolbente in partem orientis passi quadtuor, et abinde revolbente in partem meridiei per medio limite passi biginti sex: a parte meridiei fine nostra, inde sunt passi hoctuaginta, sicut inde medio

limite dissernit. Iterum revolbente per media antica passi septuaginta. Ab inde revolbente et saliente erga ipsa via et coniungente in ipsa priore fine, inde sunt passi sex; de ista terra cum arbustu adiunsi in ista sorte de octabam partem una cum bice de vie sue. Et aliam sortem feci esse de terra cum binea in ipso locum betere, qui est per as fines et mensuras, iusto passu homini mensuratu. Ab oriente fine via puplica que pergit ad mare, inde sunt passi quaddraginta duo, alia quidem parte fine ipsa via, que dissendit ad flumen de veteri, sunt inde passi sexaginta duo, et revolbente in parte septemtrionis per finem nostram et de consortes nostros inde passi triginta usque ripa de predictum flumen. A parte occidentis fine nostra, sunt inde rectum mensuratum passi quinquaginta, alia quidem parte rectum mensurati da ripa de ipso flubio usque ipsa priore via passi sexaginta octo. Et adiunsi in ista sorte alia pecia de terra cum binea in iamdictum locum beteri que est per as fines et mensuras. De una parte fine via, sunt inde passi quadtuordecim, et da ipsa via pergente in partem occidentis per fine nostra, sicut terminatum est, sunt inde passi quadtuordecim et tres sortiones de passis, et avinde pergente in partem meridiei usque terminum, qui ivi fictum est, passi nobem et planta unam, et avinde pergente per termiti usque in limite passi sexaginta unu et summisse et planta. A parte meridiei fine medio ipso limite, inde passi triginta nobem et medium. A parte orientis fine medio limite, inde passi octuaginta sex. Et adiunsi in ista sorte tota ipsa terra cum arbustum vitatum in ipso locum mitiliano que est per suprascriptas fines et mensuras, septuatum inde una hoctabam partem, que adiunsi in ipsa priore sorte una bice de viis suis. Unde ipse leo germanus meus conpreensit ipsam priorem sortem, qualiter superius illam feci esse cum bice de viis suis unam sortem. Et michi nominato iohanni remansi ipsam secundam sortem, qualiter superius illam feci esse cum omnia que ivi adiunsi, cum bice de via sua, et qualiter sors ipse pars partium inter nos tradidimus et conpreensimus, sic pars partium abeamus sic illas, sicut supra legitur, securiter amodo et semper pars partium nos et nostros heredes sortes ipse, qualiter superius legitur, illas abeamus et faciamus unusquisque de sua sorte omnia quod voluerit, cum bice de viis suis. unde in eo hordine per conbenientia guadia michi ipse leo germanus meus dedi, et mediatorem michi posuit urso atrianensis filius quondam iohanni de mastalo; et per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes omni tempore mecum et cum meis eredibus permanendum in suprascripta divisione, et per nullis modis querant sortis ipse removere aut contrare; et si taliter in suprascripta divisione mecum et cum meis eredibus ille et suos eredes firmiter non permanserint, et de suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per conbenientia per ipsa guadia obligavit se ipse leo germanus meus et suos

eredes componere michi meique eredibus centum auri solidos constantinianos, et in suprascripta divisione ille et suos eredes mecum et cum meis eredibus firmiter permanere. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego ioannes me subscripsi.

MLXXXV

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii et dux illius amalfi, et octabo anno ducatus eius sirrenti, et sexto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni nostri gisulfi eximii ducis filii eius, mense Iulius, quintadecima indictione. Memoratorium factum a me miro iudice filius quondam mirandi subdiaconi, eo quod ante subscripti testes per combenientia tradidit mari calzolario filio quondam martini quactuor pecie de terra una cum arbustum et alie cum abellanietum, quod abeo in locum floccanum, ubi camminata et ad palmentum vocatur: prima pecia cum arbusto et pomifera per as finis: a sebtemtrione fine via publica; a parte orientis fine grimoaldi; a meridie fine lamverti, et exiente in fine de eredes iaquinti da copercle. Iterum rebolbente in pars occidentis per eadem fine ipsius iaquinti usque ad ipsa via priora fine: secunda pecia cum abellanietum per ec finis et mensuras: a parte sebtemtrionis fine via publica staviana, inde passi sidecim: a pars orientis fine de eredes leoni, qui dicebatur de abelle, inde sunt longitudo passi quadraginta quactuor et medium; a meridie fine de eredes ferrandi inde latitudo passi sidecim et pedes quactuor et planta; a parte occidentis fine suaque mari, sicut clusamen dixcernit; inde se coniungente in ipsa priora fine per ipso latere de longitudo passi quinquaginta, et per trabersum est latitudo ipsa terra passi sidecim minus cubitum unum et planta una. tertia pecia de la camminata et palmentu dicitur, est per finis et mensuras: a sebtemtrione fine via publica, inde passi sebtem; a pars orientis fine rebus archiepiscopio salernitano, inde abet passi sexsaginta quactuor; a parte meridie fine tuaque, inde passi octo: a pars occidentis fine de eredes ursi, inde passi sex-

saginta quactuor. quarta pecia ibique in eodem loco, ubi palmentu dicitur, est per finis et mensuras: a parte sebtemtrionis fine via publica que pergit ad stabiam, sunt inde latitudo passi sex: ab occidente fine similiter meaque ibidem paratum abeo da pando filio romoaldo, sunt inde passi sebtuaginta: a meridie fine de eredes ferrandi, sunt inde latitudo passi sex: ab oriente fine de consortibus nostris, inde passi de longitudo alii sebtuaginta, et in medium locum, quod est per trabersum, est per latitudo passi sex, totum ad iuxto passum omninum mensuratum. Ec vero suprascripte pecie de terris per iamdictis finis et mensuriis, cum omnia infro se habentibus omnibusque suis pertinentiis et cum vice de via sua inclitum illut ipsius mari tradidit, tali ordine, ut amodo et usque quactuor anni completi, ad sua et de suis eredibus sint potestate tenere, et dominare, et fobee, omnis sue utilitatis iuxta rationem ibidem facere; et ubi meruerit, illut, quod est arbustum, arbores et vites ibidem pastenare, et plantare, et surgere illut, sicut meruerit vonum esset arbustum in ipso locum, ut in melius proficiant et non dispereant, et vigilationem inde abere, sicut decet, et tota suprascripta rebus cludant da ipsa via, et illut quod est abellanietum, ubi meruerit, infra illut pastenare, ille autem vel suos eredes pastenare abellane, ut vonum pareat pastenatum et surtum, sicut meruerit, et tempore de vindemie, quantum vinum et poma amodo et usque ipso constitutum inde exierint, per medietatem illut inter nos dibidamus, nos medietatem et ille vel suos eredes reliqua medietate; et quante abellane inde collexerint, nos autem vel nostris eredibus tollamus ipse abellane secce due sortis, et ille tollant exinde tertiam partem, et per tempus de vindemie et de ipse abellane faciant scire me meosque eredes, ut dirigamus ibidem missum nostrum pro recipienda ipsa sortione mea de ipso vino et poma et de ipse abellane; et dum ibidem steterit ipso missum, illut nutricare, sicut iustum fuerit, et palmentaticum nobis dare unum pullum vonum, et quod ibi seminaberint, deant inde nobis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. ad completi vero ipsi quactuor anni inclitum illut lavorata, et cultata, et clusa, sicut supra diximus, remidtat ad potestate mea et de meis heredibus. unde in eo ordine per vona combenientia guadia michi ipse mari dedit, et mediatorem michi posuit erchempertus filius quondam mari presbiteri, et per ipsa guadia etc. *statuta mulcta viginti solidorum constantinianorum.* verumtamen infra ipso constitutum dare michi ipse mari pro calzamentum due pelle vone. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego iohannes

† Ego truppoaldus clericus et notarius me subscribsi.

MLXXXVI

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et nono anno ducatus eius amalfis, et hoctabo [1]) anno ducatus illius sirrenti, et sexto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense iulius, quintadecima indictione. Ego amatus domini gratia episcopus sancte pestane sedis Clarifico, quoniam domnus paldulfus, filius bone recordationis domni guaimarii serenissimi principis, feci construere ecclesiam ad honorem sancte preparationis in propria rebus sua in loco cornitu finibus caput aquis. Et venit ad nos ipse domnus paldulfus, et cepit postulare me, ut si per convenientiam firmaremus ei firmam securitatem de ipsa ecclesia et de rebus ipsi ecclesie pertinentibus, qualiter illut securiter abere et possidere balead, ille dare nobis pro eis pretio ad perficiendas utilitates ipsius nostri episcopii; propterea cepi ex hoc avere colloquium cum clericis honoratis ipsius nostri episcopii, et omnibus congruum visum est, ut per combenientiam talia faceremus; et ideo, sicut michi congruum est, mea bolumptatem per hanc cartulam coram idoneis hominibus, qui intersunt, per conbenientiam confirmo et trado tibi domno pandulfo integram supradictam ecclesiam cum omnibus rebus movilibus et stavilibus ipsi ecclesie pertinentibus, et cum omnibus que intra ipsas res sunt cunctisque earum pertinentiis, et cum bice de viis suis. Ea ratione, ut semper sit in potestate tua et de tuis heredibus, et tu et tui heredes licentiam habeatis de suprascripta nostra traditionem facere quicquit bolueritis, et propter confirmationem uius traditionis suscepi a te sex libras argentei ad perficiendas utilitates ipsius nostri episcopii, et omni tempore sit secura et livera ipsa ecclesia cum omnibus rebus stavilibus et movilibus ipsi ecclesie pertinentibus a parte suprascripti nostri episcopii, et tu et tui heredes potestatem abeatis de ipsa ecclesia cum omnibus rebus ipsi ecclesie pertinentibus, et cum omnibus rebus quas per te et per tuos heredes, et per alios homines de vestris et illorum proprietatibus, quomodocumque datum et oblatum fuerit in predicta ecclesia, facere quicquit bolueritis, et tu et tui eredes potestatem abeatis in ipsa ecclesia presbiteros, et clericos, et monachos ordinare, qualiter bolueritis, absque omni contrarietate mea et de successoribus meis, et de partibus ipsius nostri episcopii. Et licentiam abeant ipsos sacerdo-

[1]) *Corrige,* nono a *mense Iulio.*

tes, vel clericos, seu monachos, qui per te et per tuos eredes in ipsa ecclesia ordinati fuerint, cartulam fraternitatis in eadem ecclesiam facere et abere, et cereum et fontes venedicere, et in ipsis fontibus baptizare, sicut decet, et cruces ex ipsa ecclesia extraere, et cum letaniis ex ipsa ecclesia procedere, et infirmos visitare, et mortuos intra ipsa ecclesia recipere, et pro eis officio, sicut decet, facere, et a foras ipsa ecclesia sepelire; et licentiam abeant per domos eorum, qui ad ipsam ecclesiam annualiter venerint, ad audiendum officium et ad domos et de ominibus qui in rebus tua et heredum tuorum abitaverint, cum aqua santificata ire et cruces in ipsis domis ponere, et aquam santificatam spargere, absque omni nostro et de successoribus nostris, et de partibus ipsius nostri episcopii contrarietate vel requisitione; et nec ego, nec suceessoribus meis, nec pars ipsius nostri episcopii, quolibet tempore quemlibet censum, aut quodlibet servitium, aut dationem ad ipsa ecclesiam, aut a rectoribus eius queramus per quemlibet modo, et nos et successoribus nostris et pars ipsius nostri episcopii annualiter demus ad partem ipsius ecclesie formata, et crisma, et oleum sanctum, sicut meruerit, absque datione; et licentiam abeant sacerdotes et clericos, seu monachos, qui per te et per tuos heredes in eadem ecclesiam ordinatos fuerint, omnem canonicum vol monachicum ordinem peragere, qualiter boluerit, sicut iustum est. Et si quolibet tempore ipsa ecclesia vel ex ipsa ceciderint, tunc cum tu et tuos eredes nos et successores nostros rogaveritis, nos et successores nostros illuc veniamus, et ipsa ecclesia et eius altaria dedicemus; et si, quod apsit, quolivet tempore ipsa ecclesia, vel eius altaria contaminata fuerint, nos et nostros successores per omnes vices per postulationem tuam et de tuis eredibus, ad ipsam ecclesiam veniamus, et eam et eius altaria restauremus, sicut meruerit; et per combenientiam ego amatus domini gratia episcopus obligo me et successores meos, et partem ipsius episcopii si, sicut superius scriptum est, tibi tuique eredibus non adimpleverimus, et suprascriptam vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumserimus, componere tibi domnus pandulfo tuique eredibus mille aurei solidos constantinos. Unde pro vice nostra nostrum vicedominum pro vice ipsius domni paldulfi domno iohanni comiti filio domni alfani comitis guadiam dare fecimus, et mediatores ei posuimus landemarium clericum filium landolfi, et dumnellum filium quondam guinardi. Et hunc brebem scripsit ego guidus subdiaconus et notarius per iussionem domni presulis.

Pax — Ego qui supra Amatus episcopus.

MLXXXVII

A. D. 1047

† In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et nono anno ducatus eius amalfi, quam et sexto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense augustus, quintadecima indictione. Ego truppoaldus diaconus et medicus, quam et abbas ecclesie sancte marie, que constructa est intus hanc salernitanam civitatem inter muro et muricino, et est pertinente supradicte gloriose potestatis, Clarefacio, quoniam pars ipsius ecclesie a foris hanc predictam cibitatem iusta fluvio lirno, ubi molina destructa sunt, et venit ad nos benedictus filius hodelgardi capuano, et leo filius quondam stefani, et dixit mihi, ud si ei dederimus unum sedium de ipsa molina de . . . . . . annum ipsum molinum conciare et facere da nobum, et ego facerem eorum ibi adiutorium. Unde ego per absolutionem invictissime potestatis, cuius pertinet ipsa ecclesia, Ante presentia ademarii comitis et iudicis, una cum predicte ecclesie, Tradidi ipsorum benedicti et leoni inclitum ipsum sedium de ipsum molinum destructum pertinente . . . . . . qui est iusta ipso flubio lirno et dicitur ad lu fusu. Tali tinore, ud a presente illis et illorum heredibus tenere inclitum de ipso molinum cum ista de ipso molinum et arcaturia sua, et cum sedio suo, et usus aquarum, et cum pertinentia de ipsum molinum, qualiter ipsum molinum usus fuit abere, Ud illis et illorum heredes et hominibus, qui ibi mittad in ipsa tradictione, fodere et palos figere, et omnes illorum utilitatis ibi facere, et abere iusta rationem pro . . . . et macenandum ipsum molinum, et amodo et usque ad tempus in calendis september, quod facit unum annum . . . . vel illorum eredes in pars de ipsa ecclesia de ipsum molinum nisi unum modium de granum bonum plenum culmu ad modium qui . . . . . ista cives, ista nativitas domini prius venientis et alium modium de granum bonum culmum ad ipsum modium in pasca domini qui est prius veniente oc anno. In ipsa calendis september ad tempus adsignent mihi, vel ad meos successores in pars ecclesie ipsum molinum conciatum bonum, ud perfectum macenare possat, et ab ipse calendas september, inde sex anni completi, ipsi benedictus et leo et illorum eredes teneant ipsum molinum, et vigilent, et custodiant, et concient, ut me macenare possat. Et infra ipsi sex anni per omnes duos menses deant in pars ipsius ecclesie quinque . . . . . . granum bonum molitura usque ad ipsi anni completi ad suprascriptum modium plene bene culme. A completi ipsi sex anni assignent

illis et illorum eredibus in pars predicte ecclesie inclitum ipsum molinum conciatum bonum, sicuti sunt alia molina, qui sunt ibi vicina, et conciata taliter illud assignent ad pars predicte ecclesie, cum mole et ferraturia sua, et cum sedio et arcaturia sua et cum omni sua pertinentia, ud bene possat macenare, et illis et illorum eredes, et homines qui ibi miserint, liceat inde exire cum omni causa eorum mobilia, quod iustum fuerit, et ire ubi boluerint. Et ego dedi modo eorum adiutorium pro conciandum ipsum molinum quadraginta auri tarenos et modium unum de grano et medium modiolum de fabe. et medium assunia [1]) et due salme de vinum et unum pecuru, et fuste de ferrum et una securiccla et anella tres. Unde in eo tinore per convenientiam guadiam dederunt ipsi prenominati benedictus et leo, et fideiussorem mihi posuerunt iohannes filius quondam iohannis, qui dictus est granito, et per ipsam guadiam obligaberunt se ipsis benedictus et leo et illorum eredes, ud si omnia supradicta non adimpleberint in pars supradicte ecclesie, vel de suprascriptis contradixerint, per ipsam guadiam obligaberunt se ipsis benedictus et leo et illorum eredibus componere in pars ipsius ecclesie . . . . . . auri solidos constantinos. Veruntamen hoc memoramus, ud si ipsum molinum infra ipsi sex anni non macenaberit pro ructura . . . . . de ipso flubio, aud pro gente puplica, imputemus nos de ipso grano, quod nobis dare debet infra ipsum annum, sicut iustum fuerit; et ad pignerandum obligavit seipsum fideiussorem et suos eredes, si in pars ipsius ecclesie omnes rebus et causas suas legitime et inlegitime . . . . . . obligaberunt se ipsi benedictus et leo et illorum eredes, si ad ipsum fideiussorem etiam personis eorum componendum et distringendum usque ad . . . virguli legit anni, et per omnes menses usque ad ipsi anni completi macenent in pars de ipsa ecclesia quadtuor modia de granum ad suprascriptum modium, sine aliqua molitura per supradicta guadia et obligata pena. et taliter scribere rogavimus te iohannem notarium.

† Ego qui supra ademarius iudex.

MLXXXVIII

A. D. 1047

† In nomine domini bicesimo nono hanno principatus salerni domni nostri guaimari, et nono anno principatus eius capue, et octabo [2]) hanno ducatus eius amalfi et surrenti, et

---

[1]) *Assunia*, pro assunia, axontia axungia, ut in Du Cange — Ital. *sugna*.

[2]) Potius *nono*.

quinto [1]) anno princes et dux domni gisolfi eximii principi et duci eius filius, et quinto [2]) anno erit ducatu illorum apulia et calabria, mense agustus, tertiadecima [3]) indictione. Ideoque ego fasano filio quoddam leo clarefacio me habere sortionem de rebus de concessione de persicitu, et congruum mihi est benumdare tota ipsa sortionem de ipsa concessione de persicitu hat andrea habbati bocabulo sancti magni, quod ipsa sortionem mea comparata illam habuit da musando filio maranci, et sicut mihi iamdicto fasano est congruum ante ydoneis subscripti hominibus per hanc cartam benumdedit atque remisit tivi prefatus andrea habbas tota et inclita ipsa sortione mea, quod mihi pertinens est da ipsa paratione de persicitu de terris, et silbis, et pratis, pascuis, et aquis, et finis, et biis de omnia de ipsa rebus mihi pertinentem, et omnia intus ipsa rebus habentem, ad securiter et firmiter amodo et semper tu tuique posterioribus, et pars ipsius monasterii hillud abendum, dominandum, possidendum, et omnia inde faciendum quod bolueritis, et pro firmam stabilitatem recepit a te tari decem in omni finitione, sicut inter nos stetit. De qua per convenientia ego predictus fasano guadia tivi predictus andreas abbas et mediatorem tivi posuit nicola filius quoddam mule presbiter, qui est abitante de loco huminiano, et per ipsam guadiam obligo me iamdictus fasano et meis heredibus, amodo et semper defensandum tivi nominatus andreas abbas et at tuis posterioribus cuncta suprascripta nostra benumdatione da omnes omines ab omnique partibus, etiam et da pars uxori mea. Et quando per bos ipsos bolueritis inde bolueritis esse autores, qualiter bolueritis cum omni monimine et ratione, quas inde habueritis. Quot si taliter etc. *Statuta mulcta viginti solidorum constantinianorum*. et taliter scribere rogabimus te petrus subdiaconus et notarius. haetum cilentum.

† Signum manum mauro filio grisilaite.

† Signum manum nicola filio guisoni.

MLXXXIX

A. D. 1047

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, Et nono anno ducatus eius amalfis et sirrenti, Et sexto anno principatus et ipsorum

---

[1]) *Sexto.*

[2]) Lege: *Sexto.*

[3]) Indic. XV.

ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense september, prima indictione. Ante me amatum iudicem coniuncti sunt leo monachus et prepositus monasterii sancte trinitatis, qui constructum est in pertinentia mitilianensi, actum salerno, cum petro clericus filius quondam iohanni miri abitantes de locum nucerie, ipse leo monachus pro pars et vice sancte trinitatis, et pro pars et vice monasterii sancti petri, quod edificatum est intus anc salernitanam civitatem, quem petrus iudex olim a nobo fundamine construxit, et per ipsum petrus clericus ostensum est unum brebem continentem, qualiter ante os annos petrus clericus et abbas cappelle palatii filius quondam petri clerici et abbatis tradiderat ipsius iohanni genitor predicti petri clerici una pecia de terra sua in locum nucerie, ubi ammunticello dicitur a suptus ecclesia sancti quirici, qui est per finis et mensurie: A parte meridie fine via puplica, inde passi quaddraginta septem; a parte occidentis fine sua et de consortibus suis, inde passi centum sexaginta; a parte septemtrionis fine illorum, inde passi triginta unum; a parte orientis fine illius et de eius consortibus, et coniungente in ipsa via priore, inde passi centum sexaginta mensurati ad iuxto passum sicut ipso brebem continet, qui scriptus est per iohannes notarius de tricesimo septimo anno principatus domni nostri guaimarii, et octabo anno principatus domni guaimarii eius filio, de mense ianuarii, nona indictione; et ibidem subscripti iohannes et iaquintus notarii. Et per ipsum leo monachus et prepositus hostensa est una cartula, qualiter ante os annos ante presentia iohanni iudici ipse petrus clericus filius ipsius petri clerici et abbati, et grisa filia quondam guaiferii, qui sunt biri et uxor, per ipsa cartula ante presentia ipsius iohanni iudici et testes, secundum legem et consuetudo gentis romanorum, benundedera petrus presbiter et monachus et preposito tota ipsa suprascripta pecia de terra que erat abellanietum per supradictas fines et mensuras; ipse petrus clericus benumdederat inde tres partes, et ipsa grisa benundederat inde quartam partem, et ipse petrus presbiter et prepositus illut emerat pro parte ipsius monasterii sancti petri, quam et pro parte ipsius monasterii sancte trinitatis. Tamen ut siat divisa ipsa suprascripta rebus iuxta rationem in octabam partem per ipsi centum sexaginta passi; et prius inde compreensit pars predicti monasterii sancti petri tres partes, quale voluerit adunate cum bice de via sua, et ipse relique quinque partes comprehendat adunate partes predicti monasterii sancte trinitatis cum bice de via sua, ad faciendum partes predicti monasterii illarumque rectores omnia, quod voluerint, sicut ipsa carta continet, que scripta est per romoaldus notarius de vicesimo secundo anno principatus suprascripti domni guaimarii, et secundo anno principatus eius capue, et primo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, de mense december, octaba indictione: et ibidem scriptum

ipsum iohannes iudex. Modo autem, ut diximus, ante me ipsum petrus clericus de nucerie filius ipsius iohannis, qui ipsa rebus per ipsum brebem ad pastenandum et lavorandum comparare habuit, cum ipsum leo monachus et prepositus coniuncti sunt ipsum leo pro pars de amba ipsa monasteria, et per absolutionem domni adelferii benerabili abbati de suprascripta monasteria, et ipse petrus clericus filius ipsius iohanni, per combenientiam remiserat ipsius leoni monachi predictum ipsum brebem, ad faciendum inde pars de ipsa monasteria, quod voluerint; et ipse leo monachus et prepositus iterum per combenientia per absolutionem ipsius domni adelferii abbati, pro pars de ipsa monasteria tradidit ipsius petri clerici filii predicti iohanni de nucerie, coram mea presentia et ante subscriptis idoneis hominibus, integram ipsam peciam de terra cum abellanietum per supradictas fines et mensuras; in tali ordine, ut oc anno ille et suos heredes abscidant inde ipse abellanee, et dividant ipsa lignamina de ipse abellane ibidem per medietatem; pars predicti monasteria tollat de ipsa lignamina ibidem medietatem, et ipse petrus clericus filius ipsius iohanni tollat sivi ipsa alia reliquam medietatem de ipsa lignamina, faciendum per partes de ipsa sua sortione de ipsa lignamina, quod voluerit; et amodo et semper inclita ipsa sutrascripta traditione ad sua et de suis heredibus sint potestatis fovee et omnis sue hutilitatis iuxta ratione ibidem facere, sicut meruerit; et oc anno faciant ibidem facere unum applictum de casa lignitia clusum cohopertum cum scandole, sicut meruerit, et liceat ille et suos heredes in ipsa rebus homines ad lavorandum et residendum mittere, iuxta rationem, et suas utilitates iuxta rationem ibidem facerent, sicut meruerit; et unde meruerit illas cludere, et clusam illam haberet curam et vigilationem inde habere, et salbam illas facere, sicut meruerit; et totas illas pastenare arbores et vites de vonis bitineis, amodo et pomis iuxta rationem, ut in completi duodecim anni ille et suos heredes tota ipsa tradictione abeant pastenata et surta de vono arbusto bitatum et pomis, sicut de tantos annos locus ipse meruerit; et da inde in antea per omnis annum tota ipsa tradictione apto tempore lavorare et cultare de super et de supter, sicut locus ipse meruerit; ut semper in melius proficiant et non dispereant; et per omnis annum vonum pareat lavoratum et cultatum, et salbum et clusum, unde meruerit amodo et semper. Et per tempore de vindemie, amodo et semper, per omnis annum ipse petrus clericus filius predicti iohanni et suos heredes faciant scire pars predicta monasteria, ut ibidem dirigat missum illarum, et ille et suos heredes apto tempore tota ipsa traditione bindemiare, et vinum ipsum ibidem ad palmentum procurare, et ipsum applictum de ipsa casa adsignare ad ipsum missum de ipsa monasteria clusum copertum, sicut diximus, ut ibidem faciant ipsum missum suas utilitates, quale voluerit iuxta rationem, e poma indeque apto tempore colligere, et de omnis

vinum et pomam, quam inde exierit, medietatem inde dare ad pars predicta monasteria, medietatem inde sivi habere. Et amodo per omnis annum pars predicta monasteria dean t ad ipsum petrus filius predicti iohannis et ad eius heredes ibidem horganea bona da vinum, et ille et suos heredes per omnis annum ipsa organea conciare, et studiare, et reponere in casa sua aliud quod in ipsa traditione amodo et semper habuerit lignitia et in ipsa organea mittere sortionem predicta monasteria de ipso vinum salbum faceret, donec illut inde tulerit pars prefata monasteria, absque degeneratione et igne et mures. Missum predicti monasterii, dum pro ipse vindemie ibidem steterit, illis eum nutrire secundum illorum possivilitate, et per omnis annum daret eis palmentaticum una gallina bona. Et de quod per annum in ipsa traditione seminatum fuerit, deant inde terraticum in pars predicti monasterii, sicut consuetudo est per ipso locum. Et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea eadem res ille et suos heredes tenere et lavorare noluerit, inclita ipsa rebus bona lavorata, surta, salba, cum ipso applictum de ipsa casa clusum copertum, remittant a pars predicta monasteria, faciendum inde omnia, quod boluerint; et liceat ipse petrus clericus filius predicti iohannis et eius heredes, et omines, quod ibidem miserint, inde excutere ipsa alia casa, quod ibidem habuerit, et omnis illorum mobile, et ire ubi voluerint, sine contrarietate de pars ipsorum monasteria, aut cuiquam hominibus, et ipsa rebus cum ipso organeum et cum ipso applictum, totum salbum, sicut dixi, remittant ad pars predicti monasterii, sicut supra dictum est. Et per combenientia per iussionem ipsius domni abbati, ipse leo monachus et prepositus pro pars predicti monasterii sancti petri et sancte trinitatis guadiam ipsius petri clericus dedit, et fideiuxorem ei posuit romoaldus de locum nucerie filius quondam romualdi notarii; et per ipsam guadiam obbligavit se ipse don nus abbas per combenientia, et successores suos, et pars predicti monasterii amodo, et dum rebus ipsa tenuerit, ipse petrus clericus filius predicti iohanni et eius heredes defensarent eis suprascripta tradictione cum bice de via sua da omnis homines omnique partibus. Et si taliter, sicut dictum est, eidem petri clericus, et ad eius heredes non adinpleverint, et illut vel exinde removere aut contrare quesierint per combenientia per ipsam guadiam obligavit se ipse domnus abbas et successores suos, et pars iamdicta monasteria componere ipsius petri clericus filii predicti iohannis, et ad eius heredes, quinquaginta anni solidos constantinianos, et taliter pro parte ipsius petri clerici et abbati tibi petri notario scribere precepi.

† Ego leo presbiter et monachus.

† Ego qui supra amatus iudex.

† Ego romoaldus me subscripsi.

† Ego madelmo notarius me subscripsi.

MXC

A. D. 1047

Haec charta de eadem locatione agit, de qua antecedens.

MXCI

A. D. 1047

Summarium :

† Tricesimo anno principatus Guaimarii etc. ut supra.

« Coram Ademario Comite et Iudice Ioannes de Amalphia filius quondam Leonis promittit « Mauro filio Constantini Sturnello se donaturum ei quinquaginta aureos solidos et quin- « quaginta ex bonis adpretiatis, quando dictus Maurus uxorem duxerit Antociam filiam « suam, cum traditione etiam novem solidorum auri et terras in loco Sepi, ubi Noella « dicitur.

« Dauferius notarius hanc chartam exaravit.

† Ego qui supra ademarius iudex.

MXCII

A. D. 1047

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et nono anno ducatus illius amalfi et sirrenti, et sexto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi filii eius eximii principis et ducis, mense september, prima indictione. Nos iohannes et blacta atrianenses germani filii mauri calbarusi clarefacimus, quoniam pertinet nobis abere rebus foras hanc cibes ulter flubio lirno, et est rebus ipsa terra cum arbustum et pomis, et est rebus ipsa infra has fines : A parte occidentis finis flubio lirno; a parte meridie fine rebus iohanni et mele, qui sunt germani, et filii angeli abbati quod emtam abunt da urso filio leoni cosentino ; de super parte, quod est a parte orientis similiter fine ipsorum germani ; a septemtrione fine ipsorum germani, que emtum abunt da

nostris consortibus. Et congruum est nobis iamdicti iohannes et blacta illud venumdare predicti iohanni et mele germani filii ipsius angeli abbati integra ipsa rebus per iamdictas fines. Et ideo, sicud nobis congruum est, bone nostre boluntatis per hanc cartam, coram presentia ademarii comiti et iudici, venumdedimus bobis predicti germani integra suprascripta rebus quedam et quantum quantoque nobis est, vel fuerit quomodocumque pertinentes, ab ipso flubio lirno in pars orientis, et qualiter ascendit et coniungit in ribus abbio, et ab ipso ribus abbio in pars meridie totum illud bobis venumdedimus, et ab ipso ribus abbio in pars meridie nullam ibi nobis remansit, set funditus illut bobis venumdedimus cum omnia intro se abentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de bia sua bos predicti germani et vestris eredibus integra suprascripta nostra vindictione abendum et faciendum inde, quod bolueritis; et propter confirmationis uius venditionis, suscepi a bos predicti germani auri tari boni sexaginta quattuor in omni deliberatione, et per combenientiam secundum lex et consuetudo gentis nostre romanorum, guadiam bobis dedimus et fideiussorem bobis posuimus grifo filius quondam grifoni, et per ipsam guadiam obligabimus nos et nostros heredes semper defendere bobis predicti germani et de vestris heredibus integra suprascripta vestra vendictione da omnis omines; et quando per bos ipsis et vestris heredibus illud defendere bolueritis, potestatem abeatis, qualiter bolueritis cum omnibus muniminibus et rationibus, quas inde ostendere bolueritis; et si, sicud superius scriptum est, nos iohannis et blacta et nostris heredibus bobis predicti germani et ad vestris eredibus non adinpleberimus, et suprascripta vel exinde remobere aud contradicere presumserimus, per ipsa guadia obligabimus nos iamdicti germani et nostris heredibus componere bobis germanis iohannes et mele et ad vestris heredibus, quinquaginta auri solidos constantinos, et, sicud superius scriptum est, adinpleamus, quam te romoaldum notarium scribere rogabimus.

† Ego qui supra ademarius iudex.

MXCIII

A. D. 1047

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et nono anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et sexto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense septembrio, octaba die intrante prima indictione. Ante me Ademarium comitem et iudicem mele filius angeli pre-

sbiteri ostendit unum scriptum continentem: In nomine domini vicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et nono anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et sexto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense augusto, octaba die intrante quintadecima indictione. Ante me ademarium comitem et iudicem mele filius angeli presbiteri ostedit unum brebem quod continebat: in nomine domini vicesimo septimo anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et septimo anno principatus eius capue et ducatus amalfis, et sexto anno ducatus illius sirrenti, et quarto anno suprascriptorum principatum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, et tertio anno ducatus illorum apulie et calabrie, mense iunio, tertiadecima indictione. Ego mele filius angeli presbiteri ante testes prestitui petri filio iaquinti calzolario viginti auri solidos ana quattuor auri tari per solidum. Unde per convenientia guadia michi ipse petrus dedit per absolutionem ipsius iaquinti genitori suo, et fideiussorem michi posuit seipsum, et ipse iaquintus genitor eius; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes reddere michi meique heredibus, vel cui brebem iste in manum paruerit, ad tempus de suprascripto mense viginti quattuor auri solidos de tari, quorum quisque habeat aureos tarenos bonos quattuor, ut per caput illos dare possamus. Et si taliter, ut supra legitur, ipse petrus et eius heredes michi meique heredibus, vel cui brebem iste in manu paruerit, non adimpleberint et suprascripta, vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse petrus obligavit se et suos heredes, per absolutionem predicti genitori suo, componere michi meique heredibus, vel cui brebem iste in manum paruerit, ad duplum suprascripti solidi, et sicut superius scriptum est, adimplere, et per convenientiam ipse petrus et iaquintus pater et filius, qui sunt devitor et fideiussor, nominative apposuerunt et obligaberunt michi meique heredibus, vel cui brebem iste in manu paruerit, ad pignerandum inclita rebus illorum, que est medietatem de loco capaczana, que da parte orientis coniuncta est ad flubium, quod lirinus dicitur, et a parte occidentis coniuncta est ad viam publicam, que est pertinentem medietatem ad ipsum petrum, et ipsam medietatem in suprascripto hordine apposuerunt et obligaverunt ad pignerandum michi meique heredibus, et ipse petrus aliter sic apposuit ad pignerandum ad ipsum genitorem omnes res et causas suas legitimas et inlegitimas, et ec suprascripta fecit ipse petrus per absolutionem ipsius genitori suo, et ibique illum astantes et ego predictus mele ec suprascripta feci per absolutionem predicti genitori meo: et taliter ipsi pater et filius me romoaldum notarium scrivere rogaverunt, ego romoaldus me subscripsi, ego alderissi notarius me subscripsi; et cum fuit lectum ipsum brebem, ego cum ipso mele ad suprascriptas res, quas ei ipsi pater et filius nominative apposuerunt in iamdicto loco

capazana, secundum textum de suprascripto brebe perreximus, et per unam arborem comprehensit in pignum suprascriptas res, quas ipsi pater et filius per suprascriptum brebem ei nominative apposuerunt, et obligaverunt ad pignerandum, sicut continet suprascriptum brebem, sequenter sue calumnie, et quod superius inter virgulos scriptum est, legitur, perreximus, et taliter te romoaldum notarium scrivere precepi. In quo ego meum nominatum propriis subscripsi digitis. Et cum supradictum scriptum fuit lectum, ipse mele paratus fuit in duodecim diebus postquam comprehensit pignum per ipsam arborem suprascriptas res, sicut supradictum scriptum continet. Et nunc expleti triginta diebus, volens reddere ipsum pignus ad ipsos pater et filium. Sed ipsi pater et filius illud recolligere neglessit. Ideo secundum langobardorum regum edictum, pignum ipsum ipsi pater et filius amiserunt, et non habent facundiam illud requirendi. Et taliter pro ipsius mele te romoaldum notarium scrivere precepi. Verumtamen hoc memoramus, quoniam ipse suprascriptus mele hec suprascripta fecit, presente ipso angelo· presbitero genitore suo, e per eius absolutionem: et taliter te romoaldum notarium subiungere precepi.

† Ego qui supra ademari iudex.

MXCIV

A. D. 1047

† In nomine domini tricesimo anno principatus Salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et decimo [1]) anno ducatus amalfi, et nono anno ducatus eius sirrenti, et septimo [2]) anno suprascriptorum principatum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis eius filio, mense octuber, prima indictione. Ideoque ego mulier nomine bella filia quondam risi et uxor sum landoni filii quondam bisantii, clarefacio, quoniam a magna infirmitatem sum oppressa, unde spero vitam finire. Sed tamem adhuc integram habeo mente et recte loqui valeo, cogitare cepi que dei sunt iudicia, et oc mundum instabile, ne subito die mortis michi eveniad, et rebus meis iniudicata relinquam, idcirco combocavi erga me essendum iamdictus viro meus, in cuius mundium me subiacere palamfacio, et unaque cum ipso iudico atque dispono et in manum illut committo ad mirandu cognatus meus filius

---

[1]) *Nono.*

[2]) *Sexto.*

supradicti bisantii, quomodo et qualiter post meum hobitum de causis meis flad prehordinatum, et exinde pro animam meam datum. Primitus quidem volo, ut casam meam, quod communiter habeo cum senda sororem meam a pars aloare ienitrice nostra intus castellum caputaquis sortionem meam flat exinde benundata et pretium, quod inde tultum fuerit, medietatem exinde beniad ad potestatem predicte sorori mee. Simulque siad benumdatum unum pannum meum, quod habeo de brachia triginta et una colcetra, et una lenola, et pretium, quod inde fuerit tultum, cum medietate de ipsa casa, totum illut siat datum pro meis salutis hanime per pauperes et sacerdotes, seu per benerabilia loca, hubi melius deus inspiraverit. Ad amata cognata mea beniad ad eius potestatem una bellosa. Ad iemma cognata mea detur ei una camisa. Ad aloara beniad ad eius potestatem una larga. In ecclesia sancte marie de intus civitate nova caputaquis detur hibidem pl aione unu. In sancto blassio plaione unu. In sancto nicolao de loco castrezzano planeta una. Reliqua vero rebus mea stabile et mobile, undecumque aut quomodocumque michi est pertinentes per tota finibus caput aquis seu lucanie, totum et inclitum beniad ad potestate supradicti landoni viri mei et de eius heredes, faciendum inde omnia, que eorum placuerint. Et cuicumque sortionem meam de ipsa casa benumdata fuerit, siad eius defensatam per heredes meos, cum bice de viis suis, et cum omnibus inde pertinentes ab omnibus hominibus omnique partibus, tanquam si ego illut benumdasset et heredes meos obligasset ego. Unde obligo heredes meos, ut si de ec omnia, ut superius disposui et iudicavi, aliquid exinde contradixerit et retroare, seu removere illut quesierit, et quodcumque causationes exinde preposuerit, et omnia non adimpleverit, sicut superius legitur, in pena siant obligati ille heredes meos, qui talia aiere presumpserint, ad componendum supradicto mirandi, cui in manu illut commissimus, et cui scriptum istum in manu paruerit, quinquaginta auri solidos constantinianos. Et quod superius disposui et iudicavi, omni tempore firmum stavilemque permanead. Unde pro omnia, ut dictum est, adimplendum per consensum supradicti viri mei guadiam tibi iamdicto mirandi dedimus, et mediatorem tibi posuimus petrus clericus filius quondam remedii presbiteri. Et taliter scribsi Ego iohannes subdiaconus et notarius per indicatione de subscripti testes.

† Ego marcus presbiter

† Ego russu presbiter.

MXCV

A. D. 1047

† In domine domini tricesimo septimo anno principatus domni paldolfi gloriosi principis, et decimo anno principatus domni landolfi filii eius, mense nobember, prima indictione. Memoratorium factum a nobis iohannes filio iohanni et deusdede presbiter et primicerius filius cuidam petri, eo quod intus civitate abellini ante nobiliorum subscriptorum testium coniunsimus nos in vona combenientia cum maio filio cuidam sparani, et cum mulieris nomina illorum maria filia predicti sparani, et qui fuit uxor mauri filii vassi, et modo est uxor adelferi filii rocci, et cum dauferada filia predicti mauri, et qui est uxor adelferi filii iohanni, et cum adeltruda filia iamdicti mauri, et que est uxor rolegrimi filii iohanni; et dibidimus inter nos ipsam rebus nostra de loco ubi dicitur baneo, eo quod usque modo inter nos at communem abuimus. Quod et statim ipse predictus maio et ipse iamdicte mulieres, de consensu et boluntate de supradicti biri et mundoalt sui, toti unanimiter pariterque consensum, vone etenim sue voluntati, per fustem que suis tenebat manibus, dederunt et tradiderunt nobis iamdicti iohanni et deusdedi presbiter et primicerius in sortem omnino abendum et possidendum de ipsis rebus ex predicto loco baneo per finis, sicut hic subter per ordinem legitur: de una parte fine bia publica, qui pergit ad sancto andrea de monte, qui dicitur faleso; de alia parte fine rebus ipsorum predicti mulieris marie, et dauferade, et adeltrude, sicut termini descernunt et vadi usque in fine rebus ipsius magi, quod a nos eorum in sortem benit, et vadi per fine ipsius magi, sicut termini positi sunt, usque in fine rebus dauferii filii garardi, qui et iaquintus fuit vocatus; et de alia parte fine rebus ipsius dauferii filii garardi, sicut termini et medio cristone decerni, et qualiter vadi per medio ipso cristone usque media balle, qui est inter ec rebus et rebus eidem dauferii, et vadi per media ipsa valle usque in fine rebus ipsius magi, quod a nos ei in sorte benit: de alia parte fine rebus ipsius magi, sicut termini ficti sunt, et vadi per fine rebus ipsius magi, sicut termini decernunt, usque in fine rebus, quod modo tenere bidetur eredes gemmi, et badi per fine rebus, quod modo tenere bidetur eredes gemmi usque in fine rebus, qui fuit de eredes predicti gemmi; deinde vadi in fine rebus iamdicti magi, et qualiter vadi per fine rebus ipsius magi, sicut clausamen decerni, usque in fine rebus de monasterio sancti benedicti, et vadi per fine rebus de iamdicto monasterio sancti bene-

dicti usque in iamdicta bia, ud dissimus prioras fines; infra omnis iamdicta finis, sicut superius legitur, totam et integram ipsam rebus ipse predictus maio et ipse iamdicte mulieris maria, et dauferada, et adeltruda illut nobis in sortem dederunt, et tradiderunt una cum inferius et superiusque, cum biis et anditis suis, cum aquis, et cum omnibus earum pertinentiis, atque cum omnia intro se abentes, illut nobis in sortem dederunt, et tradiderunt ad semper abendum et ossidendum nos prenominati iohannes et deusdede presbiter et primicerius, quam et nostris eredibus, et faciendum exinde omnia quodcumque voluerimus, sine contradictionem ipsorum predictorum magi, et marie, et dauferade, et adeltrude, et de illorum eredibus aliquam requisitionem, et ego a parte meaque iohanni, et ego deusdede presbiter et primicerius a parte mea dedimus et tradidimus eorum in sorte abendum de ipsis aliis rebus ex predicto loco, sicut brebem eorum continunt. Et talem obligationem nobis iohanni et deusdedi presbiter et primicerius fecerunt ipse maio et ipse predicte mulieris, et obligaberunt se et suis obligaberunt eredibus ipsa maria per consensu et boluntate adelferi vir et mundoalt suum, et dauferada per consensu et voluntate adelferi bir et mundoalt suum, et adeltruda per consensum et voluntate rolegrimi bir et mundoalt suum, obligaberunt se nobis et a nostris eredibus, quod, si aliquando tempore anc supradicta dibisione eorum traditione, velut prelegitur, retornare aud remobere quesierint, per quamvis modis aut per qualicunque inbenta rationem, ideo ante omnia quinquaginta, solidi aurei constantiniani ipse maio et ipsa iamdicte mulieris, per consensu et boluntate de supradicti bir et mundoalt suis et illorum eredibus, nobis iohanni et deusdedi presbiter et primicerius et ad nostris eredibus pena componere obligaberunt, et in antea per inbitis exinde adversus nos semper taciti et contenti permaneat per supradictam penam obligatam; et reserbabimus inter nos viam ad communem in ipsam portionem ipsorum marie, et dauferade, et adeltrude et predicti magi, et in ipsa portionem nostra iohanni et deusdedi presbiter et primicerius, da ipso ribo, qui dicitur cirasulo et usque at tote ipse nostre portioni erga fine rebus, quod modo tenere videtur mauro filius petri, et erga fine nostra iohanni et deusdedi presbiter et primicerius, et simul et erga fines rebus de eredes gemmi, et qualiter vadi directum per fine rebus nostra iohanni et deusdedi presbiter et primicerius, usque ad ipse illorum portioni; unde omni tempore per ipsa bia semper ire et redire debeamus nos et nostris eredibus, et omini nostri, et missi nostri cum omnibus nostris utilitatibus usque ad ipse portioni nostre et usque ad ipso ribo per iamdicta penam obligatam. Et oc brebem scripsi ego ferrandus archisubdiaconus et notarius et interfuit.

† Ego landolfu

† Ego mari.

MXCVI

A. D. 1047

† In nomine domini tricesimo anno principatus Salerni domni nostri Guaimarii gloriosi principis et nono anno ducatus illius Amalfis et Sirrenti, et septimo [1]) anno principatus ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filius eius, mense nobember, prima indictione. Memoratorium factum a nobis iohannes et sergii germani filii quondam mansoni, et urso, filio quondam iohanni de mastalo, et leo et manso germani filii quondam mansonis, et disiio filio quondam sergii, qui dictus est tarudulu, et sumus atrianenses eo quod ante subscriptis idoneis hominibus per combenientiam tradidimus petro presbitero filio quondam iohanni presbiteri; tamen ego nominatus disiiu bice mea et pro bice anne congnata mea relicta quondam ursoni, qui fuit genero meus, ecclesia bocabulum sancti iohannis, que constructa est in rebus nostra in loco beteri, quam et tradidimus eidem petri presbiteri causa mobilia pertinente ipsius ecclesie, oc est in primis liber comite anni circuli, unum psalterium, Quaterniarii dui maiori scripti, planeta linea ornata africu una, alia planeta linea cum ammictu, orali dui, curtine de linu due, pannuli de siricu septe, sextaci una. manule una, rotulu ad benedicendu cereum, becte ferreu unu, calece et patena, turibulum ereum unum, campana una, zappa una, manara una, ascia una, potaturu unu, serra una, tracturu... una, scannu unu, bucti maiori quattuor et bucti minori due, et tine due. Ec autem supradicta mobilia cum ipsa ecclesia et cum casis et cellis, et cum rebus pertinentes ipsius ecclesie, quod de antea presbiteri, qui ipsa ecclesia tenet, soliti sunt tenere in beneficium, sic inclitum illut ipsius petri presbiteri tradidimus, Tali ordine, ut amodo et cunctis diebus bite ipsius petri presbiteri totu illut sue potestatis tenere, et regere, et gubernare, sicut meruerit, et ut iustum fuerit; et ipsa ecclesia die noctuque officient et officiare faciad, sicut decet presbiter villanos; et omnis bota et sepultura, que in ipsa ecclesia intraberit, totum sit sue potestatis, faciendum exinde quod boluerit. Tantum si in ipsa ecclesia intraberit animalia biba, aut rebus, aut talem causam, que ad ornamentum fuerit de ipsa ecclesia, semper sit de ipsa ecclesia ad regendum et gubernandum illut, sicut et ipso aliut. Et ipsa rebus que est beneficium de ipsa ecclesia, apto tempore laborare

[1]) Potius: *sexto*.

et cultare et studiare bonum de super et de supter, sicut loca ipsa meruerit, ut semper in melius proficiat et non dispereat, et bonum paread laboratu et cultatu; et omnis vinu et fruges, qui de ipsis rebus tollere et abere potuerint, totum sue sit potestati, faciendum inde quod boluerit; tantum, dum bibus fuerit ipse petrus presbiter, per omnis annum laborare in ipsa ecclesia causa baliente tari dui, que sit ad ornamentum de ipsa ecclesia regendum illut, sicut et ipso aliut, et per omnis annum in nativitas domini ipse petrus presbiter deant nobis pro censu de ipsa ecclesia per unasquisque casa sigula gubita de cerea. Ad die vero obiti ipsius petri presbiteri inclita omnis supradicta tradictione ad nostra et de nostris eredibus cum ipso aliut quod ibi deus dederit, et cum illut quod ibidem laboraberit, perbeniat ad potestate, faciendum exinde quot boluerimus, et eredes suas licea inde excutere causa sua mobilia. Tamen oc recordamus, ut ipse petrus presbiter ipsa ecclesia cum casi et cellis, dum bibus fuerit, illas coperire et condi, et bone sicut meruerit. Et pro omnia suprascripta nobis adimplendi, guadia nobis ipse petrus presbiter dedi et fideiussorem nobis posuit se ipsum placentem inter nos; et per ipsam guadia obligavit se ipse petrus presbiter, ut si, sicut superius scriptum est, nobis nostrisque eredibus non adimpleberit, et de suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserit, per combenientia per ipsa guadia obligavit se ipse petrus presbiter componere nobis nostrisque eredibus quinquaginta auri solidos constantinianos. Quod scripsit ego petrus notarius.

† Ego ademari me subscripsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MXCVII

A. D. 1047

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et decimo anno ducatus illius amalfi et sirrenti, et sexto anno principatus ipsorum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis eius filii, mense nobember, prima indictione. Ego iohannes de locum trasboneia, ubi proprie maianu dicitur, filius quondam petri muscone, ante presentiam ademarii comiti et iudici, obtulit deo et in ecclesia sancte marie, que constructa est in in locum betrantu finibus mitilianense in rebus pertinente de eredes quondam madelmi, et risi, et rodrici, pro mercedis anime mee et predicti genitorem meum inclita pecia mea, qualiter mihi est pertinente de ecclesia sancte marie de predicto locum

maianu cum omnibus rebus stavilibus et movilibus pertinente eidem ecclesie cum inclita mea de puteum et curte et via ad ipsum puteum, quod mihi pertinet a suprascripto genitorem meum; quam et obtulit deo et in prefata ecclesia sancte marie de predicto locum betrantu una pecia de terra cum viscilietum de castaneis et aliis arboribus in predicto locum trasboneia per fines et mensuras: a pars occidentis est fine medio vallone, qui dicitur bulutabblu, sunt inde passi tridecim; a parte orientis est finis media serra, que discernit ad eredes predicti madelmi, sunt inde rectum per ipsa serra passi alii tridecim, et de longitudo da medio predicto ballone usque suprascripta media serra; omnis suprascripta mensuria iusto passu omini mensurata, tali ordine ipsa ecclesia de maianu, que et tragoneie dicitur cum omnibus rebus movilibus et stavilibus pertinente eidem ecclesie, et cum parte mea de ipso puteum, quod in ipso locum maianu est, cum vice de via et curte et cum suprascripta pecia de terra, cum viscilietum infra predicte finis et mensurias, cum vice de via sua in predicta ecclesia sancte marie de ipso locum betrantum obtulit, ut semper sit in potestate predicte ecclesie sancte marie da ipso locum betrantu, faciendum inde pars iamdicte ecclesie omnia quod voluerit, absque omni mea et de meis eredibus vel cuiquam ominibus contrarietatem vel requisitionem. Et per combenientia guadia dedit iaquinti presbiteri et abbati predicte ecclesie, et fideiuxorem ei posuit meipsum etc. *Sequitur consueta formula, statuta mulcta centum auri solidorum constantinianorum.* Berumtamen ipsa ecclesia sancte marie da betrantu pertinet inde at ipsa eredes madelmi medietate, et at ipsa eredes risi et roderici medietate, berumtamen ipso scriptum, qui est a super inter virguli, legit monimen, quod scripsi ego ademarii notarius qui interfui.

† Ego qui supra ademarii iudex.

MXCVIII

A. D. 1047

† In nomine domini tricesimo hanno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis, et nono anno ducatus eius amalfi et sirrentu, et sexto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi eximii principis et ducis filii eius, mense nobember, prima indictione. Ego concilius presbiter filius quondam iohanni de locum malluni pertinentia nucerie, ante subscripti testes, sicut michi congruum est, vona etenim mea voluntate per anch cartulam donationis dono et trado vobis ise filie mee et iockardi, qui sitis

amboque coniugati vir et uxor et filii quondam leoni...... de locum nucerie inclita rebus mea, quod ego abeo in locum malluni et per finibus et pertinentiis uius nucerie, monte et plano, cultum vel incultum, cum finis et viis suis, de movile et stavile, quem modo abeo; inclitum illut vobis predicte ise filie mee, et tibi iockardi genero meus donabit et tradidit, tali ratione, ut amodo et omnibus diebus vite mee vobis predicti vir et uxor tollatis et abeatis exinde medietatem, et ego qui supra concilio presbiter tollamus et abeamus exinde aliqua reliqua medietate, per partes faciendum de ipsa frudia omnia quod voluerimus; et ipse iockardus obligavit se michi una cum ipsa uxore sua lavorare, et de ipsum lavores, quod illut fecerit, sic illut dividamus, sicut superius diximus, per medietatem: illis medietatem, et nos aliam medietatem, et ad die obitis mei deant ipse iokardus et eius heredes duodecim auri tari boni pro meis salutis anime per manu.... cui ego me in manum commisero dixtribuendum et tota et inclita alia medietate de suprascripta rebus, quod est movile et stabile, perbeniant ad potestate vestra qui supra viri et uxori, vel de vestris heredibus, faciendum exinde omnia quod volueritis, sine omni contrarietate mea et de alias eredes meas, septo de quantum ante os tempore benditum abeo iohanni notario per firma cartula, vel ad aliis ominibus, quod non est ad meam potestatem, quot illut vobis dare non possumus; nam ipso aliut quod est ad mea potestatem de stavile et de mobile, post meumque transitum obitum faciatis de eam, ut superius diximus, quicquit omnia quod volueritis. Iterum declaro ego concilio presbiter, quia modo abeo unum parium de baccie, ut amodo a presentis siant ad vestra potestate, una genka abente pilo rubio, faciendum inde et filiis que fecerint omnia, quod voluerint; et de ipsa alia baccia, que remanserit et filiis que fecerit, cum illa lavorare usque in diebus vite mee, et de ipsi lavori, quod cum illam fecerit, nos et illis bivamus, post obitum meum ipsa baccia et filiis que fecerit, fiant ad potestatem de sikaita et iaquintellum et de illorum eredes, medietatem ipsius sikaite et alia medietatem ipsius iaquinti, faciendum per partes quod voluerint, hec omnia, ut superius legitur, illut vobis vestrisque eredibus eos abendum et faciendum de eam omnia, quod voluerit, cum omnia intro se abentibus, et cum bice de viis suis, unde pro taliter per convenientia ego concilio presbiter guadia tibi iokardi dedit et fideiuxorem tibi posuit petrus filius quondam venedicti sogari; et per ipsa guadia obligo me et meis eredibus antistandum vobis vestrisque eredibus tota et inclita suprascripta mea donatione, ut superius legitur, da omnis omines omnique partibus, et si taliter etc. *Statuta mulcta triginta auri solidorum constantinianorum.* Et taliter scribere rogavimus te iohannes notarium, actum nuceria.

† Ego petrus diaconus et abbas.

† Ego iohannes.

MXCIX

A. D. 1047

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et decimo [1]) anno ducatus illius amalfi et sirrenti, et sexto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense december, prima indictione. Ante me iohannem iudicem risus clericus filius quondam iaquinti clerici, et medium, et purpura uxor eius filia quondam ursi, coniuncti sunt cum iaquinto et ademario filii quondam madelmi, et ipsi vir et uxor clarificaberunt se abere sex pecias de terra foris ac cibitate in loco transboneia; primam ex illis dixerunt esse per fines et mensuras, ubi proprie planellu dicitur: A parte meridiei finis bia, et passi quinque; a parte septemtrionis finis res ipsorum iaquinti et ademarii, sicut medium cilium de ripa discernit, et per ipsam finem passi octo, et per longitudine est ipsa pecia de ipsam biam et usque medium cilium de ipsa ripa. Secunda pecia que dicitur da maiulo, per fines et mensuras; A parte meridiei finis bia caba, e per ipsam viam mensurati passi sexaginta quattuor; A parte occidentis sunt passi duo et due partes unius passi: A parte septemtrionis passi quadraginta octo; a parte orientis passi septem et due partes unius passi: Tertia pecia ubi via malopa dicitur, que est per fines et mensuras; a parte orientis fine via, et passi octo, et rebolbente in parte occidentis per fine ipsorum iaquinti et ademarii, passi centum triginta quattuor; et rebolbit in parte septemtrionis passi quadraginta, et coniungitur in viam, que badit per caput suprascripte secunde pecie, et pergit per ipsam viam et coniungitur in fine ipsarum, et passi biginti unum, et rebolbit per fine eorum et coniungitur in terminum, et inde sunt passi quindecim, et rebolbit in parte orientis similiter per fines eorum, et coniungitur in suprascriptam biam, que est prior finis; et per ipsam finem sunt passi centum tredecim. Quarta pecia ubi sedilia fuerunt, est per fines et mensuras; a parte occidentis est finis via et passi biginti sex: A parte septemtrionis finis alia via et passi biginti quattuor; a parte orientis finis ipsorum iaquinti et ademarii et passi decem et octo: a parte meridiei similiter est finis eorum et passi biginti tres. Quinta pecia, que dicitur traberse et est per fines et mensuras: a parte orientis finis via antiqua et passi biginti et ab ipsa bia rebolbit in partem occidentis per terminum et coniungitur in terminum immobilem, et ab ipso termite rebertitur in parte meridiei et coniungitur in res ipsorum iaquinti et ademarii, inde

[1]) Potius *nono*.

passi decem et octo; et inde rebolbit in parte orientis per fines illorum, et coniungitur in ipsam viam, que est prior finis. Sexta pecia, que dicitur similiter ad traberse, et pertinet ex ea ipsi risu et purpure quarta pars, et tota ipsa pecia est per fines et mensuras; a parte meridiei est finis via, que ducit ad mare, inde passi sexaginta duo; de subter parte finis, sicut termini fixi sunt, et inde passi viginti octo; de supter finis ipsorum iaquinti et ademarii, et passi quinquaginta sex; reliquas tres partes de ipsa pecia pertinet ipsorum iaquinti et ademarii. Verumtamen suprascripta tertia pecia a parte occidentis coniuncta est ad fines ipsorum risi et purpure; et dixerunt se abere vice de bia per proprias res ipsorum iaquinti et ademarii, Unde soliti erant ire ad ipsam quartam peciam. Et, sicut ipsi risa et purpure congruum fuit bona eorum boluntate, per anc cartulam commutationis ordine tradiderunt ipsis iaquinto et ademario integras suprascriptas quinque pecias, et integram quartam partem de suprascripta sexta pecia, per iamdictas fines et mensuras, iusto passu ominis mensurata, et ipsam vicem de suprascripta viam cum omnibusque intra ipsas quinque pecias, et ipsa quarta pars de ipsa sexta pecia sunt omnibusque earum pertinentiis, et cum vice de viis earum, Ea ratione, ut semper sint in potestate ipsorum iaquinti et ademarii, et de illorum heredibus; et licead illis et illorum heredibus eis facere quicquid boluerint. Et propter confirmationis uius commutationis ipsi vir et uxor susceperunt ab ipso iaquinto et ademario terram illorum cum insiteto, qui est per fines et mensuras iusto passu omini mensuratum. A parte orientis finis ipsorum iaquinti et ademarii, et per ipsam finem passi sexaginta; a parte meridiei finis ipsorum risi et purpure et passi sexaginta; a parte occidentis similiter finis ipsorum iaquinti et ademarii, et passi sexaginta cum omnibusque intro eas sunt cunctisque eis pertinentiis et cum vice de via sua, ad faciendum de ea ipsi risus et purpura et illorum heredes, quod boluerint. Et ipsa terra cum insitetum dicitur ad maiulo, et per combenientiam ipsi vir et uxor, secundum legem et romanorum consuetudinem, guadiam ipsis iaquinto et ademario dederunt, et fideiussorem eis posuerunt maionem filium quondam summi clerici; et per ipsam guadiam obligaberunt se et suos heredes semper defendere ipsis iaquinto et ademario et illorum heredibus integram suprascriptam illorum traditionem ab omnibus ominibus. Et tribuerunt eis licentiam, ut quando illi et illorum heredes boluerint, potestatem abeant illam per se defendere, qualiter boluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea ostederint. Et clarificabit ipse risus se obligatam abere quartam partem de una pecia de terra, que ristaldo et iaquinto et petro in sortem ebenit a suprascripto madelmo genitore ipsorum iaquinti et ademarii et petro abunculo ipsius risi. Et per ipsam guadiam ipse risus obligavit se et suos heredes si quolibet tempore heredes ipsorum ristaldi et iaquinti et petri illas pro eos emendas

scire fecerint ipse risus et eius heredes illam emerent pretio, quo per doctos omines iuste fuerit appretiata, et benderent eam ipsis iaquinto et ademario et illorum heredibus eodem pretio, et firment eis cartulam secundum legem, ut securiter illam ipsi iaquintus et ademarius et illorum heredes semper abere possint defensatam per ipsum risum et illius heredes ab omnibus ominibus ; et nec ipse risus nec eius heredes tribuad licentiam heredibus ipsis ipsorum ristaldi, et iaquinti, et petro illam cuilibet bendere ; et si heredes ipsorum ristaldi et iaquinti et petri illam vel ex ipsam vendere presumpserint, sine solutione ipsius risi et de illius heredibus, tunc ipse risus et eius heredes causet exinde usque ad veram et diffinitam legem ; et quantum ex ea acquirere poterint, totum illud vendent ipsi iaquinti et ademario et illius heredibus in suprascripta ratione, quemammodum superius scriptum est: et recipiad ab eis pretium, quo iuste fuerit appretiatum; et si, sicut superius scriptum est, ipsi risus et purpura et illorum heredes ipsis iaquinto et ademario et illorum heredes non adimpleberint et suprascriptam vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumserint, per ipsam guadiam obligaberunt se et suos heredes componere ipsis iaquinto et ademario et illorum heredibus centum auri solidos constantinianos ; et sicud superius scriptum est, adimplere, et taliter te romoaldum notarium scribere precepimus.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MC

A. D. 1047

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosus princeps, et nono anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et sesto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii filii eius, mense martius, prima indictione. Memoratorium factum a nobis iohannes diaconus filius quondam iohanni; eo quod ante presentia alferius archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, et ivique adessent idoneis hominibus, per largietatem ipsius domni abbati, tradidimus ad cicerus filius quondam landoni et ad mulier nomine maralda relicta quondam maranci. et filia quondam iohanni biscidum, et ad gemma filia quondam iohanni, una pecia de terra cum arbustis, quod ego in beneficium teneo a pars de ipse abbas quod ipsa ecclesia sancti maximi est, et est ipsa rebus in locum ubi termini dicitur, et est per finis et mensuras : a pars septemtrionis fine via puplica, sunt inde passi quadraginta sex et gubitum unum : a parte orientis fine rebus ipsius ecclesie, sicut limite

et termiti dissernit, inde passi quaddraginta et medium; et abinde revolbente in parte orientis per finis ipsius ecclesie, sicut limite et termiti dissernit, sunt inde passi triginta duo ; et iterum revolbente in parte meridie per finis similiter ipsius ecclesie, sicut inde via antica dissernit, qui assendit ab alia rebus ipsius ecclesie, ubi modo cellarium abet ipsa ecclesia, sunt inde passi septuaginta sex. A parte meridiei similiter fine ipsius ecclesie, sicut limite dissernit, usque in ipsa priore fine, sunt inde passi centum biginti unum ad iusto passum homini. ec vero rebus per suprascripte fines et mensuras inclite due sortes ipsius ciceri tradidimus natos nassentes, ille et eius eredes illut tenere; et quartam partem inde tradidi ad gemma filia predicti iohanni ud illam et eius heredes natos nassentes illut tenere et lavorare ; et de quarta parte inde tradidi ipsius maraldi, ut diebus vite sue illut tenere, et ec vero rebus, qualiter superius diximus, inclitum illut eorum tradidimus fovee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ividem facere, et unde meruerit, illut cludere et clusum et salbum illut abere ; Et ubi meruerit, in ipsa traditione pastenare illis arbores et vites de vono vitineo, et illut surgere et surtum et salbum illum abere, et omni tempore de super et de subter bonum illis lavorare et studiare, ut semper in melius proficiant et non dispereant ; et amodo et omni tempore ipsum cicerus et ipsam gemma et illorum eredibus, et ipsa maralda diebus vite sue per tempore de vindemie faciant nos scire, ut ividem dirigamus missum nostrum, et ipsum cicerus et ipsa gemma , et illorum eredibus , et ipsa maralda apto tempore ipsis arbustis vindemiare, et omnis vinum et poma exinde ivique ad palmentum inter nos dividamus per medietatem; prius nos vel pars predicte ecclesie sancti maximi tollamus exinde medietatem , et illis sivi abeant alia medietate; et quicquit ividem seminaverint , deant inde nobis terraticum secundum consuetudinem de ipsum locum , et per tempore de aree similiter faciat illis nos scire; ud ividem dirigamus missum nostrum , et per tempore de aree et de vindemie nutriant ipsum missum nostrum, dum pro ipsa frudia ividem steterit, pro recipiendum ipsa frudia, secundum illorum possivilitatem: et palmentica nobis deant quadtuor gallinas bonas et reditum in ipsa rebus illis faciant. et omines ad residendum ividem illis mittere, ud ipsa rebus cura et vigilationem illis abere, et casa que ivi modo est, per omnis annum bona illis cooperta ad scandole , et illam cludere ad tabole, ut bona paread omni tempore clusa et cooperta; et ipsa organea, que ividem sunt, per omnis annum per illis bone fiant conciate et studiate, sicut meruerit ; et ividem illis reponant ipsa sortione nostra de ipso vinum, et salbum illut nobis faciant, usque dum nos inde adduxerimus absque degeneratione et ingne. Unde in eo ordine guadiam nobis ipsum cicerus pro parte sua et de ipsa gemma et maralda , una cum mundoalt suum, dederunt et mediatorem inde michi posuerunt se ipsis per partes placentes; et per ipsam guadiam

obligaverunt se et illorum eredibus, quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine nobis non adinpleverit, et aliquit inde contradixerit, per combenientia per ipsa guadia componere obligaverat se et illorum eredibus nobis, vel in pars iamdicte ecclesie, quinquaginta auri solidos constantinianos. et oc memoramus, quia ad ipsa maralda et ad ipsa gemma inclita tertia pars ad ille tradidimus, qualiter ille modo residente sunt. Quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego radechis me subscripsi

† Ego romoaldus me subscripsi.

MCI

A. D. 1048

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, Et decimo [1]) anno ducatus eius amalfis, Et nono anno ducatus eius sirrenti, et septimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense martio, prima indictione. Ego balsamus filius quondam falconi, Sicut michi congruum est mea boluntate per anc cartulam coram presentia Ademari comitis et iudicis bendo tibi leti presbiteri filio quondam ursi Una pecia de terra cum arboribus et bacuum uno teniente in locum transboneia finibus mitilianensis, ubi maiano dicitur; que est per hec finis et mensuras. A parte meridie fine poiu et sepe intus ipsa rebus mensuratum recte passi triginta, et rebolbit quasi in pars meridie passi biginti, et rebolbente rectum in parte occidentis passi decem et septem usque medio flubio gabatale: Ab ipsa parte occidentis descendente per ora de ipso flubio in parte orientis passi centum quinquaginta duo: A parte orientis ascendente per media serra, indeque et coniungente in ipso poiu, passi centum decem et nobem et medium; totum mensuratum iusto passu hominis. Iamdicta pecia de terra per iamdictas fines et mensuras inclitam illam tibi benundedi, quam et benundedi tibi, quantum quantoque ibi coniunctum a foras ipsas mensuras michi est pertinentes, ibi coniunctum cum omnibus intra ipsam bendictionem abentibus, et suis pertinentiis, et cum bice de bia sua, et nichil michi ibi coniunctum remansit, set, sicut dixi, funditus illut tibi predicto leti presbiteri benundedi, cum bice de monimene ex eadem

[1]) *Nono.*

terra continente; ea rationei, ut ntegram suprascripta mea binditione semper sit in potestate tuaque leti presbiteri et de tuis heredibus, ad faciendum de ea omnia quod volueritis. Et propter confirmatione uius venditionis ego supradictus balsamo suscepi a te predicto leto presbitero statutum pretium auri solidos de tari tridecim ana quattuor tari per solidum in omni deliberatione. Et per combenientia ego supradictus balsamo guadia tibi leto presbitero dedi et mediatore tibi posuit radoaldus filius quondam romoaldi, et per ipsam guadiam etc; *Sequitur consueta formula, statuta mulcta toiginta auri solidorum constantinianorum.* Et due cartule unius tenoris inde scribere rogavimus. Ista tibi emisi et alteram talem aput me inde scriptam retineo. Et taliter scribere rogavimus te petrum notarium.

† Ego qui supra ademari iudex.

MCII

A. D. 1048

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimarii glorioso principe, et nono [1]) anno ducatus eius amalfi et surrentum, et sexto [2]) anno principatus et ipsorum ducatus domni gisulfi filii eius eximii principis et ducis, mense magius, prima indictione. Memoratorium factum a me grimoaldus clericus filius quondam maraldi de locum saba, eo quod in locum nucerie ante presentia petri iudici coniuntus sum ad bona combenientia cum sesamus congnato meus et filius quondam litti de locum nucerie, ipse sesamus vice suam quam et pro vice infantuli nepotibus nostris filii quondam nucerini, nomina illorum ferrandus et romoaldus germani filii ipsius nucerini presbiteri, ad dividendum cum illis aliquantu de rebus nostra, quod michi et illorum pertinet abere da partibus mulieres que sunt sorores et filie quondam venedicti de eodem locum nucerie, que sunt heredes ipsius venedicti socerum nostrum, nomina illarum una musanda uxor mea, et alia nomina ammora uxor ipsius sesami, et alia nomine letitia uxor ipsius quondam nucerini; et sicut diximus noruque combenit, et complacuit inter nos, ut divideremus ipsa rebus, quod per partes sumus residenti de ipse predicte mulieres, et qualiter ante os tem-

---

[1]) *Decimo Amalfis et nono Surrenti.*

[2]) *Septimo.*

pore inter nos asozavimus, et sortis tradite abemus, sic dibisum abeamus omni tempore sine una vel alia parte contrarietate. In primis dibisum ipsa pecia de terra cum arbusta, ubi dicitur ad persoaldum, que coniuncta est ad via puplica; et inde michi dedit et tradidit ipse sesamus in sorte mea inclita medietate in parte septemtrionis, et ipse sesamus pro se et pro parte de ipsi nepotibus nostris. Alia medietate compreensit in parte meridie cum una alia pecia ibique propinquo, que est in ipsa pars meridie; et dividimus alia pecia in ipsum locum, ubi ad cappu pizulu dicitur, que coniuncta est ad fine via a parte meridie, tradiderunt michi una sorte, quod est tertiam parte, et ipse sesamus compreensit cum ipsis nepotibus suis due sortis in parte septemtrionis, ut omni tempore siant dibise ad equalis mensuriis: simulque et dividimus alia pecia de terra, ubi ad saltera dicitur, que da duobus partibus da orientem et da occidentem aqua precurrit, et qualiter asozatum fuit, sic inde michi tradiderunt unam tertiam parte, que est a pars orientis, et ipse sesamus pro parte sua et pro ipsis nepotibus suis, Inde compreensit due sortis in parte occidentis et omni tempore inter nos dividamus ad equalis mensuriis. Et dividimus alia rebus, ubi ad catacansulu dicitur, que sunt pecie tres, una que dicitur da lu pellica, et alia pecia ibique propinquo, que est ad fine iohanni filii quondam romoaldi, da partibus occidentis et da duabus partibus est ad fine guandelferi, et da parte meridie fine via, et ipsa a li curte maiore, que est per finis da septemtrione fine bia, et da capite da parte orientis fine alia bia, et da parte occidentis fine de eredes ildericus subdiaconus et notarius, et da parte meridie fine guandelferi. Isto clausum dibisum est in quadtuor sortis, unde ipse sesamus tradidit inde mihi ipsa pecia da lu pellica cum una quarta parte de ipsa curte, quasi in medium locum; et ipse sesamus pro se et pro ipsi nepotibus suis compreensit per ratione due sortis cum ipsa predicta peciola de terra, que est ibique propinquo, ut omni tempore flant inter nos in tres sortis ad equalis mensuriis. Iterum et dibidimus alia pecia de terra cum arbusto ubi dicitur ad cappum maiore, que est per finis: a parte meridie fine bia, a parte occidentis fine domnica, et illam dividimus in tres sortis, una sorte in parte septemtrionis, et alia in parte meridie ad fine de ipsa via; tertia sorte mediana, qualiter asozatum fuit, unde ipse sesamus pro parte sua et pro ipsi nepotibus nostris compreensit, inde due sortis, una que est ad ipsa parte septemtrionis, et alia da pars meridie coniuncta est ad ipsa via; et mihi dederunt et tradiderunt in sorte mea ipsa sorte mediana, ut omni tempore flant inter nos ad equalis mensuriis; et dividimus ibique propinquo alia pecia de terra cum arbusto ibique propinquo, que est per finis, a pars septemtrionis fine via et da pars orientis fine guandelferi, et fine de ominibus atrianensi; et, qualiter illam asozata fuit, sic illam dividimus in tres sortis per trabersum, unde

ipse sesamus compreensit pro parte sua et pro parte de ipsi nepotibus nostris due sortis in parte septemtrionis, et michi dederunt et tradiderunt in sorte mea una sorte, quod est tertiam parte a parte meridie. Nam ipsa alia rebus quod nobis pertinet abere da partibus uxoribus nostris, que sunt eredes, prius venedicti, et da genitrice ipsius mulieres, quem modo non dividimus, ubicumque de ipsa rebus ubicumque inbentus dederit per tota fines uius nucerie, in montibus quam et in planis, et per vocabula eidem locis et pertinentiis de mitiliano, seu in cappara de stabi, sic et illut abeamus et possideamus omni tempore in tres sortis flant inter nos dibisu, sicut et ipsum aliut, qualiter modo dividimus. Et ipsa monimina, que modo abet ipse sesamus pertinentes de ipsa eadem rebus, ut quando nobis vel a nostris eredibus necessum est pro aliquot causa, de ipsa rebus presens remittant nobis ipsa monimina de ipsa predicta rebus, ad potestate nostra vel de nostris eredibus, et uniter nobiscum, vel cum nostris eredibus, exinde causare et fine facere nobiscum iusta ratione*, et si quale parte de nos vel de nostris eredibus inde ad veram et diffinitam lege exinde perdiderimus, unus alterius inter nos restauremus iusta ratione; et ubi taliter fine facta habemus, ipsa monimina omni tempore salba inter nos abeamus, sine cuius alterius contrarietate; et ipse sortis quod per partes fecimus et conpreensimus per partes illut eos abendum et dominandum cum omnia intro que eam sunt, et cum nostris pertinentiis, et cum bice de viis suis securiter et firmiter abeamus nos et nostris eredibus, sine una vel alia parte contrarietate vel requisitione. Unde pro taliter per bona combenientia guadia mihi ipse sesamus dedit pro parte sua et pro parte de ipsi nepotibus suis, et fideiuxorem michi posuit frapertus filius quondam sesami de eodem locum nucerie, et per ipsa guadia etc. *Statuta mulcta centum auri solidorum constantinianorum.* Et insuper scripta divisione firmiter ibidem permanere ille et nepotibus nostris et illorum eredibus.

† Ego qui supra petrus.

MCIII

A. D. 1048

† In nomine domini tricesimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis et decimo anno ducatus eius amalfis, et nono anno ducatus illius sirrenti, et septimo anno principatus eius et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense iunius, prima indictione. Ego iohannes domini gratia abbas monasterii sancte sofie et sancti angeli, qui constructi sunt intus anc salernitanam cibitatem, eo quod ante subscripti idoneos

homines, per combenientiam, pro parte suprascripti monasterii ad tenendum tradidit constantini, qui fuit de sicilia, filio quondam leonis et dauferii filio iohannis et urso filio iohanni qui dictus est padulese, inclite due partes de unum molinum pertinente ipsius monasterii, quod edificatum est a foras anc salernitanam civitatem illa pars ecclesie sancti fortunati in aqua de flubio lirino, quam et tradidi de eorum inclitam tertiam partem de ipsum molinum pro parte mulieri nomine gemma filia quondam guaimarii comitis, et relicta guaiferii. Ideo inclitum ipsum molinum ipsam prenominati tradidit una cum adbocatorem nostrum pro parte suprascripti monasterii et ipsius gemme: Tali tinore, ut amodo et usque annum completum, illis tenere ipsum molinum cum mole et ferraturia sua, et cum reditum et usus aquarum, et cum omnis sua pertinentia, et cum bice de bia sua et die noctuque ipsum molinum bigilare et custodire, et conciare, ud legitime possad macenare, et quicquid molitura ibidem abere potuerit, totum illut sibi abeant; tantum per omnes menses ipsa molitura deant in pars suprascripti monasterii et ipsius gemme Tantum granum quantum dad molinum de sancto gerusalem, quia de ipsum molinum nostrum coniunctum est in parte hoccidentis; et per omnes ebdomadas nobis macenent sine molitura, sicut fuit consuetudo; et in natibitas domini, et in pasca deant nobis supra postem, sicut dat ipsum molinum de sancto gerusalem; et quando aqua de ipsum molinum per plena ruperit, aut si ipsa ferraturia se ruperit, nos faciamus illut conciare, et illis ibi adiubent proud melius potuerint, et illis deant ibidem unam molam bonam de sua propia causa et nos demus ibi alia molam, et mole beteri nobis adsignent. A completum ipsum annum, adsignent nobis ipsum molinum conciatum bonum cum omnis sua pertinentia, ud legitime possad macenare, et illis et hominibus eorum liceat inde exire cum causa eorum, que iustum fuerit. Tantum si pro rubtura de plena, aud de ipsa ferraturia non macenaberid ipsum molinum, aud pro gente plupica per rationem inputemus nobis de ipsa molitura, sicut iustum fuerit. Unde in eo tinore per combenientia guadia mihi dederunt ipsi prenominati constantinus et dauferii et urso pro parte suprascripti monasterii et ipsius gemme, et fideiussorem nobis posuerunt se ipsis; et per ipsam guadia etc. *Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum*. Et ad pignerandum obligaverunt se ipsis et illorum heredes homnes rebus et causam illorum legitimam et inlegitimam, etiam personis illorum compreendendum et distringendum usque ad legem. quod scripsi ego iohannes notarius

† Ego iohannes clericus et abbocator qui et scribsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCIV

A. D. 1048

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et decimo anno ducatus eius Amalfis et Sirrenti; quam et septimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense hoctuber, secunda indictione. Ego iohannes domini gratia abbas monasterii sancti angeli et sancte sofie, qui siti sunt intus hanc salernitanam civitatem, et ibique adessent subscripti idoneos homines, per combenientia, quam et per iussionem domni paldulfi germani suprascripti domni guaimarii Invictissimi principis et filii bone memorie domni guaimarii principis, ad laborandum tradidimus iohanni diaconi de loco la penta, et filio ciceri, de rebus pertinentes suprascripti monasterii, in eodem loco, qui sunt pecia quinque cum arbustis et abellanis. Prima pecia per ec finis et mensuria, ex omni parte fine suprascripti monasterii, et ab oriente abet passi decem, minus gubitum ; a sebtemtrione passi quadraginta quinque· ab occidente abet passi nobem et gubitum, a meridie passi quadraginta quinque et medium. Secunda pecia, que est ibique loco per ec finis et mensurie, similiter fine ex omni parte de ipsum monasterium, qui retinunt consortibus eius, a parte suprascripti monasterii, et a meridie abet passi quadraginta quinque et medium, ab occidente abet passi viginti unum et gubitum, a septemtrione abet passi quadraginta sex, ab oriente abet passi undecim. Tertia pecia ibique per has fines et mensuras, ex omni parte similiter fine suprascripti monasterii, qui retinunt ipsi consortibus eius, et ab occidente abet passi quattuordecim, et a septemtrione abet passi triginta septem, ab oriente fine via passi viginti octo, a meridie abet viginti et nobem. Quarta pecia ibique per has fines et mensuras: ex omni parte similiter fine suprascripti monasterii: a septemtrione abet passi viginti quadtuor, ab occidente abet passi viginti tres, a meridie fine via abet passi triginta et medium, ab oriente abet passi undecim et gubitum. Quinta pecia ibique per as fines et mensuras: similiter ex omni parte fine suprascripti monasterii, et ab oriente abet fine via passi decem et octo, a septemtrione abet passi triginta sex, et rebolbente in septemtrione passi quadraginta unum, Ab occidente abet passi viginti et nobem et medium, a meridie abet passi triginta quadtuor et gubitum, et rebolbente in septemtrione passi sex. Ab ipsa parte meridie abet passi triginta sex minus gubitum, Totum ad iusto passum hominis mensuratum. Hec autem su-

prascripte quinque pecie de terra per ipsas fines et mensurias ipsius iohanni diaconi tradidi ego qui supra abbas per absolutionem ipsi domni paldulfi, cuius sunt pertinentes suprascripta monasteria , quam et tradidi ec due pecie de terra campensa que sunt pertinentes exdicto monasterii, una in locum catabati et alia ad saba finibus rotensis. Tota suprascripta tradictione tradidi ei cum vice de vie sue , Tali tinore , ud ipse iohannes diaconus et suos eredes illud semper tenere, et fobee et omnes sue utilitatis ibi faciant iuxta rationem ; seu et annualiter apto tempore ipsa tradictione tota de super et de subter laborent et cultent. sicut meruerit, ud semper bonum et perfectum paread laboratum et studiatum, et qualiter cotidie proficiat et non disperead et semper bonum et perfectum arbustum et abellanietum ibi abeant surtum et laboratum ; seu et ante hos dies tradidi ego ipsius iohanni diaconi, et iohannis qui fuit sculdais, filius quondam ciceri, Inclita pecia de terra cum abellanietum ibique loco per finis et mensuras, sicut continunt brebi , qui nos et illis inde firmati retinemus, et semper de ayre et per tempore de nocelle, et de vindemie , faciant scire pars ipsius monasterii, Ud ibi dirigat missum suum , et de omnia que ibi seminaberint , deant ibique terraticum abere Ad ipsum missum secundum consuetudinem de ipsum locum, et ipsum arbustum et abellanietum apto tempore salbum faciant, et ipse abellane rationabiliter colligant tote , et inclitam tertiam partem inde deant secce bona ad ipsum missum , relique due sortis sivi habeant , et inclitam tertiam partem de omne vinum quod ibi fecerint de ipsa arbusta, deant ad ipsum missum, et reponent illut in organeum , quod eorum assignaberint, pars suprascripti monasterii , et ipsum missum, et equum suum nutricent, ud iustum fuerit , et omnia faciant in pars suprascripti monasterii, qualiter faciunt ipsi consortibus suis, qui de ipsa rebus indeque retinunt , et omni tempore licead pars suprascripti monasterii perquirere ipsa rebus , et si non esset bona hoperata, licead inde pignerare usque ad legem. Unde in eo tinore per combenientia guadia mihi dedi ipse iohannes diaconus pro parte suprascripti monasterii , et fideiussorem mihi posuit seipsum per apposita pignera legitima et inlegitima , et per ipsa guadia etc. *Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum;* quod scripsi ego iohannes scriba.

† Ego dauferius notarius me subscripsi.

† Ego grimoaldus me subscripsi.

MCV

A. D. 1048

Aliud exemplar praedictae chartae...

MCVI

A. D. 1048

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, Et decimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, Et septimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense octuber, secunda indictione. Memoratorium factum a nobis amando filio quondam iohannis de loco bineale et lodelgardus filius quondam rigale, ante presentia Ademarii comiti et iudici per combenientia tradidimus guidoni et iohannis germani filii quondam iohanni Inclitam medietatem de tota terra cum casa frabrita salarata, quod nos et ipsi germani abemus intus anc salernitanam civitatem a super platea que pergit ad portam rotense, et a parte occidentis coniuncta est ipsa terra cum casa ad alia platea, et de ipsam medietatem michi iamdictus lodelgardus pertinet due sortis, et michi iamdictus amandi de ipsa medietate de predicta terra cum casa pertinet tertiam partem, reliqua vero medietate de tota ipsa terra cum casa est pertinentes ipsorum guidoni et iohanni. In oc hordine ipsa medietate nostra de ipsa casa ipsorum guidoni et iohannis tradidimus, qualiter conciata et edificata est, ut amodo et usque quattuor anni completi, ad illis et ad illorum heredibus sint potestatis illam tenere et dominare, fovee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ibidem facere, et ibidem residere et abitare cum ominibus illorum, et ad residendum dare cui boluerit iusta ratione, et quantum prodem et censum inde tollere potuerit, totum illut illis sivi abere, et per omnis annum dare nobis censum pro ipsa traditione: In festivitate sancte marie de mense september quinque tari boni et medium ut per caput badant; ad completo ipso constituto liceat illis de ipsa medietate de ipsa terra cum casa et illorum heredibus excutere omnis illorum mobile, et portaret illut ad ipsa illorum medietate de ipsa terra cum casa seu ubi boluerit, sine cuiuscumque contrarietate; et inclita ipsa traditione remittant ad nostram potestatem salba iusta ratione faciendum inde omnia, quod voluerimus; et si voluerimus ad residendum illam demus cui boluerimus. Tantum, si aliquando tempore nos et nostris eredibus, amodo ipsa medietate de ipsa terra cum casa vel ex ipsa datura aut binditura habuerimus, non habeamus cuicumque illa vel ex ipsa potesta dare, aut per qualibet titulum alienare: solummodo ipsorum germani et ad illorum heredibus illam demus ad iusto baliente pretium, que iuste fuerit appretiatos per sapientes homines; et faciemus illis inde scire pro illut emendum per tertio constitutum de duodecim in duo-

decim dies, pro illut emendum ad iusto baliente pretium, sicut supra dictum est. Et si infra ipsa constituta illut emere noluerit ad iusto pretium, sicut dictum est, tunc post ipsa constituta liceat nos illut dare cui boluerimus; Nam si ante ipsa constituta cuicumque illam vel ex ipsa dederimus, sine illorum et de illorum heredibus solutione, sic ut de nostra potestate esset substractum , sine pretium perveniant ad illis et ad illorum heredibus potestate , faciendum inde omnia quod voluerint ; et si illis et illorum heredibus ipsa illorum medietate de ipsa terra cum casa daturam aut binditurам abuerint, vel ex ipsa similiter nobis nostrisque heredibus illam deant ad iusto baliente pretium , et omnia nobis inde adimpleant, qualiter nos eorum adinplere debemus de ipsa tignatione, sicut supra legitur; et per combenientia ipsi guido et iohannes guadia nobis dederunt et mediatorem nobis posuerunt se ipsis, et per ipsa guadia etc: *Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum constantianorum.* Sic tamen oc memoramus, ut per omnis annum deant nobis in ipso constitutum pro ipso censum sex auri tari boni, michi amandi duodecim ipsi tari, et michi rolegardus quattuor tari ; et si generationes super anc cives benerit , illis nos recipiant in ipsa traditione ad abitandum, dum ipsa gens super anc cives steterit , et inputemus nobis inde pro ipso censum per rationem. Et a quo ipsa gentes de ipsa terra perrexerit, post octo dies ipsa traditione remittamus in suprascripta ratione; quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego qui supra ademari iudex.

MCVII

A. D. 1048

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et decimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, quam et septimo anno principatus eius et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense decembris, secunda indictione. Ego iohannes domini gratia abbas monasterii sancti Angeli et sancte Sofie, qui constructi sunt intus hanc salernitanam civitatem, Ante subscripti idoneis hominibus per convenientiam , quam et per absolutionem domni paldulfi germani suprascripti domni guaimarii magnificus princeps et dux, cuius sunt pertinentes ipsa monasteria , ad laborandum tradidi falconi de la penta filio quondam guiselmari et ursi de eodem loco filio iohannis, et radiperti filii garaldi, et petri nepoti eius filio angeli toti de eodem loco, de

rebus pertinente suprascripti monasterii sancte sofie, que abet in ipsum locum la penta et scissiano, et saba, et catabati, et in luriano, que est ipsa rebus cum arbustis et pomis et abellane et vacuum. Inclita una quarta parte da tota predicta rebus pertinentem suprascripto monasterio de predictis locis. Ad ipsi prenominati hominibus tradidi; scepto terra cum abellanieto, quam inde data abeo iohannis filio sandi, et iohannis dicti filius ciceri de eodem loco, quod per brebem retinunt a parte suprascripti monasterii. Unde de ipsam quartam partem de ipsa rebus ipsius falconi tradidi inclitam sortem suam, qualiter usque modo et retinuit, et de inclita sortione, que fuit petri et risi et romoaldi germani eius, tradidi ei inclita quarta parte, et ipsius ursi pro vice sua et de germani sui tradidi de ipsa rebus una quarta parte, que usque modo retinunt cum ipsi germani sui, et de illud que tenuerunt ipsi petrus et riso et romoaldus tradidi ipsius ursi, pro vice sua et de ipsi germani sui quadtuor partis et ipsius radiperti, et sunt thio et nepotes tradidi de ipsa quarta parte de tota suprascripta rebus inclita medietate. Tali tinore predicta rebus eorum tradidi ego exdictus iohannis abbas, sicut superius dictum est, cum vice de vie sue, Ud illis et illorum eredibus ipsa traditione teneant semper, et fobee et omnes sue utilitatis sibi faciant iusta rationem, et annualiter apto tempore illut laborent et studient de super et de supter, ut semper bonum et perfectum paread laboratum et cultatum, et qualiter quotidie proficiant et non dispereant, et semper bonum et perfectum arbustum et abellanietum ividem abeant surtum et hoperatum, ubi meruerit; et clusum illud abeant unde meruerit, et semper de aire et de vindemie faciant scire pars ipsius monasterii sancte sofie, ud ibi dirigat missum suum, et de omnia, que in ipsa traditione seminaberint, deant inde ibique ad area terraticum, secundum consuetudinem de ipsum locum; et ipsum radipertus et petrus thio et nepos et illorum eredibus deant de omnem vinum et pomis et de abellanis, que de ipsa tradictione fecerint inclitam medietatem ivique ad palmentum ad ipsum missum, reliquam medietatem sivi abeant, et ipsa medietate ipsius monasterii de ipso vinum reponant in organeum, quod eorum assignaberint, quod per eis flant semper bonum studiatum et conciatum; et ipsa medietate de ipse abellane deant semper bone secce ad ipsum missum, et ipsum missum et equuum suum nutricent, ud iustum fuerit, et palmentatica inde deant, sicut meruerit; et omnia faciant ad pars exdicti monasterii, qualiter faciunt alii hominibus, qui retinunt de ipsa rebus: et ipsum falco et ipse ursus cum ipsis germani sui et illorum eredibus deant ad ipsum missum de omnem vinum et poma, que fecerint in ipsa tradictione eorum, et de ipse abellane inclita tertia pars, relique due partes finem abeant, et ipsam tertiam pars de ipsum vinum reponant in organeum, quod eorum assegnaberint ipsum suum missum, qui per eis flant semper ipsum

borganeum bonum studiatum et conciatum, et ipse abellane deant ei secce bone. et ipsum missum et equum suum nutricent, ud iustum fuerit, et palmentaticum ei deant, sicut meruerit; et omnia faciant ad partem ipsius monasterii, qualiter faciunt alii hominibus, qui retinunt de ipsa rebus, et omni tempore licead pars suprascripti monasterii perquirere ipsa rebus; et si non esset bona hoperata et pastenata, licead inde pignerare, et toti ipsi prenominati et illorum eredibus inde distringere usque ad legem, quia sic convenit inter nos; et quando ipsa traditione tenere noluerint, liceat eis inde exire cum causa eorum quod iustum fuerit, et inclita ipsa eorum traditione salba, et clusa, et pastenata, et hoperata assignent ad pars ipsius monasterii. Unde in eo tinore per convenientia guadiam mihi dederunt ipsi suprascripti falco, et ursus, et radipertus, et petrus, ipse ursus pro vice sua et de ipsi germani sui, et fideiussorem mihi posuerunt se ipsos per absolutionem de senioribus eorum; et per ipsam guadiam etc: *Statuta mulcta triginta auri solidorum constantinianorum.* quod scripsi ego iohannes scriba.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi,

MCVIII

A. D. 1048

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et decimo anno ducatus illius amalfi et sirrenti, et septimo anno principatus et ducatus domni gisolfi eximii principis et ducis filii eius, mense december, secunda indictione: memoratorium factum a me iohannes venerabilis abbas ex monasterii sancte sofie, que sita est intus cives salerni, eo quod ante subscriptis idoneis omines per combenientia tradidit mari filii quondam sellicti, et iaquinti filii iohanni, et mulieri nomine maralda relicta quondam petri clerici, qui est congnatus ipsius mari, et socera ipsius iaquinti, qui sunt abitatori de locum nucerie, vice ipsius monasterii, quam et pro vice gemme relicta quondam guaiferii comitis, qui ipso monasterio a nobo fundamine construssit, et filii quondam guaimarii comitis tota et inclita sortione de omnis rebus, quod pars predicti monasterii et ipsa predicta gemma habet in locis, ubi orta et ad pinillu dicitur, ipsius mari exinde tradidit de omnis ipsa rebus tertia parte et ipsius iaquinti alia tertiam partem, et predicte maralde similiter exinde tertia parte in oc ordine, ut amodo et usque tridecim anni completi

totum et inclitum illut ad illorum et ad eorum eredes sint potestatem tenendum, dominandum et fovee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ibidem facere; et totum illut laborare et cultare, sicut meruerit, et seminare et recolligere, et quantum vinctualium et binum ibidem fecerint, illorum sint potestate; tantum per omnes annos deant ividem terraticum de omnis vinctualiu et de ipso linum ibi seminatum fuerit ad pars ipsius monasterii et predicta gemma secundum consuetudinem de ipsi locis. At completi autem ipsi suprascripti tridecim anni, ut amodo se complant, tunc tota et inclita ipsa suprascripta rebus revertas at potestate predicti monasterii et iamdicte gemme, faciendum quod voluerint, de qua per convenientia guadiam mihi ipsi omnes suprascripti et suprascripta dederunt, et mediatorem mihi pro pars ipsius monasterii posuerunt se ipsis, et per ipsa guadia etc: *Statuta mulcta viginti auri solidorum constantinianorum.* Tamen omnia suprascripta retinet ipsa predicta maralda per voluntate de mundoalt sui. quod scripsi ego petrus presbiter et notarius.

MCIX

A. D. 1048

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosus princeps, et decimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et septimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense december, secunda indictione. Memoratorium factum a me camfforatum presbiter et cardinalis filii quondam lupu, eo quod ante presentia domni alferii diaconi et archipresbiter et abbas ecclesia bocabulum sancti maximi, quod est unum de dominium ipsius ecclesie, et ivique adesse idoneis hominibus per largietate ipsius domnus alferius tradidi iohannes filii quondam constantini greci una pecia de terra cum arbustum, quod ego in beneficium teneo a pars ipsius ecclesie et de ipsum abbas in locum nucerie ad turre mezzana domnica et propinquo ecclesia sancti marcelli per ec finis et mensurie: De capite a parte septemtrionis fine ipsius ecclesia sancti maximi, sunt inde passi nobem; A parte orientis per longitudo sunt inde passi triginta octo; A meridie fine bia publica, sunt inde passi octo et medium; a parte occidentis fine ipsius ecclesie, sunt inde passi triginta septem, et est ex omni parte ipsa rebus fine ipsius ecclesie totum mensuratum ad iusto passum homini; ec vero rebus per suprascripte finis et mensuras inclitum illut ipsius iohanni tradidi tali hordine, ut amodo

et semper, natos nascentes, ad sua et de suis eredibus essent potestate illut tenendum, et pastenandum, et lavorandum, fovee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ividem facere, et amodo et omni tempore, ubi meruerit, in ipsa traditione pastenare arbores et bites de vono vitineo, et illut surgere, et surtum et salbum illum abere omni tempore, et amodo et omni tempore ipsum arbustum bonum lavorare de super et de subter, sicut locus ipsum meruerit, ut semper in melius proficiant et non dispereant, et amodo et omni tempore per tempore de vindemie ipsum iohannes, vel eius eredes, faciant me, seu pars ipsius ecclesie, scire, ud ividem dirigamus missum nostrum, et illis inclita suprascripta mea traditione apto tempore illis illut bindemiare, et omnis vinum et poma exinde ivique ad palmentum inter nobis dividamus per medietatem, nos prius exinde tollamus inclita medietate, et alia medietate inde illis sivi abere, et notrire missum de ipsa ecclesia secundum sua possivilitate, et ad equo de ipsum missum dare hordeum et palea, usque dum ipsa frudia ipsum missum recollexerit; et stetit dare nobis palmentaticum una gallina bona per omnes bindemie, et quicquit ividem seminaverint, deant inde nobis terraticum secundum consuetudinem de ipsum locum, et potestatem abeant pars ipsius ecclesie per omnis annum, quando boluerint, ividem dirigere missum si essere bona lavoratum ipsum arbustum, aut non; et si ipsum arbustum bonum lavoratum non inbenierimus, potestatem abeamus ipsum iohannes pignorare omnis suas causas legitima et inlegitimas. Unde per combenientia guadia michi dedi et mediatorem michi posuit constantinum grecum filium quondam gregorii greci; et per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes, quod si taliter omnia suprascripta per supradictum hordinem nobis non adimpleverit, et aliquit inde contradixerit, per combenientia per ipsam guadiam componere obligavit se ipsum iohannes et eius eredes mihi et ad meos subcessores, seu pars ipsius ecclesie, quinquaginta auri solidos constantinianos. et oc memoramus ipsam sortione nostra de ipsum binum portarent illut ipsum iohannes vel eius eredes ad cellarium ipsius ecclesie in locum nucerie, ubi ad pariti dicitur, et illut quod est scriptum inter ipsi virguli, dicitur, et cardinalis, et ipsum mediatore, quod nobis posuit, est bronitores et est residente ad curte domnica, de intus ec cibes per suprascripta et obligata pena, quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCX

A. D. 1048

✝ In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et decimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et septimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense decembri, secunda indictione. Michi adelferi diaconi archipresbiteri et abbati ecclesie sancti maximi, que constructa est intra hanc a deo conserbatam salernitanam civitatem, et sum unum de dominiis ipsius ecclesie, dedit petrus iudex filius quondam grimoaldi sexaginta auri solidos, quorum quisque habebat tarenos bonos quattuor, faciendum ex ipsis solidis quod voluerimus. Et ego pro taliter per convenientia tradidi ei de rebus stabilibus, quas pars predicte ecclesie habet in loco nucerie, et per vocabula ipsius locis et ipsis rebus, quas ei tradidi, sunt per nominatibas locas. In primis integra curte de eodem loco ubi agella dicitur, quam retinet per brebem ad laborandum bassallus, et iohannes, et ademarii in monte et in plano, excepto de ipsa curte integro beneficio, quod a pars suprascripte ecclesie retinet truppoaldus clericus filius quondam ursi presbiteri. Et tradidi ei integram medietatem de molino et fusario, quod constructe sunt in eodem loco, et illut retinet ipsi bassallus et iohannes, et integra pecia de terra vacua quam retinet petrus, que dicitur carbania, propinqua ecclesia sancti petri, et integre due peciis de terris vacue a la labe, ubi proprio puciano dicitur, quam retinet truppoaldus et iohannes, et tota alia pecia de terra cum castaneto, ubi proprio ad petrurum dicitur, quam retinent ipsi truppoaldus et iohannes, et integra pecia de terra cum abellaneto, ubi ad pratellum vocatur, quam retinent amori et iaquintus filii dumnandi, et inclita pecia de terra cum abellaneto de eodem loco pratello, quam retinent iohannes, qui dictus est mancione, et petrus de ruscinio, et tota pecia de terra, ubi proprio campu maione vocatur, quam retinent heredes iohanni clerici, et integra pecia de terra vacua, ubi proprio aqua biba dicitur, quam retinet iohannes, qui dictus est trappulu, et inclita pecia de terra vacua ubi ad cancellum dicitur, et tota pecia de terra vacua. ubi anzano vocatur, et illas retinent heredes guisonis et alperti de malluni; et integra pecia que est ad sanctum archangelum, quam retinet dominicus, et integra terra cum quercieto et abellaneto, ubi proprio ad cancellata dicitur, quam retinent heredes amori, qui dictus est biscidu, et gaiderisi filii lupeni, et mari congnatum ipsius gaiderisi, et balsamus filii teuderici, et cicerus, qui dictus est ardingu, et iaquintus riczu, et leo qui dictus est sarracenus, et amatus qui dictus est aimone, et inclita terra cum arbustis et vacuum, que est in loco

angre, ubi casamabile dicitur, quam retinet petrus qui dictus est ardingu, et suprascriptus iaquintus riczu, et integra pecia de terra vacua que est in campora de stabi, et tradidi ei organea da vino, quod ego in suprascriptis rebus habeo. Tali hordine suprascriptis peciis de terris, sicut supra legitur, et integram ipsam medietatem de suprascripto molino et fusario ei tradidi per convenientia, Ut amodo et usque sex anni completi ipse petrus et eius heredes licentiam et potestatem habeant tollere de suprascriptis peciis de terris a laboratoribus, qui illud ad laborandum tenent, totum vinum, et terraticum, et fructum, et palmentatica, et molitura, et fusaratica de ipsa medietatem de ipso molino et fusario, qualiter ego et meos successores et partem predicte ecclesie ex ipsis rebus et molina et fusario tollere devemus, absque contrarietate mea et de meis successoribus, et de partibus predicte ecclesie, ad faciendum inde ipse petrus et eius heredes quod voluerint, excepto integro beneficio, quod suprascriptus truppoaldus clericus retinet de suprascripta curte de agella, Ut ipse truppoaldus et pars predicte ecclesie illud sibi habeat, et quicquit fructus et prodem inde tollere potuerit, totum illud sibi habeant et ego et successores meos, et pars predicte ecclesie potestatem abeamus omne annum tollere totum vinum et abellane, quod de suprascripta rebus de suprascripto loco agella exierit, quam retinent ipsi iohannes et bassallus, faciendum inde quod voluerimus. Et ipse petrus et eius heredes usque ipsum constitutum adimpleant ad illos et ad illorum heredes, qui ipsum molinum et fusarium retinent, sicut ego et meos successores, et pars predicte ecclesie eis adimplere debemus; et de ipsa pecia, que est in campora de stabi, quicquid fructus et prodem et dationem usque ipsum constitutum ipse petrus et eius heredes tollere et habere potuerint, totum illud sibi habeant, faciendum inde, quod voluerint. Et ipsos laboratores et illorum heredes omne annum apto tempore concient et studient, usque ipsum constitutum, suprascripta organea da vinum, et reponant illas suptus reditum illorum, et ipsum vinum, quod ipsi petro et illius heredibus per annum de suprascripta traditione, sicut supra legitur, evenerit, ibi mittant, et salbum illud eis faciant, donec ipse petrus et eius heredes illud inde tulerint, asque degeneratione et igne; et dum ipse petrus et eius heredes, seu missum illorum, pro ipso vino et terratico recipiendum ibi steterint, sicut suprascriptum est, ipsi laboratores et eorum heredes illos nutriant, secundum illorum possibilitatem; et palmentatica omne annum per ipse vindemie eis deant, sicut est consuetudo. Et si taliter ipsi laboratores et eorum heredes ipsi petro et illius heredibus non adimpleberit, sicut scriptum est, usque ipsum constitutum, tunc ipse petrus et eius heredes faciant scire me et meos successores, et predicte ecclesie, et plicemus ipsos laboratores et eorum heredes ipsi petro et illius heredibus ego et meos successores, et pars predicte ecclesie dare et adimplere omnia, sicut supra legitur. Et per convenienta

ipse petrus guadiam michi dedit et fideiussorem michi posuit Alderisium filium quondam falconis, et per ipsam guadiam ipse petrus obligavit se et suos heredes adimplerent michi meique successoribus, et pars predicte ecclesie, Amodo et usque ipsum constitutum conpletum omnia, sicut supra legitur. Ad completum ipsum constitutum integra suprascripta traditio iusta ratione salva perveniat ad potestate mea et de meis successoribus et de partibus predicte ecclesie; et liceat ipse petrus et eius heredes inde exire cum omnibus illorum causis. Et si, sicut superius scriptum est, ipse petrus et eius heredes michi meique successoribus, et ad pars predicte ecclesie non adimpleberint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere michi meique successoribus, et pars predicte ecclesie centum auri solidos constantinianos. Tantum potestatem habeamus ego predictus abbas tollere totum vinum et abellane, quod isto preterito anno quod transiit, de suprascriptis rebus exierit, et faciamus inde quod voluerimus, absque contrarietate ipsius petri et de eius heredibus, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego romoaldus notarius me subscripsi.

† Ego truppoaldus notarius me subscripsi.

MCXI

A. D. 1048

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et decimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et septimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis èt ducis filii eius, mense december, secunda indictione. Memoratorium factum a me sergi filius quondam iohanni ioncatella, ante presentia Ademarii comitis et iudici prestitui ursi filio quondam leoni quindecim aurei solidis denari ana quattuor ana per solidum, ut amodo et usque duobus anni completi abere ipsi solidi et facere inde quod voluerit, et in completi duobus anni ille et eius heredes retdere michi meique heredibus, seu cui brebem iste in manu paruerit, alii quindecim auri solidos de tari ana quattuor auri per solidos cum pede pro ratione, quomodo per annum beni de quinque solidi in sex, de quale meliores moneta illis diebus andaverit, ut per caput et sine iuncta illis dare possamus, et apposuit et obligavit michi inclita tertiam partem de omnibus rebus, que fuit ipsius leoni genitori suo, quod abuit in locum casiniano, ubi

proprio balutamblu dicitur mitilianense dicitur, quod est terra cum arbustis et castanietum. et sunt pecie due ; Una ex ipse pecie per hec finis et mensurie : a parte meridie fine illorum, sicut terminatum est. inde sunt passi octuaginta unum et cubitum: ab oriente fine termini inde passi centum quattuor: De super capite fine bia pergit ad sanctu angelus, et abinde per ipsa bia pergente in parte occidentis. Et trabersante unum ballone et ab inde pergente usque ad alio ballone, inde passi septuaginta sex, et abinde descendente per medio ipso ballone in pars meridie, et coniungente in ipsa priore fine, inde passi octuaginta duo. Ipsa alia pecia cum castaneis, que est in parte orientis, per hec finis et mensuria : A parte meridie fine illorum, sicut terminatum est, inde passi quinquaginta quattuor: ab oriente fine bia publica, inde passi septuaginta septem: de capite fine bia commune, inde passi triginta septem; ab occidente fine illorum, inde passi octuaginta quattuor, sicut terminatum est, recte mensuratum. De iamdictis duobus peciis per iamdictas finis et mensurie inclita tertiam partem inde michi apposuit et obligavit. Seu apposuit et obligavit michi inclita terra cum binea et castaneis de locum uliaria, que dicitur da miranda monacha, quod ipsius ursi in sortem obbenit da germani et sorori sue per firma scriptione divisionis, que scripta est per petrus notarius, in quo testatum est ipsum Ademarii iudex. Seu et tradidit michi unum scriptum, quod est continentem de ipsa rebus de predicto locum casiniano, que scripta est per iohannes notarium, ibi testati ademari et radoaldus et petrus, de tricesimo anno principatus domni guaimarii, et tertio anno domni iohanni eius filii, mense agustus, prima indictione: tota suprascripta mensura iusto passu hominis mensurata. Tali tinore illut michi apposuit et obligavit, ut si in ipso costitutum ipso pretium nobis non retdiderit, sicut dictum est, de sua proprietate sicut a nullo homine, illut in prestitum tollat, nec de ipsa rebus vendat nec apponat per nullam rationem, tunc ab illa die in antea ad nostram potestatem teneamus ipsa suprascripta rebus, et faciamus exinde omnia quod voluerimus per istum scriptum: tantum, si illis diebus fuerit appretiata ipsas res plusquam ipsi solidi quod nobis retderet debet cum ipso prode, sicut dictum est, per sapientes homines quantum plus fuerit iuste appretiatum, nos illut ei adiungamus, et de ipsa rebus faciamus, quod voluerimus cum omnia intro se habentibus et suis pertinentiis, et cum bice de vie sue; et ipse urso et suos heredes semper defendere michi meique heredibus inclita ipsa rebus, quod superius michi apposuit, ab omnibus hominibus cum bice de ipse bie; et quando ego et meos heredes illut defendere voluerimus, potestatem habeamus, qualiter voluerimus cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea ostederimus. Et si in ipso constitutum ipso pretium cum ipso prode ipse urso et suos heredes nobis reddiderit, sicut dictum est, nos eis remittamus ipsa rebus, et ipsa cartula, quam superius tradidit nobis, faciendum ille

et eius heredes, quod voluerint ; et amodo omni tempore habeat ipsa res nobis tignata et obligata, ut quale tempore illut daturum aut binditurum abuerit , nobis illut deant iusto baliente pretium, que iuste fuerit appretiatum, sicut supra legitur. Et faciant nos exinde scire per tertio constitutum pro illut emendum ad iusto baliente pretium , sicut dictum est. Et si infra ipsa constituta illut ab eis emere noluerimus, sicut diximus, tunc post ipsa constituta liceat illis eos dare cui boluerit. Nam si ante ipsa constituta, cuicumque illut vel ex ipso dederit , aut per quolibet titulum alienaverit , sicut de illorum potestate pareat substractum per qualecumque ratione, tunc sine pretium perveniant ad potestate mea et de meis heredibus , faciendum inde omnia , quod voluerimus , et ille et eius heredes illut nobis defensare, sicut supra legitur . Et per combenientia ipse urso guadia michi dedit et mediatore michi posuit seipsum, et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes si, sicut superius legitur, michi meique heredibus non adimpleverint , et suprascripta vel ex eis quicquam removere ant contradicere presumpserint , per ipsam guadiam componere obligavit se ipse urso et suos heredes michi meique heredibus, seu cui brebem iste in manu paruerit, quinquaginta auri solidos constantinianos, et, sicut superius scriptum est, adinplere; et apposuit et obligavit se et suos heredes nobis ad pignerandum omnes rebus et causam suam alia legitimo et inlegitimo. Sic tamen suprascriptam tertiam partem de tota suprascripta res de predicto locum casiniano , ubi ipse bulutamblu dicitur , et tota ipsa rebus de predicto locum uliaria ipse urso michi apposuit et obligavit , sicut supra legitur, per suprascripta guadia et obligata pena, quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego qui supra ademari iudex.

Et oc recolimus quod addidit michi ipse urso una alia cartula divisionis , qualiter ille cum alii sui germani divisit ipsa res suas de predicto locum uliaria , que scripta est per petrus notarius ibi testatum ipsum ademari iudex de vicesimo nono anno principatus salerni domni nostri guaimarii gloriosi principis , et nono anno principatus salerni domni nostri guaimari gloriosi principis , et nono anno principatus eius capue , et octabo anno ducatus eius amalfis et sirrenti , et quinto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius , et quinto anno ducatus illorum apulie et calabrie , mense martius , quintadecima indictione. ipsa cartula nobis dedi in suprascripta ratione.

MCXII

A. D. 1049

† In nomine domini Tricesimo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et decimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, quam et septimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense februario, secunda indictione. Ego petrus filius quondam leoni clerici de locum nucerie, clarifico me abere rebus cum arbusto vitato in locum tabellaria infra fine salerni, qui est per has finis et mensurias: ab occidente abet passi viginti duo et medium: a meridie abet passi quadraginta tres: ab oriente abet passi duodecim et medium; et rebolbente in ipsa parte orientis passi duodecim, et inde rebolbente a parte septemtrionis passi quinque et medium; et iterum rebolbente in pars occidentis, et coniungente in priore fine, passi viginti sex, ad iusto passu hominis mensurati; et Congruum est mihi suprascripto petro venumdare ipsa rebus; et ideo, sicut mihi congruum est mea bona boluntate, per hanc cartulam quoram presentia amati iudicis, venundedi tivi iohannis castaldi filii quondam desidei, pro parte paldulfi filii bone recordationis domni guaimarii principis et germani suprascripti domni guaimarii invictissimi principis et dux, inclita suprascripta res per suprascriptas fines et mensuras, cum omnibus infra ipsam rem abentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, ea ratione, ud semper ipse paldulfus et eius eredes securiter abeant inclitam ipsam venditionem, et faciant de ea quicquit voluerint, et propter confirmationem uius venditionis, a presenti suscepi a te predictus iohannes, pro parte suprascripti paldulfo, statutum pretium auri tarenos bonos triginta in omni deliberatione. Et per convenientia guadia tivi qui supra iohannes dedi ego predictus petrus, et cum ipsam guadiam suscepisti pro parte suprascripti paldulfo, et fideiussorem tivi posui pro eius parte meipsum, et per ipsam guadiam obligavi predictus petrus et meos heredes semper defensare ipsius paldulfi et ad eius eredes inclita suprascripta venditione ab omnibus hominibus et partibus; et quando ipse paldulfus et suos eredes per seipsis voluerint esse defensores de suprascripta venditione, potestatem abeant, qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea ostendere voluerint. Et si, sicut superius legitur, ego et meos heredes non adimpleberimus ipsius paldulfi et ad eius eredes, et suprascripta vel exinde remobere aud contradicere presunpserimus, per ipsam guadiam obligo me predictus petrus et meos eredes componere ipsi paldulfo et ad eius eredes quinquaginta auri solidos constantinianos, et, sicut superius legitur, adimplere, et taliter scribere rogavi te iohannes scriba.

† Ego qui supra amatus iudex.

MCXIII

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni guaimarii, et decimo anno ducatus eius amalfi et surrenti, et septimo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense februario, secunda indictione. Memoratorium factum a me domnus iohannes gratia dei abbas monasterii sancte sofie, qui situm est intus cibitate salerni, ante subscripti testes, per demandationem domni paldolfi glorioso comes domnus ipsius monasterii, per combenientia, pro parte ipsius monasterii, et pro parte mulieris nomine gemma que fuit uxor quondam guaiferii, qui ipso monasterium construxit, tradidit rainaldi filio ursi una pecia de terra, quod pars ipsius monasterii et iamdicta gemma abet infra fines de nucerie, ubi at pecte dicitur, que est per ec finis et mensuria: a parte sebtemtrionis fine bia stabiana, inde passi duodecim; a parte orientis fine ipsius rainaldi, inde passi duocenti viginti quadtuor: a parte meridie fine ipsius monasterii, inde passi biginti: a pars occidentis similiter fine ipsius monasterii et coniungente se in ipsa bia priore fine, inde passi alii duocenti biginti quadtuor, totum at iusto passu ominis est mensuratum; ec vero predicta pecia de terra per iamdictas fines et mensuras, ut superius legitur, ego nominatus abbas pro parte ipsius monasterii, et pro bice ipsius gemme, per iuxionem ipsius domni paldolfi inclitum illut ipsius rainaldi at pastenandum arbustum tradidit cum omnia infra se abentes, et cum bice de bie sue; tali ordinem, ut amodo et omni tempore at sua et de suis eredibus sint potestatis illut tenere, pastenare, fobee, omnis sue utilitatis iuxta rationem ibidem faciant, et eos illut pastenare, potare, propaginare, et, ubi meruerit, arbores et bites illut ibidem plantare. Sic tamen, ut amodo et usque se complunt duodecim anni in tota ipsa tradictione abeant ibidem arbustum bonum, pastenatum vonum et surtum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, et da ipsi duodecim anni in antea, omni tempore annualiter illut pastenarent et lavorarent, sicut locus ipse meruerit, ut in melius proficiant et non dispereant; et quantum binum amodo et usque decem anni ibidem illut fecerit, inclitum illut sibi abeant, faciendum quod voluerit. Et da ipsi decem anni in antea per omnis annum per tempore de bindemie faciant illut et suos eredes pars ipsius monasterii et iamdicta gemma et illius eredes, ut dirigamus ei missum nostrum, et ille et suos eredes illut bindemiare, et omnis binum, quod inde exierit, cum ipso missum illut dibibere per medietatem: illut tollat me-

dietatem, et ipso missum medie tatem , sortionem de ipso binum , quod at partibus ipsius monasterii et iamdicta gemma ebenerit , illut atducant usque at cellario, quod pars monasterii et iamdicta gemma abet in locum bar bacianum de ipso mercatum in subto, et midtant ipso binum in organea, quod ei ab ipso cellario dederimus, qui per illut flat conciatum , ut iuxtum fuerit , sequentes binum , quod ille ibi miserit , et dum pro ipso binum recipiendum, ipso missum ibi steterit, illut nutricare , sicut meruerit , et palmentaticum ei deant iuxta rationem ; et de quod ibidem seminatum fuerit deant inde ad ipso missum terraticum , secundum consuetudinem de ipso locum. et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea ipsa tradictione in suprascripto ordine reddere noluerint, aut non potuerint, liceat ille et suos eredes inde exire cum omnis causa sua mobilia; et ipsa tradictione lavorata et cultata et surta r emidtant at partibus ipsius monasterii , et ipsius gemme, vel at illius eredes. Unde per combenientia, et erga mecum abendo atvocatorem ipsius monasterii, guadiam nobis ipse rainaldo dedit, et fideiuxorem nobis posuit seipsum suprascriptum rainaldus, et per ipsa guadia etc: *Composita pena , triginta auri solidis constantinianis.* quod scripsi ego petrus protonotarius,

† Ego guisenolfus.

† In oc ego petrus affirmo.

MCXIV

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principi et undecimo anno ducatus eius Amalfis et sirrenti, et octabo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principi et ducis filii eius, mense februario, tertia indictione. Memoratorium factum a me petrus filius quondam landonis de loco nucerie, eo quod ante presentia domni iohanni egregi archipresuli sancte sedis archiepiscopatui salernitano, et ante idoneos homines , per iussionem ipsius domni archipresuli , per convenientia tradidit michi iaquintus subdiaconus una pecia de terra cum arbustis quam pars predicti archiepiscopii habet in eodem loco nucerie, ubi casolla dicitur, que est per fines et mensuras iusto passu hominis mensuratos. A parte meridie est fine via puplica , que ducit inter has res et alias res ipsius archiepiscopii et passi triginta et cubitus unus, et de aliis tribus partibus est fine aliis rebus predicti archiepiscopii: a parte occidentis sunt passi sexaginta tres et medium: a parte septemtrionis sunt passi triginta unum; a parte

orientis sunt passi sexaginta tres et medium. Tali hordine suprascriptam terram cum arbustis michi per convenientiam cum vice de ipsa via tradidit, ut amodo et semper ego et meos heredes, natos nascentes, suprascripta traditione nostre potestatis teneamus et dominemus, foveas et omnes nostras utilitates iusta rationem ibi faciamus. Et omne annum apto tempore tota ipsa traditione potemus, propaginemus ubi meruerit, infra illud arbores et vites de bono vitinio plantemus et surgamus, et sic illud omne annum apto tempore de super et de supter laboremus et cultemus, ut in melius proficiat et non depereat, et semper bonum pareat laboratum, et cultatum, et operatum, et surtum; et u nde meruerit, illud cludamus, et semper illud clusum habeamus. Et amodo et semper omne annum apto tempore per tempore de vindemie faciamus scire partem predicti archiepiscopii, ut illuc dirigat missum, et nos tota ipsa vindemia ante eum rationabiliter vindemiemus, et ad palmentum ibique ipsum vinum procuremus, et per medietatem illud dividamus: ad missum de partem predicti demus inde per omne annum inclitam medietatem, et nobis habeamus medietatem. Assignet nobis partem predicti archiepiscopii organeum da vinum ad cellarium, quod habet ad ecclesiam sancte semperque virginis dei genitricis marie plebem de ipso loco, et nos ipsum organeum omne annum apto tempore conciemus et studiemus bonum, sicut meruerit, et reponamus illum intus ipsum cellarium et ipsa parte illius de ipso vino per annum salvum illud ibi portemus et salvum illud mittamus intus ipsum organeum. Et de quod amodo et semper in ipsa traditione seminaberimus, demus inde per omne annum ad partem predicti archiepiscopii terraticum, secundum consuetudo ipsius loci, poma et quicquid alium frudium ibi habuerit. per tempore illud salvum faciamus, et inclitam medietatem exinde demus ad partem predicti archiepiscopii, et medietatem nobis habeamus. Missum de partem predicti archiepiscopii, dum per tempore pro ipsa frugia recipiendum ibi steterint, nos eum nutriamus, secundum nostram possibilitatem, et palmentateca omne annum per ipse vindemie ei demus, sicut est consuetudo. Et quando partem predicti archiepiscopii voluerit requirere ipsa traditione, si sic esset laborata, et surta, et operata, sicut supra legitur, potestatem habeat, et ego et meos heredes inde ei rationem reddamus, sicut decet. Et per convenientiam ipse iaquintus per iussionem ipsius domni archipresuli guadiam michi dedit et fideiussorem michi posuit landonem filium quondam petri clerici, et per ipsam guadiam ipse domnus archipresul obligavit se et suos successores et partem predicti archiepiscopii, amodo et semper defendere michi meique heredibus integram suprascriptam traditionem cum vice de ipsa via ab omnibus hominibus, et non illut nobis tollere querat. Tantum, quale tempore ipsa traditione tenere et laborare noluerimus, tunc tota laborata, surta, operata bona, unde meruerit, clusa ad

partem predicti archiepiscopii remittamus potestatem, et liceat nos inde exire cum omnibus nostris causis. Et si, sicut superius scriptum est, ipse domnus archipresul et suos successores et partem predicti archiepiscopii, michi meique heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse domnus archipresul obligavit se et suos successores, et pars predicti archiepiscopii, componere michi meique heredibus viginti auri solidos constantinos. quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego marinus clericus et primicerius

† Ego amatus presbiter et cardinalis

† Ego iohannes presbiter et cardinalis.

MCXV

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et undecimo anno ducatus eius Amalfis, et decimo anno ducatus illius sirrenti, et octabo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense Aprilis, secunda indictione. Dum in sacro salernitano palatio coram suprascripto domno nostro Guaimario, serenissimo et a deo conservato principe, et duce essent domnus guido dux et paldulfus frater eius, et dum essem ego Amatus udex, mascinus vestararius ipsius domni principis et ducis, per iussionem illius: ostendit scripta ita continentem: Ego romoaldus pro parte suprascripti domni nostri guaimarii principis et ducis divisi res, quas ipse domnus princeps et dux communes habet cum ipso domno guidone duce et paldulfo fratribus suis in subscrivendi locis. Primum divisi terram cum arbusto in loco apusmonte, et feci ex ipsa tres sortes: primam in parte occidentis, secunda in meridie, tertia in parte orientis. Ipsam primam sortem feci per fines et mensuras: Ab ipsa parte occidentis fine, sicut media sepes discernit incipiente mensura a via publica que est in parte septemtrionis, et sunt mensurati intra ipsas res iuxta ipsam sepem usque in alia via passi ducenti et unus, et revolvente per ipsam viam in ipsa parte occidentis passi sex, et de ipsa via revolvente in parte meridie usque in alia via passi octoginta sex. Ab ipsa parte meridiei est finis ipsa via; et per ipsam viam mensurati passi centum triginti et sex. A parte orientis passi centum quattuor, et revolvente mensurati

in ipsam partem orientis passi decem et nobem, et revolvente in ipsa parte septemtrionis passi quindecim, et iterum revolvente in ipsa parte orientis passi quinque, et revolvente in ipsa parte septemtrionis iuxta ipsam secundam sortem, passi centum tredecim; et inde habiente rectum in ipsa parte septemtrionis passi viginti quattuor, et pergente in ipsa parte septemtrionis iuxta ipsam secundam sortem passi triginta septem usque ipsam viam puplicam. Ab ipsa parte septemtrionis est finis ipsa via puplica, sunt inde passi centum quadraginta nobem. Et adiunxi in ista sorte integram curtem illorum cum arbusto de ipso loco Apusmonte, ubi lenzara dicitur, quam retinet iohannes filius allerisi. Et adiunxi in ista sorte curte cum arbusto da linzara, quam retinet donatus, que a parte meridie ad fluvium coniuncta est. Et alia peciola cum arbusto ibique in pede de castello betere, quam retinet guiso. Et adiunxi in ista sorte una pecia de terra cum arbusto ubi capsulo dicitur, quam tenuit iohannes qui dicitur bestarario. Et alia peciola cum arbusto, que dicitur da liriczi, quam mari riczu retinet. Et alia pecia cum arbusto quam retinent Angelus et Sabatinus ibique. Et adiunxi in ista sorte peciam cum arbusto, ubi paternum dicitur, quam retinet iohannes mecza-focacza. Et adiunxi in ista sorte terram cum castaneto in Siano, ubi ortelle dicitur, quam tenuit sellictus. Et adiunxi in ista sorte terram illorum cum abellaneto in eodem loco Siano, quam retinet iohannes barrile, et inclita . . . . . de terra cum arbusto et abellaneto ibique coniunctam, quam ipse iohannes retinet. Et adiunxi in ista sorte una pecia de terra cum arbusto in loco tabellara, ubi ad sanctum vitum dicitur, quam retinet maraldus filius mirigni, et aliam peciam cum arbusto ibique, quam retinet bonafide. Et adiunxi in ista sorte aliam peciam de terra cum arbusto in ipso loco tabellara, ubi aira ciceri dicitur, quam tenuit Stefanus. Et alia pecia in eodem loco ad aira ciceri, quam tenuit iaquintus tornainpoe, que est terra cum arbusto. Et adiunxi in ista sorte inclitam tertiam partem, que est sors illorum de terra cum arbusto et castaneto, que est super ecclesia sancti cipriani in loco venera, qui est coniuncta ad viam que benebentana dicitur. Et adiunxi in ista sorte terram cum arbusto in ipso loco tabellara, ubi suttinianu dicitur, quam retinet ursus tornainpoe. Et adiunxi in ista sorte res, quas sesamus olim habuit in loco pastorano, Terram cum insiteto in ipso loco pastorano, que est super flubio grancario, que a parte meridiei coniuncta est ad viam puplicam, et terram cum vinea et saliceto de eodem loco ibidem propinquam, que a parte meridiei coniuncta est ad ipsum fluvium grancarium, et terram cum vinea et vacuo ibidem propinquam, ubi erbarum dicitur, que a parte orientis coniuncta est ad medium vallonem, et retinet eam leo filius quondam leonis amalfitani a parte ipsorum domni principis et ducis et fratrum eius. Et adiunxi in ista sorte terram cum vinea de eodem loco pa-

storano, ubi puczu dicitur, que fuit ipsius sesami, quam retinet petrus clericus filius iohannis franci, et est per fines et mensuras: a parte occidentis est finis medium vallonem per quod veris tempore fluit, et passi quadraginta octo: a parte septentrionis est finis media sepes et passi viginti nobem: a parte orientis sunt passi viginti octo: a parte meridiei est finis medium alium vallonem et passi viginti. Et adiunxi in ista sorte sortem a parte meridiei de rebus illorum de loco tusciano. que est per fines et mensuras: ab ipsa parte meridiei est finis ipse fluvius tuscianus: a parte occidentis sunt passi centum sexaginta sex: a parte septemtrionis est finis illud, quod in ipsa secunda sorte adiungente est, et sunt a termine qui fixus est inter istut et illud, quod in ipsa secunda sorte adiungente est usque in ora de via, quam communem inter ipsas sortes . . . . in quo terminus fixus est, et est fixus, passi centum duodecim longius ab ecclesia sancti viti passi centum nonaginta. Et qualiter ab ipso termine rectum vadit usque in termine qui fixus est in parte orientis inter istut et illud, quod in ipsa secunda sorte adiungente est, ab ipsa parte orientis sunt passi septuaginta. Et adiunxi in ista sorte de rebus illorum de eodem loco tusciano, que fecerunt ursi sculdais, partem a parte septemtrionis, que est per fines et mensuras: ab ipsa parte septemtrionis est finis, sicut media sepes discernit: ab oriente est finis ipse fluvius tuscianus, et mensura intra ipsas res per limitem, qui ibi est, passi sexaginta: a parte meridiei fine ipso fluvio et illud, quod in ipsa secunda sorte adiungente est: a parte occidentis fine via puplica et passi sexaginta. Et adiunxi in ista sorte de terra illorum cum olibeto et vacuo de eodem loco tusciano partem a parte septemtrionis que est per fines et mensuras: Ab ipsa parte septemtrionis est finis ipse fluvius tuscianus: a parte orientis est finis ipse fluvius et mensura, quantum plus recte prope ipsum fluvium mensurari possunt, passi viginti duo: et a parte meridiei fine illud, quod in ipsa secunda sorte adiungente est: a parte occidentis fine aqua, que fluit ad molina eorum, et mensura, quantum plus recte prope ipsam aquam mensurari possunt, passi nonaginta. Ex hoc feci esse primam sortem cum vice de viis suis. Secundam sortem feci per fines et mensuras: ab ipsa parte septemtrionis est finis ipsa via puplica et per ipsam viam mensurati passi sexaginta septem: a parte orientis passi viginti tres. Et revolvente mensurati in ipsa parte orientis passi guadraginta tres. Et revolvente in ipsa parte septemtrionis usque suprascriptam viam puplicam passi triginta duo. Et iterum revolvente per ipsa via in ipsa parte orientis passi quattuordecim usque in alia via. Et revolvente in ipsa parte meridiei per ipsam viam, passi nonaginta septem. Et revolvente in ipsa parte occidentis passi centum; et revolvente in ipsa parte meridiei passi sexaginta tres. Et revolvente in ipsa parte orientis passi triginta quattuor. Et revolvente in ipsa parte meridiei passi quadra-

ginta. Et revolvente in ipsa parte occidentis usque in ipsam primam sortem passi octoginta et unum. Et revolvente in ipsa parte septemtrionis iuxta ipsam aliam sortem ipsos centum tredecim passos usque in ipsa via. Et per ipsam viam habiente in ipsam partem orientis passi octoginta octo. Et revolvente in ipsa parte septemtrionis passi viginti quattuor. Et revolvente in ipsa parte occidentis passi nonaginta unum. Et revolvente in ipsa parte septemtrionis iuxta ipsam aliam sortem, passi triginta septem usque in ipsam viam. Et adiunxi in ista sorte terram cum arbusto de eodem loco per fines et mensuras : A parte orientis fine ipsa tertia sors, et per ipsam finem passi septuaginta septem : A parte meridiei est finis via, et per ipsam viam mensurati passi nonaginta sex : A parte occidentis fine, sicut limitem discernit, et per ipsum limitem mensurati passi centum quadraginta duo : A parte septemtrionis sunt passi quadraginta duo mensurati usque in ipsam aliam sortem. Et adiunxi in ista sorte terram cum arbusto super ipsa via in qua olibe sunt, que est per fines et mensuras : A parte septemtrionis est finis ipsa via et passi centum quinquaginta sex : A parte occidentis passi centum : A parte meridiei finis terra ipsius domni principis et ducis, et de ipsis germanis eius, et passi centum nonaginta quattuor: Ab ipsa parte orientis similiter fine terra illorum que adiuncta est in ipsa tertia sorte, et per ipsam finem passi centum quadraginta. Et adiunxi in ista sorte integram curtem illorum que dicitur da rappertu. Et adiunxi in ista sorte integram peciolam illorum de suprascripto loco apusmonte, ubi geminie dicitur, que est cum arbusto, quam retinet sassu, que ab oriente et a septemtrione coniuncta est ad vias. Et aliam peciolam ibique cumi arbusto, quam retinent iohannes bitale et petrus, que a parte orientis coniuncta est ad suprascriptam viam. Et adiunxi in ista sorte integram peciolam cum arbusto ibidem propinqua, ubi basaboe dicitur, quam retinet ipse iohannes bitale. Et a parte septemtrionis ad fluvium saltera coniuncta est. Et alia peciola que dicitur ad sanctum martium que est cum arbusto, quam retinet romoaldus filius allerisi, et adiunxi in ista sorte unam peciolam de terra cum arbusto ibidem propinquam, in qua residet ipse iohannes bitale, Et aliam peciam, ubi molinum constructum est et pontone dicitur. Et aliam peciam ub geminie dicitur, quam retinet iohannes gastaldus. Et aliam peciolam cum arbusto ibidem propinquam, quam retinet petrus filius iohanni gagliardo. Et alia peciola que dicitur ad sanctum eustasium, que est arbustum, quam retinet sparanus maczatrulla. Et adiunxi in ista sorte integram medietatem, que est sors illorum de una pecia de terra cum castaneto et quercieto in loco siano, ubi gualdum dicitur, quam retinet iohannes barrile. Et adiunxi in ista sorte terram illorum cum arbusto in suprascripto loco siano, quam retinet dumnandus. Et adiunxi in ista sorte integram tertiam partem, que est illorum sors, de una

pecia de terra cum aliquantis arboribus, ubi campu vitale dicitur, quam retinet ursus. Et aliam peciam de terra cum aliquantis arboribus, ubi similiter campu vitale dicitur, quam retinet sico. Et adiunxi in ista sorte terram cum arbusto et vacuo in loco siano, que a parte occidentis ad paludem coniuncta est, et eam retinet ad laborandum amatus filius amelchisi. Et adiunxi in ista sorte tertiam partem que est sors illorum, de terra cum arbusto, que est in suprascripto loco benera supter ecclesia sancti cipriani coniunctam ad viam que dicitur benebentana. Et adiunxi in ista sorte integram tertiam partem que est illorum sors, de terra cum arbusto in ipso loco benera, quod retinet riso strambo. Et adiunxi in ista sorte terram vacuam in suprascripto loco benera, quam retinet simeon. Et adiunxi in ista sorte terram cum vineis in plano et silva in monte in loco locubia, que de una parte coniuncta est ad fluvium anguillerium, et de altera parte ad ipsam locubiam, et de alia parte ad viam puplicam. Et alteram terram cum vinea de eodem loco quam via separat a suprascripta terra, et ex omni parte eam vie circumdant. Et adiunxi in ista sorte de ipsis rebus illorum de ipso loco tusciano per fines et mensuras: a parte meridiei est finis illud quod in ipsa prima sorte adiunctum est: a parte occidentis est finis terra monasterii sancti georgii, et passi centum, et revolvit in parte quasi orientis passi nonaginta quattuor, et revolvit rectum in parte orientis passi decem et nobem: a parte septemtrionis finis illud quod in ipsa tertia sorte adiungente est, qualiter rectum vadit iuxta parietem ipsius ecclesie sancti viti: a parte orientis sunt passi sexaginta, quantum plus rectum prope ipsum fluvium tuscianum mensurari possunt. Et adiunxi in ista sorte de ipsis rebus illorum que fuerunt ipsius ursi sculdais, per fines et mensuras: a parte septemtrionis finis illud, quod in ipsa prima sorte adiunctum est: a parte orientis fine illud, quod in ipsa prima sorte aliquantum adiunctum est, et ipse fluvius, et sunt mensurati per ipsum limitem passi nonaginta: a parte meridiei finis illud, quod in ipsa tertia sorte adiungente est: a parte occidentis fine ipsa via, et passi nonaginta. Et adiunxi in ista sorte de ipsa terra illorum cum olibeto et vacuo de eodem loco tusciano per fines et mensuras: a parte septemtrionis finis illud, quod in ipsa prima sorte adiunctum est: a parte orientis fine ipse fluvius, et mensurati quantum plus recte prope ipsum fluvium mensurari possunt, passi viginti duo: a parte meridiei finis illud, quod in ipsa tertia sorte adiungente est: a parte occidentis est finis ipsa aqua que fluit ad ipsa molina, et mensura quantum plus recte prope ipsam aquam mensurari possunt, passi viginti sex. Ex hoc toto feci esse secundam sortem cum vice de viis suis. Tertiam sortem feci per fines et mensuras: a parte meridiei fine, sicut ipsa via et limites discernunt, et per ipsam finem mensurati passi centum sexaginta quinque: ab ipsa parte orientis fine, sicut media

sepes et limes discernunt,et per ipsam finem mensurati passi ducentos quattuor: a parte septemtrionis fine ipsa via et per eam mensurati passi octoginta; Et revolvente mensurati in ipsa parte meridiei passi septuaginta quattuor; Et revolvente in ipsa parte occidentis passi septuaginta duo; Et iterum revolvente in ipsa parte meridiei passi centum quinque; Et iterum revolvit in ipsam partem occidentis iuxta ipsam secundam sortem passi triginta quinque. Et revolvit in ipsam partem meridiei erga ipsam secundam sortem passi septuaginta septem. Et adiunxi in ista sorte terram cum arbusto super ipsam viam per fines et mensuras: Ab ipsa parte occidentis fine ipsa terra, que in ipsa secunda sorte adiunctum est, et per ipsam finem passi octoginta duo; Et revolvente in ipsam partem orientis passi octo; et iterum revolvente in ipsa parte septemtrionis passi quadraginta sex; Et revolvente in ipsa parte meridiei passi quadraginta quattuor; Et revolvente in ipsa parte orientis passi triginta et unus; Et revolvente in ipsa parte meridiei passi quadraginta quattuor; Et revolvente in ipsa parte orientis passi centum sedecim; Et revolvente in ipsa pars oocidentis passi ducentos decem. Et adiunxi in ista sorte integram curtem illorum de ipso loco apusmonte ubi ponzanu dicitur, quam retinet leo filius leonis presbiteri. Et aliam peciam de terra cum arbusto ubi ad geminie dicitur, que a parte septemtrionis ad fluvium saltera coniuncta est, quam retinet stefanus grecus. Et adiunxi in ista sorte integram terram cum àrbusto in suprascripto loco, ubi ad pede de monte dicitur, quam retinet lando. Et aliam peciam cum arbusto, ubi geminie dicitur, quam retinet petrus filius de cibile. Et aliam peciam cum arbusto ibique, ubi cannito dicitur, quam retinet ipse petrus. Et aliam peciam cum arbusto ibique, ubi episcopio dicitur, quam retinet ipse petrus. Et adiunxi in ista sorte alia peciola ibique ubi geminiè dicitur, que est arbusto propinquo ecclesia sancti stefani, quam retinuit mari filius petri. Et alia peciola ibique cum arbusto, quam retinet iohannes buttone. Et alia peciola cum arbusto ibique, quam retinet iohannes filius suprascripti iohannis buttone. Et adiunxi in ista sorte una peciola de terra cum arbusto, quam retinet iohannes buttone, qui dicitur da li mutilione. Et alia pecia cum arbusto propinquo sancti stefani ubi punzano dicitur, quam retinet suprascriptus iohannes buttone. Et adiunxi in ista sorte sortionem illorum de terra cum castaneto ad silice, quam retinet laurentius, que est per longitudinem da via usque ad finem illorum, passi centum. Et adiunxi in ista sorte terram cum castaneto et quercieto ubi casa betere dicitur in loco siano, quam retinet cicerus. Et aliam curte cum arbusto in eodem loco, quam retinet iohannes barrile. Et adiunxi in ista sorte terram illorum cum arbusto in loco acerole, quam retinet petrus iudex de nucerie. Et adiunxi in ista sorte terram cum arbusto in suprascripto loco tabellara, quam tenuit sparanus, et alia

pecia de terra in eodem loco benera, ubi proprio muntoru dicitur. Et adiunxi in ista sorte una pecia de terra cum arbusto in suprascripto loco benera, quam retinet grimoaldus. Et adiunxi in ista sorte quinque pecias de terra cum arbustis de loco penta, que olim fuerunt machenolfi clerici filii mirigni. Et terram cum arbusto et vinea de loco veriniano, intra quam sala fabricata est, quam retinet romoaldus qui dicitur cacaluiuba. Et alteram terram cum arbusto de eodem loco, quam ipse romoaldus tenet, que est a super ipsa terra. in quam ipsa sala fabricata est, et ibidem propinquam. Et terram cum castaneto et vinea in eodem loco, que est super ecclesia sancte scolastice, quam retinet ipse romoaldus, que olim fuit iohannis filii sadi, et petri filii faracci, que est plaia montis, et a parte septemtrionis coniuncta est ad viam; Et tres peciolas de terra una cum vinea et alteras cum arbusto de eodem loco, que fuerunt iohannis presbiteri et iaquinti filiorum simeonis, que est super et propinquo ipsa terra in quam ipsa sala fabricata est, et una ex ipsis aliquantum coniuncta est ad suprascriptam terram. Et adiunxi in ista sorte de ipsis rebus illorum de iamdicto loco tusciano per fines et mensuras. A parte meridiei fine illud, quod in ipsa secunda sorte adiunctum est· A parte occidentis fine terra ipsius monasterii sancti georgii, et passi nonaginta. Et revolvit in parte orientis passi quadraginta octo, iuxta fines ipsius ecclesie, et revolvit in parte septemtrionis iuxta fines ipsius ecclesie passi quadraginta duo. A parte septemtrionis fine terra ipsius domni guidonis; A parte orientis fine vallone quod vallemonium dicitur, et mensurati quantum plus recte prope ipsum vallone mensurari possunt, passi centum, et sunt mensurati a termine qui fixus est in parte occidentis, inter istam sortem et res ipsius domni guidonis, usque in termine, qui fixus est inter istam sortem et ipsas res ipsius domni guidoni, longius ab ipsa ecclesia, passi centum sedecim, passos ducentos octo, Et pro cognitionis causa mensurare feci ipsas res ipsius domni guidonis, et sunt per fines et mensuras: A parte meridiei fine illud, quod in ipsa tertia sorte adiunctum est: A parte occidentis fine terra ipsius monasterii et vie: A parte septemtrionis fine via antica: A parte orientis fine terra sacri salernitani archiepiscopii. Et revolvit in ipsa parte orientis usque medium ipsum vallimonium. Et revolvit in parte meridiei erga ipsum vallimonium, passi septuaginta sex. Et dimisi viam communem per ipsas sortes, et per ipsas res ipsius domni guidonis ab ipso fluvio tusciano usque in ipsa via antica, que est in ipsa parte septemtrionis, talem viam per quam illi et illorum heredes, et homines, quos ipsi voluerint cum omnibus illorum congruitatibus, ire et redire possint iuxta rationem. Et licentiam habeant illi et illorum heredes et homines, quos ipsi voluerint, ire et redire per viam puplicam, que est intra illud, quod in ipsa prima sorte adiunctum est. Ipsa vero ecclesia sancti viti que est intra

illud, quod in ipsa tertia sorte adiunctum est, cum terris que sunt beneficia ipsius ecclesie, et sunt intra illud, quod in ipsam secundam et tertiam sortes adiunctum est, communiter inter ipsos germanos et eorum heredes habendum, reserbavi cum vice de viis suis. Et adiunxi in ista sorte de ipsis rebus illorum de eodem loco que fuerunt ipsius ursi sculdais per fines et mensuras : A parte septemtrionis fine illud, quod in ipsa secunda sorte adiunctum est : A parte orientis fine ipse fluvius et mensurati intra ipsas res, quantum plus recte prope ipsum fluvium mensurari possunt, passi nonaginta sex. A parte meridiei fine fossatum: A parte occidentis fine ipsa via et passi nonaginta. Et adiunxi in ista sorte de ipsa terra illorum cum olibeto et vacuo de eodem loco tusciano parte. A parte meridiei per fines et mensuras: A parte septemtrionis fine illud, quod in ipsa secunda sorte adiunctum est: A parte orientis fine ipse fluvius et mensurati quantum plus recte prope ipsum fluvium mensurari possunt, passi viginti duo. A parte meridiei fine terra eorum: A parte occidentis fine ipsa aqua, que fluit ad ipsa molina, et mensurati, quantum plus recte prope ipsam aquam mensurari possunt, passi viginti sex. Et omni tempore sit via per illud quod in ipsas tertiam et secundam sortem adiunctum est in parte occidentis, per quam illi et illorum heredes, et homines quos ipsi voluerint cum omnibus illorum congruitatibus, ire et redire possint iuxta rationem. Ex hoc toto feci esse tertiam sortem cum vice de viis suis suprascriptis mensuris iusto passu hominis mensuratis. Verumtamen hoc memoramus, quoniam ubi superius in quinque virgulas scriptum est per ipsam viam mensurati passi centum triginta et sex erratum est, quoniam sunt ibi passi centum quinquaginta et septem : Et ubi superius scriptum est in ipsa secunda sorte alia peciola que dicitur ad sanctum eustasium, que est cum arbusto, quam retinent sparanus maczatrulla, tenet eam ipse sparanus maczatrulla et iohannes, qui dicitur zurani, et non est tota adiuncta in ipsa secunda sorte, sed medietas eius in parte orientis. Cum autem ipsa scripta lecta fuerunt, primus ipse paldulfus comprehensit suprascriptam primam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus que intra eam sunt, cunctisque eis pertinentiis, ad faciendum de ea ille et eius heredes, quod voluerint. Secundus ipse domnus guido comprehensit ipsam secundam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus que intra eam sunt, cunctisque eius pertinentiis, ad faciendum de ea ille et eius heredes, quod voluerint. Tertius ipse domnus guaimarius princeps et dux comprehensit ipsam tertiam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus que intra eam sunt cunctisque eis pertinentiis, ad faciendum de ea ille et eius heredes, quod voluerint. Et per convenientiam ipsi domnus guido et paldulfus guadia ipsi mascino pro parte ipsius domni principis et ducis dederunt, et fideiussores ei pro illius parte posuerunt ipse domnus guido atenolfum filium quondam alfani

comitis, Et ipse paldulfus allerisium filium quondam iohannis comitis. Et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper permanere cum ipso domno principe et duce et cum illius heredibus in suprascripta divisione, quemamodum superius legitur. Et si in suprascripta divisione, quemamodum superius scriptum est, ipsi domnus guido et paldulfus et illorum heredes, cnm ipso domno principe et duce, et illius heredibus, non permanserint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint. per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi domno principi et duci, et illius heredibus, mille auri solidos constantinianos, et in suprascripta divisione, quemamodum superius legitur, permanere. Et taliter te romoaldum notarıum, qui interfuisti, scrivere precepi.

† Ego qui supra amatus iudex.

MCXVI

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, Et undecimo anno ducatus eius Amalfis, Et decimo anno ducatus illius Sirrenti, Et octabo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense Aprili, secunda indictione. Dum in sacro salernitano palatio coram suprascripto domno nostro guaimario serenissimo et a deo conserbato principe et duce essent domnus guido dux et Paldulfus fratres eius, et ibidem essem ego Iohannes Iudex, mascinus vestararius ipsius domni principis et ducis, per iussionem illorum ostendit scripta ita continentia: Ego romoaldus pro parte suprascripti domni nostri guaimarii principis et ducis divisi res, quas ipse domnus princeps et dux communes habet cum ipso domno guidone duce et paldulfo fratribus suis in subscrivendis locis; Primam sortem feci esse terram cum arbusto de loco muntoro, ubi selleczano dicitur, que a parte occidentis coniuncta est ad viam, et eam tenet ursus filius grimoaldi, et terram cum arbusto ibique, que a parte orientis coniuncta est ad ipsam viam, et iam tenet bisantius presbiter. Et terram cum arbusto de eodem loco . . . . . . pede montis, et eam tenet ipse bisantius presbiter. Et terram cum arbusto ibique, quam retinet ipse bisantius presbiter. Et terram cum abellaneto ibique, quam ipse bisantius presbiter retinet, et terram cum abellaneto ibique in loco misciano, quam retinet maranci presbiter, et terram similiter cum . . . . . . maranci presbiter retinet, et terram cum abellaneto in eodem loco, quam similiter ipse marancius pre-

sbiter retinet : et terram cum arbusto in eodem loco , quam ipse marancius retinet : et terram cum castaneto in eodem loco, ubi intenza dicitur. Et adiunxi in ista sorte sortem a parte occidentis terra . . . . abellaneto et silba de loco sancta agathe , que est per fines et mensuras: A parte septemtrionis est finis medius rivus, qui siccus dicitur, et mensura, quantum plus rectum prope ipsum rivum mensurari possunt, passi centum sexaginta sex. Ab ipsa parte occidentis est finis, qualiter incipit a medio ipso rivo et transit viam puplicam et recte ascendit in serram montis. A parte meridiei est finis media ipsa serra. A parte orientis est finis illud quod in secunda sorte adiungendum est, et per ipsam viam est ista sors lata passi centum quinquaginta septem. Et adiunxi in ista sorte terram cum arbusto in loco muntoru ubi trocclati dicitur, que a parte occidentis coniuncta est ad viam, et eam retinet iohannes presbiter filius astilfi clerici. Et terram cum arbusto ibique, quam ipse iohannes presbiter retinet. Et terram cum castaneto et insiteto in ipso loco super ecclesiam sancti salvatoris, quam ipse iohannes presbiter retinet. Et terram cum aliquantis arboribus et quercieto de eodem loco ubi monticellu dicitur , quam ipse iohannes presbiter retinet. Et terram cum castaneto ibique ubi bocca dicitur, quam tenet ipse iohannes presbiter. Et adiunxi in ista sorte partem ab oriente de terram illorum cum arbusto et abellaneto de loco rota , que est per fines et mensuras : A parte meridiei est finis fluvio saltera, et mensura intra ipsas res prope ripam ipsius fluvii, passi sexaginta quattuor. A parte orientis passi sexaginta septem et medium usque in terminum, qui ibi fixus est. Et revolvente mensura in parte occidentis passi sedeciun. Et revolvente in ipsa parte septemtrionis passi quinquaginta quattuor et medius, usque in terminum , qui ibi fixus est. Et revolvente in ipsa parte occidentis passi decem et septem et medius, usque in alium terminum. Et ab ipso termite, rectum trabersante istam sortem, passi quadraginta quattuor et medius usque in termitem, qui fixus est inter istam sortem et illud , quod in ipsa secunda sorte adiungendum est. Et ab ipso termite , ubi completi sunt ipsi decem et septem passi et medius, recte ascendit in ipsa parte septemtrionis , passi septuaginta sex et medius , usque in viam puplicam. Ab ipsa parte septemtrionis est finis ipsa via , et per eam mensurati passi quinquaginta octo. Ab inde rectum descendente in ipsa parte. . . . . illud quod in ipsa secunda sorte adiungendum est , passi septuaginta octo. Abinde recte abiente in ipsa parte meridiei iuxta illud quod in ipsa secunda sorte adiungendum est, passi centum triginta duo. Et adiunxi in ista sorte terram illorum cum abellaneto de suprascripto loco rota, ubi marilianum dicitur . . . . retinet iohannes de cresca , que a parte septemtrionis coniuncta est ad viam. Et adiunxi in ista sorte medietate terra cum arbusto et abellaneto de eodem loco rota, ubi petroniano dicitur, quam retinet iohannes,

qui dicitur cacalupu, et iacobus presbiter, Et medietatem terra cum abellaneto . . . . . . quam tenet ursus filius riconis , que a parte septemtrionis et orientis ad vias coniuncta est. Et medietatem de alia peciola vacua, quam ipse ursus tenet, que a parte meridiei ad ipsam viam coniuncta est. Et adiunxi in ista sorte terram cum vinea de loco iobi . . . . et a parte occidentis coniuncta est ad pedem montis. Et adiunxi in ista sorte terram cum arbusto , que est in loco felecta , que est in pede de monte de tebenna , ubi calcare dicitur, quam tenent heredes petri ungri. Et adiunxi in ista sorte terram . . . . . quam tenet petrus filius lodoici. Et terram vacuam in eodem loco subtus et prope ecclesiam sancti iohannis, ubi pariti dicitur, quam retinet dumnandus filius petri. Et duas peciolas in eodem loco; una que dicitur ad balle, et altera , que dicitur ad cupuli. Et terram vacuam in eodem loco . . . . . . Et terram vacuam ibique suptus , ubi pariti dicitur. Et terram cum arboribus ibique , ubi pariti dicitur. Et aliam peciolam ibique. Ex hoc toto feci esse primam sortem cum vice de viis suis. Secundam sortem feci esse terram cum arbusto et abellaneto de eodem loco muntoru ubi . . . . . . dicitur, quam tenent falco filius maraldi et heredes muniti. Et terram cum arbusto , et castaneto , et abellaneto in eodem loco , ubi miscianu dicitur , quam retinet ipse marancius presbiter. Et adiunxi in ista sorte sortem , que in medio est de ipsis terris eorum , de eodem loco sancte agathe, ubi gualda dicitur, que est per fines et mensuras: A parte septemtrionis est finis medius ipse rivus, et mensurati quantum plus rectum prope ipsum rivum mensurari possunt, passi centum sexaginta octo. A parte occidentis est finis illud, quod in ipsa prima sorte adiunctum est, qualiter incipit a medio rivo et transit ipsam viam , et rectum ascendit usque in mediam ipsam serram ipsius montis : A parte meridiei est finis media ipsa serra : A parte orientis est finis illud , quod in tertia sorte adiungendum est. Et per ipsam viam est ista sors lata passi centum quadraginta octo Et adiunxi in ista sorte sortem, que in medio facta est de ipsa terra illorum de suprascripto loco rota, que est per fines et mensuras: A parte orientis est finis illud , quod in ipsa prima sorte adiunctum est : A parte septemtrionis est finis ipsa via et per eam mensurati passi quinquaginta septem. Et inde descendente rectum in parte meridiei inter istam sortem et illud, quod in tertiam sortem adiungendum est, passi septuaginta quattuor usque in termitem , qui ibi fixus est. Et ab ipso termite rectum trabersante istam sortem usque in termitem qui fixus est inter istam sortem et illud, quod in ipsa prima sorte adiunctum est, passi septuaginta et unus. Et ab ipso termite, ubi completi fuerant ipsi septuaginta quattuor passi , recte descendit usque ipsum fluvium erga illud, quod in tertia sorte adiungendum est, passi centum triginta duo. Ab ipsa parte meridiei passi sexaginta quattuor. Et adiunxi in ista sorte aliam peciam

de terra cum arbusto in suprascripto loco ubi mariliano dicitur, quam retinet dauferi filius miri, que a parte septemtrionis ad ipsam viam coniuncta est. Et adiunxi in ista sorte medietatem de terra cum arbusto de eodem loco rota, ubi a la furca dicitur, quam retinet sicardus . . . , . . et heredes mari ; que a parte meridiei ad viam puplicam coniuncta est. Et adiunxi in ista sorte terram cum castaneto de eodem loco felecta, ubi arbusta dicitur, et terram vacuam de eodem loco, ubi castanieta dicitur. Et terram cum aliquantis arboribus . . . . . . ubi ad pastena dicitur. Et terram cum vinea de eodem loco , ubi paczanu dicitur, que est super ecclesiam sancti iohannis, et eam retinet iaquintus filius genci. Et terram cum vinea ibique , quam retinet ipse iaquintus. Ex hoc toto feci esse secundam sortem cum vice de viis suis . . . . . sortem feci esse terram cum abellaneto de eodem loco muntoro ubi ad marinum dicitur, quam retinet marandus. Et terram cum arbusto de eodem loco ubi vallicella dicitur, quam tenet ipse marandus. Et terram cum arbusto in eodem loco , ubi ad campum dicitur , quam retinet ipse marandus. Et terram cum arbusto ibidem propinquam , que a parte orientis coniuncta est ad viam , et eam tenent sesamus et alferius. Et adiunxi in ista sorte sortem a parte orientis de ipsis terris eorum de ipso loco sancta agathe, ubi gualdu dicitur, et est per fines et mensuras. A parte septemtrionis est finis medius ipse rivus et mensurati , quantum plus rectum prope ipsum rivum mensurari possunt, passi ducenti viginti : A parte occidentis fine illud, quod in ipsa secunda sorte adiunctum est, qualiter incipit a medio ipso rivo et transit viam, et rectum ascendit usque in ipsam serram ipsius montis: A parte meridiei est finis media ipsa serra: A parte orientis est finis , qualiter ab ipsa serra rectum descendit et transit ipsam viam , usque medium ipsum rivum. Et per ipsam viam est ista sors lata passi centum triginta unum. Et inter ipsas sortes prope ipsum rivum et iusta ipsam viam terminos fixi sunt. Et adiunxi in ista sorte partem ab occidente de ipsa terra illorum de iamdicto loco rota, que est per fines et mensuras: A parte orientis fine illud, quod in ipsa secunda sorte adiunctum est: A parte septemtrionis est finis ipsa via, et per eam mensurati passi quinquaginta septem: Ab ipsa parte occidentis sunt passi centum octoginta quattuor: Ab ipsa parte meridiei est finis iscla communis et passi viginti nobem. Et revolvente in ipsa parte meridiei passi decem usque in ripa ipsius fluvii ; Et revolvente in ipsa parte orientis rectum prope ipsam ripam passi triginta quinque. Et adiunxi in ista sorte terram illorum cum aliquantis arboribus in suprascripto loco , ubi silba plena dicitur, quam retinet bisantius. Et adiunxi in ista sorte terram cum arbusto de eodem loco rota ubi cirasulu dicitur , que a parte meridiei ad fluvium saltera coniuncta est. Et adiunxi in ista sorte terram cum vinea de loco iobi , quam tenet sicus filius dominici. Et adiunxi in ista sorte terram cum insiteto

de loco felecta, quam retinet taurus filius alferi, que a parte meridiei ad viam coniuncta est. Et terram cum vinea et arbusto de eodem loco, quam retinent lando filius landonis et deodede filius madelmi, que a parte meridiei et a parte septemtrionis ad vias coniuncta est. Et terram cum vinea et arboribus de loco propiciano, ubi centura dicitur, quam retinet landolfus filius petri, qui dictus est ferre. Ex hoc toto feci esse tertiam sortem cum vice de viis suis suprascriptis mensuriis iuxto passu hominis mensuratis. Cum autem ipsa scripta lecta fuerunt, primus ipse paldulfus comprehensit suprascriptam primam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus que intra eam sunt. cunctisque eius pertinentiis, ad faciendum de ea ille et eius heredes, quod voluerint. Secundus ipse domnus guido comprehensit ipsam secundam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus, que intra eam sunt, cunctisque eius pertinentiis, ad faciendum de ea ille et eius heredes, quod voluerint. Tertius ipse domnus guaimarius princeps et dux cum..... ipsam tertiam sortem, qualiter superius facta est, cum omnibus que intra eam sunt, cunctisque eius pertinentiis, ad faciendum de ea ille et eius heredes, quod voluerint. Et per convenientiam et iussionem ipsius domni principis.... ipse mascinus guadia ipsi paldulfo dedit, pro parte ipsius domni principis et ducis, et fideiussorem ei posuit iohannem comitem filium quondam guaimarii comitis. Et ipse domnus guido guadia ipsi paldulfo dedit et fideiussorem ei posuit atenolfum filium quondam alfani comitis. Et per ipsas guadias ipsi domnus princeps et dux, et domnus guido obligaverunt se, et suos heredes semper permanere cum ipso paldulfo, et cum illius heredibus in suprascripta divisione, quemamodum superius legitur. Et si in suprascripta divisione, quemamodum superius scriptum est, ipsi domnus princeps et dux, et domnus guido et illorum heredes cum ipso paldulfo, et cum illius heredibus, non permanserint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsas guadias obligaverunt se et suos heredes componere ipsi paldulfo et illius heredibus mille auri solidos constantinianos, et in suprascripta divisione, quemamodum superius legitur, permanere. Et taliter te romoaldum notarium, qui interfuisti, scrivere precepi.

† Ego qui supra iohannes Iudex.

MCXVII

A. D. 1049

† In nomine domini, Tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, Et undecimo anno ducatus eius Amalfis, Et decimo anno ducatus illius sirrenti,

quam et octabo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense magio, secunda Indictione. Ego amicus domini gratia abbas monasterii sancti Angeli et sancte sofie, qui constructi sunt intus anc salernitanam cibitatem, eo quod ante subscriptos idoneos homines . . . . . ad laborandum et pastenandum tradidit sapatini filio quondam iohannis, qui fuit de liburie, de rebus pertinentibus eiusdem monasterii sancte sofie, quas abet locum caputaquis, ubi dicitur lasenareca et ad sanctum laurentium, inclitum pastinum, quod pastenabit et tenuit leo, qui dictus est cane; quam et tradidit ei ad pastenandum de ipsa rebus coniunta ad ipsum pastinum per mensuram de latitudo et de longitudo in omni loco ana passi triginta. Et si plus inde pastenare potuerit ibique coniunctum de ipsa rebus, totum illud pastenent binea de bono vitineo, quia in tali tinore ego predictus abbas ipsa traditione ipsius sapatini tradidit pro parte suprascripti monasterii sancte sofie cum bice de bia sua, ud ipse sapatinu et suos heredes ipsam traditionem teneant semper nasci nascendo, et fobee et omnes sue utilitatis ibi faciant iusta rationem. Et ipsum pastinum, quod modo est pastenatum, annualiter apto tempore illud lavorent et studient, sicut meruerit et iustum fuerit, et clusum semper illum abeant, sicut meruerit. Et ipso aliud per ipsas mensuras, amodo et usque decem annos completos, adsingnent ad pars ipsius monasterii sancte sofie pastenatum et surtum vinea de bono bitineo, sicut locus ipse de tantos annos meruerit. Et annualiter apto tempore illud lavorent et studient cum ipsa alia vinea, qualiter meruerit, ud cotidie proficiad et non disperead, et clusum illud abead unde meruerit, et semper ipsa traditione salba faciant apto tempore, ud iustum fuerid, et per bindemie faciant semper scire pars suprascripti monasterii sancte sofie, ud ibi dirigad missum suum, et de omnem vinum mundum et mistum, quem de ipsa traditione fecerint, dent ad ipsum missum inclitam quartam partem, reliquas tres partes sibi abeant, et ipsa pars ipsius monasteri portent ad cellarium eius indeque, et illud reponent in organeum ipsius monasterii. . . . . . semper vonum studiatum et conciatum, et in ipsa traditione resideant, et ipsum missum nutricent, secundum suam possivilitatem et iustum fuerit. Et quale tempore de ipsa traditione exire boluerit, licead illud inde exire da ipsi decem anni in antea et ire ubi boluerit, cum omnia sua causa. Tantum prius adsignent ipsam traditionem ad pars ipsius monasterii pastenata et salba et clusa, quale meruerit. Unde in eo hordine per conbenientia guadia mihi dedit ipse sapatinus pro parte suprascripti monasterii sancte sofie, et fideiussorem mihi posuit seipsum; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, ud si omnia suprascripta non adimpleberint in parte suprascripti monasterii sancte sofie, et aliquit de suprascriptis contradixerint, per ipsam guadiam componere obligavit se ipse sapatinus et suos heredes ad

pars suprascripti monasterii sancte sofie biginti auri solidos constantini; quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego iohannes clericus et advocatus qui et scribsi

† Ego Petrus notarius me subscribsi.

MCXVIII

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus salerni domni nostri Guaymarii Glorioso principis, et undecimo anno ducatus amalfi, et decimo anno illius syrrenti, et octavo anno suprascriptorum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et duci, mense maius, secunda indictione. Ante me iaquintus bicecomes coniuncti sunt in combenientia andrea monachus et abbas ecclesie sancti magni, qui fundatus esse dinoscitur in locum lustra, et golferii filius quondam radoaldi de predicto lustra de ipsa cartula, quam communiter habunt, unde pertinet in ipso monasterio sortione iohanni germani eidem golferii, quod est de nobem sortionibus hunam, quod ipse abbas expetutum abet da sacro palatio per brebem sigillatum, et ipsa predicta cartula commune habuit ipso andrea abbas; et fecerunt exinde ante nos vohna combenientia, ut ipsa cartula haberet golferi et eius heredibus, que continet sortionem, que fuit predicti iohanni, eo tinore, ut quando necesse fuerit iamdicta cartula ad ipsum abbatem et ad eius successoribus, ut ipse golferi et suos heredes detur eis ipsa cartula usque in triginta diebus, et post constitutum ipsa cartula ad golferi et ad eius heredibus redeat potestati, et ista predicta cartula communiter est cum alii consorti, et de rebus, que persicitu dicitur. Unde per eadem combenientia guadiam ipso golferi ad predictum abbatem dedit, et fideiussorem ei posuit grisu iohannes presbiter filius comituu, ut si ipsum golferi et suos heredibus omnia suprascripta combenientia minime adimpleberit ad ipsum abbatem et ad eius successoribus, ydeo obligat se suisque heredibus componere solidos quinquaginta per eadem guadia et predicta medietate, et omnia suprascripta firma et stabile permaneat. Similiter vero, si ipso abbas et eius successoribus ipsa predicta carta salbam ad ipso golferi et ad suos eredibus minime dare boluerit, componere se obligat et suos successores alii quinquaginta solidos auri constantini; et ipsa carta cum ipsa compositio ad ipsum golferi et ad eius heredibus inlesam re-

stituat per ipsam guadiam et predictum mediatorem; et ipsum predictus mediator est de loco qui dicitur castanieta, quod scribere iussimus te landus presbiter et noster notarius. Actum cilento.

† Ego qui supra iaquintus bicecomes.

MCXIX

A. D. 1049 [1])

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et undecimo anno ducatus eius amalfis et [2]) sirrenti, et octabo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi filii eius eximii principis et ducis, mense magius, secunda indictione. Ideoque ego petrus filius quondam viti, Clarefacio me retinere plurimis rebus in fine caputaquis, in loco ubi proprio dicitur subarci, quos sunt terris cum vineis et terris vacive et arboribus pomiferis vel inpomiferis pertinente michi a predicto genitore meo , et propter deum et anime mee remedium , congruum est michi totum et inclitum illut offerire in ecclesia sancti mathei apostoli et evangeliste , que sita est intus rebus domni paldulfi filii quondam domni guaimari magni principis , quam retinet in supradicto loco per firmum scriptum a partibus grimoaldi clerici insobrino fratri meo , ubi omnibus ipsis meis declaratis rebus vicinis esse videntur. Et, sicuti congruum est michi per convenientiam et bona mea voluntate , ante idoneis hominibus subscripti testes , per hunc scriptum offero in predicta ecclesia omnibus ipsis meis declaratis rebus, undecumque vel quomodocumque modo est michi pertinente in ipso nominato loco , per scriptum et foris scriptum , totum et inclitum illut in predicta ecclesia offero cum introitu et exitu, et vice de viis suis et cum omnia intra se ipsis rebus habentibus omnibusque inde pertinentes. Sic namque, ut, usque dum ego vivus fuero, in meam permaneat potestatem tenendi et frudiandi, et de ipso frudio faciendi omnia que voluero: tantum per omnem annum in translatione sancti mathei detur in ipsa ecclesia pro censum de predictis rebus

---

[1]) *Vide fac-simile in fine.*

[2]) *Decimo.*

candela de oleo capiente fialam unam. Ad ovitum vero meum totis ipsis declaratis rebus cum omnibus suis pertinentiis, et qualiter superius declaratum est, totum et inclitum redeat in potestate predicte hecclesie, securiter et firmiter abinde in antea pars iamdicte ecclesie illut, sicut dictum est, habendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum, que ad pars iamdicte ecclesie placuerit, absque omni contrarietate cuiqua hominibus, aut aliquit de heredibus meis. Unde pro firma securitate guadiam ad predictum grimoaldum clericum, qui est rectorem iamdicte ecclesie, dedi et mediatorem ei posui silveramus clericus filius quondam maraldi; et per eadem guadia et convenientia obligo me ego petrus et meos heredes predicta nostra offertione in ipsa ecclesia defensandum ab omnibus hominibus ab omnique partibus, etiam et da illis hominibus et partibus, qui pro nostris et earum vel illarum partibus, in ipsa ecclesia qualivet miserint causationis; et qualis tempore voluerit pars iamdicte ecclesie per se inde esse autores et defensores, licentiam abeant cum ista cartula, et cum quale alia monimen et rationem inde abere potuerit, in omnibus inde causare et finem facere et illut sibi defensare. Nam, quando nos nostrosque heredes inde autores et defensores abere quesierit, nos autem nostrosque heredes in omnibus, ut dictum est, illut in predicta ecclesia defensemus, sicut superius legitur. Quot si taliter omnia, ut dictum est, in predicta ecclesia non adimpleverimus aut si . . . . . quomodocumque per qualemcumque rationem illut vel exinde de ipsa ecclesia tollere, contrare vel remobere quesierimus, aut si aliquis causationis in pars iamdicte ecclesie exinde preposuerimus, per nos ipsos vel per submissam nostram, ideo per convenientiam obligo me ego petrus et meos heredes ad componendum tibi grimoaldi clerici, vel cui cartula ista pro pars iamdicte ecclesie in manus paruerit, quinquaginta aurei solidi constantiniani per iamdicta guadia et predictum mediatorem; et superius dicitur inter virguli ecclesia; et taliter scribere rogabimus te raidolfus diaconus primicerius et notarius intus caput aquis.

† Ego petrus castaldus

† Ego guido subdiaconus.

MCXX

A. D. 1049

† In nomine domini Tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et undecimo anno ducatus eius amalfi et surrenti, et octabo anno principatus ipsorum ducatuum domni gisulfi et filii eximii principis et ducis, et sexto anno ducatus

illorum apulie et calabrie, mense iulii, secunda indictione. Memoratorium factum a nobis iaquinto, et lando, et disidius comites palatii, qui sumus germani et filii quondam desidii comitis palatii, ante presentia grimoaldi comiti et iudici, Coniuncti sumus gratuita et bona voluntate et pro salute anime nostre cum peregrino monacho monasterio sancte trinitatis cavee, quod est situm in locu, ubi metiliano dicitur, in quo dopnus Alferius venerabilis abbas preest, et offerimus, et tradidimus eidem monacho pro parte eiusdem monasterii ecclesiam nostram vocabolo sancte marie et sancti nicolai, quam nos predicti germani ecclesiam ipsam de novo fundamine construximus in rebus nostris, illa pars et propinquo fluvio siler, ubi proprie ad mercatellum dicitur, et predictas res nostras, que sunt infra hec fines: a meridie fine litore maris: a parte orientis fine fluvio qui lopa dicitur: a parte septemtrionis fine qualiter incipit ab ipso fluvio et vadit per padule usque ad aqua, que dicitur pullu de cerzia gallara, et per ipsam aquam vadit usque fluvium siler; hec vero omnia, qualiter de fine in fine determinata sunt, nos predicti germani integre obtulimus et tradidimus iamdicto suprascripto monasterio et predicto monacho, pro parte venerabilis abbatis, ut autem omni futuro tempore firma sit et stabilis ipsa oblatio. Munimina que inde habuimus, tradidimus ad confirmationem venerabili ipse monacho, pro parte venerabilis abbatis et predicti monasterii; Et nos ipsos inter nos fideiussores posuimus; quicumque vero huius oblationis, ut temerarius presumtor factum nostrum rumpere vel . . . . voluerit, a deo patre et filio et spiritu sancto reprobatus a regno in sinistra cum . . . . . . iudicii die sortem accipiat, et cum iuda traditore portionem accipiat . . . . et ipso superius disturbatum legit et predictas res nostras, que sunt infra hec fines a meridie . . . et inter virgulas legit traditore; quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego qui supra grimoalt comes et iudex.

MCXXI

A. D. 1049

† In nomine domini Tricesimo primo Anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et Undecimo Anno ducatus eius Amalfis et Sirrenti, quam et octavo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense Iulius, secunda indictione. Memoratorium factum a me sparanus sacerdos et monachus filius quondam iohannis, qui fuit de napolim, eo quod ante subscriptos idoneos homines, per convenientiam ad tenendum et regendum tradiderunt mihi disideus et iohannes comes pa-

latii filius quondam iaquinti, qui fuit comes palatii , et lando comes germanus eorum et filius quondam disidei comitis , Ipsis pro parte eorum et pro parte Alferii comitis filii quondam landoni , qui fuit thium ipsorum disidei et iohannis , et landonis et fuit comes palatio, inclitam ecclesiam eorum pertinentem, qui est vocabulum sancte marie et sancti nicolai , et est constructam in illa parte flubio siler, ubi ad mercatellu dicitur. Ideo una tertiam partem mihi tradiderunt ipsi disideus et iohannes pro parte illorum, et una aliam tertiam partem mihi inde tradidi ipse lando pro parte sua, et aliam tertiam partem mihi tradiderunt pro parte de ipsum infantem nomine Alferius filius suprascripti landoni comes palatio. Ideo ipsa ecclesia cum porticum et casa que ibi est , et cum omnis causa pertinente ipsius ecclesia, et cum animalibus et mobilia exdicte ecclesie mihi tradiderunt. Tali tinore, Ud cunctis diebus vite mee illut teneamus et gubernemus, et nostra utilitatis inde facientes iusta rationem , et est mobilia ipsius ecclesie, nominatibe : Liber comitem anni circulo unum, manuale unum, orationale unum, Antifanarium de nocte unum et alium de die, homilie due , una maiore et alia minore, gestarum unum de circuitu annum , quod est in dua bolumina , et psalteria dua, unum monasticum et abet aliqua pars de cantum et imnora, et calice et patena de argentum, et alium calicem et patena de stagnum, Cortine due , planete due, Una de castanea et alia de linum , horale unum de purpore et alium de seta cum lecte et de linu tres cum lecte, Amictora dua, panni serici africazzani tres de altare, et alii ginifati dua cum lecte, manuli de serico duo , et una sindone cum serico et auro, et alie sindone de lino Undecim , mappa tres, Altare andantele unum, et turibula dua, unum de argento et aliud de rame, campana una , cocta una , idria una, Iumente maiori undecim, polletre de uno anno due, et pullitru de uno anno unum, bacce maiori octo, bitelli de uno anno sex. Hec autem omnia supradicta causa et animalia ipsius ecclesie , cum tota rebus ipsius ecclesie mihi predicto sparani tradiderunt cum ipsa ecclesia tenendum et regendum, et gubernandum diebus vite mee, sicut meruerit, ud proficiad et non dispereat, et ipsa ecclesia officiemus et officiare faciamus die noctuque, sicut meruerit ecclesie foras civitate , et omni tempore abeamus ibidem una mecum quadtuor inter clericos et presbiteros ad officiandum, et licead me homines midtere ad laborandum in rebus ipsius ecclesie , qualiter voluerimus , et annualiter apto tempore faciamus laborare et hoperare ipsa rebus, sicut meruerit , ut semper bona paread laborata et cultata et omnes offertas, et botationes, et sepultura, que in ipsa ecclesia intraberint, totum illut nobis abeamus faciendum, quod voluerimus, escepto si animalia viba , aud talem causam intraberit in ipsa ecclesia , que ad organeum de ipsa ecclesia meruerit , faciamus illud salbum ad opus exdicte ecclesie cum ipso aliut , et quanti masculi orti fuerint de ipse

iumente et de ipse bacce, inclita medietate de ipsi masculi tollamus et faciamus inde hopus nostrum, et de ipsa ecclesia, et alia medietate gubernemus ad opus suprascripte ecclesie, et nos nutricemus, et calciemus, et bestamus pastori de ipse animalie. Iumenta et parium de bobi, que modo abet ipsa ecclesia, gubernemus ad opus exdicte ecclesie. Tantum per omnes annos pro censum de ipsa ecclesia in nativitas domini et in pasca resurrectio domini, adducamus vel dirigamus ad domus suprascriptorum comitibus et de ipsum infantem, singula cerea gubitali bona, et omnes fruges et vinum, quem de rebus ipsius ecclesie abere potuerimus, totum illud nobis abeamus, dum vibus fuero. Ad obitum meum assignemus eorum vel ad missum eorum totum ipso mobile et paramenta de ipsa ecclesia, et ipsa animalia salba, sicut iustum fuerit, et ego, et homines et clerici, quos in ipsa ecclesia miserimus, liceat inde exire cum causa nostra que iustum fuerit, et ire ubi voluerimus, sine illorum contrarietate. Unde in eo tinore per convenientia guadia mihi dederunt ipsi disideus, et iohannes, et lando comitibus pro parte sua et de ipsum infante, et fideiussorem mihi posuerunt pantaleo assapacca filius quondam petri; et per ipsam guadiam etc: *Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum constantinianorum*. Et taliter scribere rogavimus te iohannes scriba.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

MCXXII

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et undecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et octabo anno principatus et ipsorum ducatuum gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense agusto, secunda indictione. Ante me Iohannem Iudicem gemma filia quondam petri que fuerat uxor petri atrianensis, secum abens procuratorem suum, coniuncta est cum maghenolfo filio quondam maghenolfi, Et sicut ipsi gemme congruum fuit sua boluntate, per hanc cartulam per absolutionem petri notari cognati sui cui ipsa gemma res suas obligatas habet, sicut continent cartule, in qua ego meum nomen propriis subscripsi digitis, Vendidit ipsi maghenolfo integram tertiam partem ex omnibus rebus stabilibus, quas ipse petrus genitor eius habuit foris hac civitate in actu nucerie, in locis toru; in quo loco ipse petrus habuit tertiam partem de una pecia de terra, et in loco Caprile et angre, tam in montibus quam et in

planis, cum omnibus que intra ipsam tertiam partem sunt, cunctisque eius pertinentiis, et cum vice de viis suis; ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius maghenolfi; et heredum illius; Et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Tantum de suprascriptis rebus de loco angre ipsa gemma exceptuabit quantum ex eis retinent heredes stefani silvestri, quod est propinquo casis ipsorum heredum ipsius stefani, quod ipsa gemma eidem maghenolfo non vendidit. Et propter confirmationem huius venditionis ipsa gemma suscepit Ab ipso maghenolfo statutum pretium auri tarenos viginti octo in omni deliveratione. Et per convenientiam ipsa gemma, secum habens ipsum procuratorem, secundum legem et romanorum consuetudinem, guadiam ipsi maghenolfo dedit, et fideiussorem ei posuit Alfanum filium quondam petri clerici. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi maghenolfo et illius heredibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus. Et tribuit ipsi maghenolfo licentiam, ut quando ille et eius heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea ostenderint. Et si, sicut superius legitur, ipsa gemma et illius heredes, ipsi maghenolfo et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi maghenolfo et illius heredibus viginti auri solidos constantinianos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. Et per convenientiam ipse petrus notarius, qui fuit filius mansonis, guadia ipsi maghenolfo dedit, et fideiussorem ei posuit suprascriptum alfanum. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, si quascumque causationes de suprascripta venditione ipsi maghenolfo et illius heredibus preposuerint, componerent ipsi maghenolfo et illius heredibus viginti auri solidis constantinianis, et taciti ex hoc adversus ipsum maghenolfum et illius heredes permaneant. Et duas cartulas unius tenoris, hanc quam ipse maghenolfus retinet, et alteram quam ipsi petrus notarius et gemma. te romoaldum notarium scrivere precepi.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MCXXIII

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, Et undecimo anno ducatus eius amalfi et sirrentum, et octabo anno suprascriptorum principatus et ducatuum domni gisulfi eximii principis ac ducis filii eius, mense

agustus, secunda indictione. Memoratorium factu a me petrus presbiter et primicerius ecclesie sancti maximi, eo quod ante presentia domni alferi diaconi et archipresbiter et abbas ecclesia maximi, qui est unus de dominii ipsius ecclesie, ibique adesset idoneis ominibus, per licentiam ipsius domni abbati tradidimus ad tenendum et laborandum mari filio quondam boniczi una clusuria de terra cum arbustum et abellanietum uno tenientem in locum nucerie, ubi agella dicitur, quod ego in beneficium retineo a parte ipsius ecclesie, que est rebus ipsa per finis et mensuras. A pars meridie fine bia publica, sunt inde per mensuria passi centum triginta sex: a pars occidentis fine bia antica, sunt inde passi sidecim: a pars septemtrionis, quommodo aliquantum poiu discernit et fine de eredes, qui fuit gaidenardi de eodem loco nucerie, sunt inde passi sexsaginta unum; et rebolbente per fine ipsius gaidenardi et exiente per fines de eredes pandoni, que est in partibus septemtrionis, sunt inde per ipsa fine passi sexsaginta. Ab ipsa pars septemtrionis, quommodo poiu discernit terra ecclesie sancte marie plebis sue, sunt inde passi biginti octo: a pars orientis sunt passi quinquaginta duo et medium, et rebolbente in pars orientis usque in fine predicta terra ecclesia sancte marie, sunt inde passi decem et octo; et rebolbente per ipsa fine sancte marie in partibus meridie, sunt per ipsa fine passi biginti quadtuor. Iterum rebolbente per ipsa fine sancte marie in partibus orientis usque in fine, que fuit de eredes maghenolfi, sunt per ipsa fine passi biginti; et iterum rebolbente per ipsa fine de ipsa eredes maghenolfi in partibus meridie et exiente usque in ipsa bia, que est priore fine, inde sunt passi decem et octo: tota suprascripta mensuria mensurata fuit ad iusto passum ominum. Ec vero res per supradictas finis et mensuras totum et inclitum ego iamdictus petrus presbiter et primicerius filius quondam iohannis, per licentia ipsius domni abbati ipsius mari tradidimus tali ordine, ut amodo et omni tempore in sua et de suis eredibus esset potestate illut tenere, et in ipsa rebus sedere et abitare, fobee het omnis sue utilitatis iusta rationem ibi facere. Et amodo et omni tempore ipse mari et suos eredes predicta res de super et de supter laborare, et ipso arbustum per annum suo tempore potare, propaginare et, ubi meruerit, arboribus et biti de bono bitineo ibi plantare et surgere, et ipso abellanietum laborare, et operare, et studiare, et ibi plante de abellane infra ipso abellanietum ibi plantare et surgere. Et sic per annum totum illut laborare et operare, ut per omnis annum bonum paread surtum et operatum, quatenus in melius proficiat et non dispereant. Et amodo et semper per circoitum rebus ipsa cludere et clusum et salbum omni tempore illut abeant. Et per omnis annum de ipso abellanietum cura et bigilatio inde abeant, et de ipso abellanietum abellane inde colligere et seccare bone, sicut meruerit: et integra medietate de ipse abellane mihi vel in parte ipsius ecclesie da-

re, reliqua medietate inde sibi abeant. Et amodo et semper per tempore de bindemie et per aire ipse mari et suos eredes faciant scire me vel pars predicte ecclesie sancti maximi, ut ibi dirigamus aut pergamus missum nostrum. Et ipse mari et suos eredes arbustum ipsum suo tempore vindemiare et poma, quando meruerit, inde colligere, et omnis binum exinde ibique ad palmentum, et ipsa poma, quando meruerit, nobiscum vel cum missum de partibus ipsius ecclesie dibidere per medietatem, nos medietate, et ipse mari medietate; ipsa nostra parte de ipso binum reponant in domus sua ibique in organeum nostrum da binum, que ibi eidem asingnaberimus, per illum et per eius eredes siad bonum conciatum, sicut meruerit, et ipsa nostra sortione de ipso binum ibi mictere, et per annum salbum illut nobis faciant, dum illut inde tollere fecerimus, apsque degeneratione et ingne. Et quando ipso binum ibi ponere non boluerimus, portent illut nobis salbum ad cellarium nostrum ipsius ecclesie sancti maximi, que abet in ipso locum nucerie, et per annum adiubare ad ipso cellarium bucti ipse ad conciandum ipse mari et suos eredes. Et de que amodo et semper per annum ibi seminaberit, ibique ad area terraticum in pars ipsius ecclesie deant, sicut est consuetudo. missum nostrum vel de parte predicte ecclesie, dum pro ipsa frudia recipiendum ibi steterit, illis autem illut nutrient, sicut meruerit et suam fuerit possibilitatem. Et per omnis annum deant nobis palmentateca mihi vel in pars ipsius ecclesie deant unum parium de pulli boni. Et per annum quecumque ibi portaberimus per bindemie et per aire, ipse mari et suos eredes illum nutrient ad palea et ordeum. Et per annum ego vel partem ipsius ecclesie potestatem abeamus ipsa rebus perquirere pro ipsa rebus laborandum, et si non fuerit laboratum, sicut supradictum est, potestatem abeamus inde pingnerare. Et quale tempore ipse mari et suos eredes rebus ipsa tenere et laborare noluerit, aut non potuerit in supradicto ordine, integra suprascripta tradictione arbustum ipsum et ipso abellanietum surtum, et operatum, et cultatum, et per circoitum clusum et salbum cum unum applitum de casa clusa et coperta, et ipse bucti, que ibi eis assingnaberimus, remictant ad parte predicte ecclesie. Et sic licead ipsum mari et eius eredes inde exire cum omnia sua causa mobilia. De qua per combenientia guadia mihi iamdicto petri presbiteri filio iohanni ipse mari dedi, et mediatorem mihi posuit se ipsum; et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum constantianorum*. Quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego romoaldus notarius me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCXXIV

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et undecimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et hoctabo anno suprascriptorum principatus et ducatuum domni nostri gisulfi eius filii, mense augustus, secunda indictione. Memoratorium factum a nobis iohannes et bonifacius germani filii quondam maraldi de locum campiliano, eo quod ante subscripti idoneis testes combenientibus ad tenendum et laborandum tradidit nobis domnus iohannes venerabilis abbatem monasterii sancti angeli et sancte sofie, qui constructi intus anc salernitanam civitatem pertinentes domni paldolfi germani predicti domni guaimarii excellentissimi principes et duces, idest una clusuria de terra cum arbustis vitatis in ipso locum campiliano, ubi maiorati dicitur, quod nos germani cum alii germani nostri qui defuncti sunt, de ante os annos per brebem ad pastenandum et laborandum compreensum abuimus da partibus exdicti monasterii, sicut continet brebem, quod inde firmatum abuimus, scribtum per iohannes scriba clericus, in quo testati sunt dauferius notarius et romoaldus et cosma grecus, qui fuit abbate de ipso monasterio, et remisimus ipso brebem in iamdicto monasterio pro ipsi germani nostri, qui fuerunt defuncti, et pro taliter, ut diximus, medietatem ipse domnus iohannes abbas illut nobis tradidit per as fines et mensuras: de una parte fine via puplica, inde passi quadraginta duo; et de alie tribus partibus fine predicti monasterii: de una parte abet passi quadraginta sex, et de tertia parte abet passi triginta duo: de quarta vero parte similiter passi alii triginta duo mensurati ad iusto passum; hec vero predicta rebus cum arbustis per iste fines et mensure tota et inclita cum omnia infra se abentes et cum vice de via sua nobis ipse iohannes abbas tradidit tali hordine, ut amodo et omni tempore nos iamdicti iohannes et vonifacio et nostris eredibus, natos nascentes, inclita suprascripta curte per iamdictas fines et mensuras nostre potestatis tenere et dominare, et fobee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem facere, et ibidem abitemus, et, unde meruerit, semper illut cludamus, et totum illut iusta ratione salbum faciamus; et per omnis annum temporibus suis illut laboremus de super et de subter, sicut meruerit, et, ubi meruerit, arbores et vites semper illut ibidem plantemus et propaginemus, ut per omnis annum perfectum pareat laboratum et cultatum, sicut locus ipse meruerit, et de omnia, quod ibidem seminaberimus, demus exinde ad pars ipsius monasterii terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et per vindemie per omnis annum faciamus scire partibus

predicti monasterii, ut dirigat ibidem missum suum, et nos per suo tempore illut vindemiemus, et omnis poma que ibi fuerit, colligamus, et dividamus illut ibique per medietatem, et ipsa sorte de ipso binum, quod ad pars ipsius monasterii inde evenerit, nos illut ibique in domus nostra reponamus in organeum, quod ibi abemus, quod nobis deante ibi adsingnatum fuit, per nos semper ipsum horganeum conciatum et studiatum fiat bonum, sicut meruerit, et semper ipso vinum salbum faciamus, usque dum illut inde tulerit, absque degeneratione et ingne, ipso missum illorum et equm eius nos nutriemus iusta rationem, sicut nostra fuerit possibilitatem; et per omnis annum demus illorum palmentatatica, sicut consuetudo fuit, quam et faciamus serbitia in partibus eiusdem monasterii, sicut faciunt alii curtesani, qui rebus ipsius monasterii tenunt ad laborandum, et omni tempore liceret pars ipsius monasterii ipsa rebus requireret, si bonum non esset laboratum, qualiter supra legitur, licere nos inde pignerare, et amodo et omni tempore, dum nos et nostros eredes suprascripta rebus tenuerimus per iamdictum hordinem, tunc partibus eidem monasterii inclitum illut per iamdicto hordine nobis defensarent cum vice de via sua da omnis partibus, et non illut nobis tollere aut contrare querat, et quale tempore nos vel nostros eredes illut tenere noluerimus, tunc prius adsingnemus ipsa curte laborata bona et clusa ad pars ipsius monasterii, et liceat nos inde exire cum omnis nostra mobilia, que ibi abuerimus, sine illorum contrarietate; sic tamen et ipso reditum, quem ibi abuerimus, et palmentum cum paraturia sua et ipsa organea illorum, adsignemus illut eorum. De qua per combenientiam guadia nobis ipse domnus abbas dedit una cum adbocatore suo et mediatore nobis posuit poto clericus filius quondam alferi medicus; et per ipsa guadia obligavit se ipse domnus abbas et pars ipsius monasterii, ut si de omnia suprascripta aliquit remobere aut contrare quesierit, triginta auri solidos nobis componere constantinianos. Et unc brebem scribsi ego dauferius notarius qui interfui.

† Ego qui supra iohannes abbas.

† Ego Romoaldus notarius me subscripsi.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

MCXXV

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo primo anno principatus domni nostri guaimari, et undecimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et hoctabo anno principatus et ducatus domni

nostri gisolfi eius filii, mense agustus, secunda indictione. Memoratorium factum a me iohannes abbas monasterio sancti angeli et sancte Sofie situs intra hanc Salernitanam civitatem pertinente domno paldolfo germano suprascripti domni guaimarii principis, eo quod ante subscriptis idoneis testes ad laborandum tradidimus nicole filio pauli et ademarii filio ademarii abitatori de locum bespanico, idest una pecia de terra bacua, que est in ibso locum, que de due partis coniuncta est cum flubio pecentino, et de tertia parte fine medio limite, sicut se coniungit cum ipso flubio, quod est per mensuria: a pars occidentis infra ipso flubio passi centum biginti; de super a sebtemtrionis erga ipso flubio passi centum biginti; de super a sebtemtrionis erga ipso flubio passi sexaginta, et a parte orientis erga ipso limite passi octuaginta mensurata ad iusto passum; ut amodo et usque quinque frudia recollecta, illis et suis eredibus inclita suprascripta pecia per iamdictas fines et mensurie cum vice de via sua tenerent et laborarent temporibus suis, et seminarent et studiarent, et ipso locum conciarent bonum, sicut meruerit, et de victum quod inde exierit, inclitam tertiam partem in pars predicti monasterii deant, et si cepolle ibi fecerit, quartam partem ibidem nobis deant, ipso aliut sibi abeant, tamen preter faciant scire partibus predicti monasterii, ud dirigamus ibidem missum nostrum, qui ibi steant, et recipiant ipsa nostra sortionem, et illis ipso missum notrirent iusta rationem, dum ille steterit pro illut recipiendum, et per omnis annum per aree adducant nobis serbitium duo carra de palea intus ista cibitatem, et deant nobis per annum uno aureum tari bonum usque ipso constitutum, et nos illut eorum defensemus usque ipso constitutum, et non queramus illut eorum contrare. Ad ipso constitutum liceant inde illis exire cum omnis causa sua, et ipse terris sit ad potestatem de partibus predicti monasterii, faciendum quod boluerint; de qua per combenientia guadiam michi ipsi nominati nicola et ademari dederunt, et mediatorem nobis posuerunt aldemari clerici filii iaquinti presbiteri et cardenarius, et per ipsa guadia obligavit se et suis heredibus ut, si sicut superius legitur ad pars iamdicti monasterii non adimpleberit, et aliquit de omnia suprascripta remobere quesierit, componere nobis triginta auri solidos constantinianos, et unc brebem scribsi ego daufèrius notarius qui interfui.

† Ego truppoaldus notarius me sabscripsi.

In fine huius chartae legitur: Iohannes et amatus filii quondam nicolai de loco bespanico apposuit mediatorem seipsum . . . . . et ipse abbas posuit mediatorem iohannem filium quondam isari.

MCXXVI

A. D. 1049

Summarium huius Instrumenti penitus erasi ».

† Tricesimo secundo anno principatus Guaimarii, et undecimo ducatus Amalphiae et Sirrenti, ac octavo anno Gisulfi filii eius, mense Octobri, tertia Indictione.

Poto Castaldus, annuentibus Mansone et Leone Comitibus, dua molendina cum agro, arbustis et vineis, in flumine Lyrino posita, apud ecclesiam s. Viti, per annos quatuor concedit Urso filio quondam Leonis Cusentini, Constantino filio quondam Basilii et Leoni filio quondam Petri, Neapolitanis, qui in Nativitate et in Resurrectione Domini quotannis reddere se obligant *dua paria de oblate vone.*

Finis textus: Quam scripsi ego ademari notarius.

† Ego romoaldus me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCXXVII

A. D. 1049

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni guaimari, et Undecimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et octabo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii, eximii principis et ducis, mense december, tertia indictione. Ego Iohannes gratia dei abbas monasterii sancte sofie, quod constructum est intus cibes salerno in rebus domni paldolfi comitis filii vone memorie domni guaimarii principis, ante subscripti testes per combenientiam, per demandationem ipsius domni paldolfi, pro parte ipsius monasterii et pro parte mulieris nomine gemme, que fuit uxore domni guaiferi comitis, tradidit iohanni filio voni de sancto marciano tribus pecie de terris cum arbusta bitata, quod pars ipsius monasterii et ipsa gemma abet in locum balentinum finibus sarnensis. Prima pecia per ec finis: de ex omni parte fine ipsius monasterii et ipsius gemme: a parte occidentis fine bia passi tridecim et medium: a sebtemtrione passi triginta: a parte orientis passi duodecim et a meridie passi triginta. Secunda pecia per ec finis : de ex omni parte fine ipsius monasterii et ipsius gemme: a parte meridie passi quadtuordecim et medium: a parte orientis passi quadraginta trex, et a parte sebtemtrionis passi de-

cem: a parte occidentis abet passi quadraginta sebtem et medium. Tertia pecia per ec finis: de ex omni parte similiter fine ipsius monasterii et ipsius gemme : a parte orientis fine bia, passi biginti sebtem: a parte sebtemtrionis passi quinquaginta quadtuor : a parte occidentis passi sex: a parte meridie inde abet passi quinquaginta quadtuor : tota suprascripta mensuria mensurata est at iuxto passum ominis. Ec vero suprascripte tribus pecie te terris per suprascripte finis et mensurie, ut superius legitur, inclitum ego superius dictus abbas pro parte ipsius monasterii et ipsius gemme per absolutionem ipsius domni paldolfi , ipsius iohanni tradidit cum omnia infra se abentibus et cum bice de bie sue , tali ordinem, ut amodo et omni tempore, natos nascentes , at sua et de suis eredibus et ominibus, quod ibidem midtere voluerit at lavorandum, illut tenere et lavorare, fobee et omnis nostre utilitatis ibi faciant, ut iuxtum fuerit, et per omnis annum ille et suos eredes illut pastenare, potare, propaginare et, ubi meruerit , arbores et bites illut ibidem plantarent, et sic totum illut lavorarent de super et de subter , sicut locus ipse meruerit, ut semper in melius proficiant et non dispereant. Et per omnis annum per tempore de bindemie faciant ille et suos eredes, nos et partibus ipsius monasterii, et ipsa gemma et illius eredes scire, ut dirigamus ibidem missum nostrum, et ille et suis eredibus abtis temporibus illut bindemiaret et at palmentum procuraret, et omnis binum quod inde exierit, at palmentum inde nos illut damus; illut tollat medietatem, et ipso missum nostrum medietatem, et ipsa nostra medietatem de ipso binum illut atducant salbum usque at cellarium ipsius monasterii et ipsius gemme , quod abunt in ipso locum balentinum , et midtant ipso binum in organea nostra, quod ei ibidem atsignare fecerimus, que per illis flat conciata , sicut meruerit sequentes binum, quod ibidem miserint ; et dum ibidem steterit ipso missum per tempore de bindemie pro ipso binum recipiendum, illut nutricarent, sicut iuxtum fuerit et palmentatica ei deant, sicut consuetudo est per ipso locum , et de quod ibidem seminatum fuerit , deant ille at ipso missum iuxto terraticum secundum consuetudinem de ipso locum , et quale tempore ille et suos eredes ipsa tradictio in suprascripto ordinem tenere noluerint , aut non potuerint , liceat illut et suos eredes inde exire cum omnis causa sua mobilia, et ipsa tradictio lavorata et cultata remidtant in partibus ipsius monasterii; et per combenientiam guadia michi ipse iohannes dedit et mediatorem michi posuit iohannes de locum turricli filius quondam bernardi, et per ipsa guadia *etc. Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini*. Quod scripsi ego petrus protonotarius.

† Ego petrus me subscripsi

† Ego guisenolfus.

MCXXVIII

A. D. 1050

† σιγνον χειρος λουκὰς αδελφος τοῦ μακαριωτατου θεοδορου καθὴγουμένου μονὴς του ζωσήμου· Ἐν ονοματι του πατρος καὶ του υιου καὶ τοῦ ἁγίου πνευματος, τῆς τρισὑποστᾶτου θεότιτος καὶ ἀδιαιρέτου τριάδος ἐν ὡ πέποιθα καὶ πιστεύω καὶ τὴν ελπίδα ἔχω καὶ πὰς χριστιὰνὸς, και δια πρεσβειας τῆς ὑπερευλογημενης δεσποίνης ἡμῶν θεοτοκου καὶ τὼν ἁγίων ἀρχαγγέλων καὶ αγγελων προφητῶν αποστολῶν μαρτύρων καὶ δικαίων ἵεραρχῶν ὁσίων καὶ διὰ τῆς ἀντιλήψεως τοῦ κραταιου καὶ ἁγιου ἡμῶν υασιλεως καὶ ἁγιωτατου καὶ πανευφήμου ἡγουμενικοῦ ἡμῶν πατριάρχου καὶ τοῦ πὰνευφήμου καὶ ευλαυεστατου καὶ ἁγιωτατου ἐπισκωπου ἡμῶν μηχαηλ, σύναξις γέγωνεν ἐν τῶ πανσέπτω ναῶ τοῦ ἁγίου νικολαου ἡ ἐκκλησία τοῦ ἀρχημανδρίτου. ἡ τε ϊεραίων καὶ ἀρχόντων καὶ του δωμεστικου κα του ἑτέρου δωμεστικου γαμυροῦ αυτοῦ. καὶ ετέρων πλήθος πολὺ του λαοῦ τοῦ κάστρου, μετα τὴν ἐξωδον τοῦ μακαριωτάτου ἀδελφοῦ μου ἐξήυαλον καὶ την διᾶθεσιν του μακαρίου ἀδελφοῦ μου καὶ ἀναγνοὺς αυτην κατενοπιον παντων διὴγόρευεν λεγων, ὅτι ἔπαφίω τὸν ευλαυέστατον πρεσβυτερον δεὀφύλακτον καδὴγοῦμενον καὶ προῦχον τῶν αδελφῶν καὶ πνευματικῶν ημῶν τέκνων ὡσότι εκ νεάρὰς ἡλικίας πολλὰ κωπιάσας ὑπερ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν τῆς τοιᾶυτῆς μωνῆς ὡς πιστὸν καὶ ὀρθόδοξον, ἀκλώπως ἀδόλως, ἀφιλαργύρως αλλή τι ἐκωπίασεν εἰσὶν ἐν τῆ ἐκκλησία, εἰς μηνμοσυνον πάντων· καὶ ἐνεκεν τοῦτο ἐπαφίω αὐτὸν ἐξουσιαστὴν καθηγοῦμενον καὶ κύριον ἀπο τε κινιτῶν ἀκινήτων καὶ αὐτοκινήτων τὴς τοιάύτης μωνῆς, τὸν προριθέντα πρεσβυτερον τοῦ ἐπιμελεῖσθαι τοὺς ἀδελφοὺς καὶ ἵνα γειροτροφήσει καὶ επιμελήσει τὸν αδελφόν μου ὥσπερ οἰκεῖον πατρι· ἐγῶ δὲ ὁ προριθεις λουκᾶς ταυτα ἀκοῦσας καὶ ἤρεσεν εμοὶ τα τοιαῦτα ριθέντα τοῦ μακαρίου ἀδελφοῦ μου, ἐυόησα κατενόποιον λέγων, ὅτι επεῖπερ ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς ἐδιἐτάξατω, θέλω, καγῶ τοῦ εἶναι ὁ προριθεις πρεσβυτερος θεοφύλακτος καθηγουμενος καὶ προῦγος καὶ εξουσίαστὴν, ἐπὶ ἐγῶ

† Signum manus Lucae fratris Theodori praefecti monasterii de Zosimo felicissimae memoriae. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Trinae Deitatis ac Individuae Trinitatis, in qua confido et credo et spem habeo, sicut et omnes Christiani, et per intercessionem benedictae Dominae nostrae Deiparae, et sanctorum Archangelorum et Angelorum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum et Iustorum, Hierarcharum, Sanctorum et sub protectione potentis et sancti nostri Imperatoris, et sanctissimi ac gloriosissimi oecumenici nostri Patriarchae, et gloriosissimi, piissimi ac sanctissimi Episcopi nostri Michaelis, synaxis celebrata est in omnino venerabili archimandritali ecclesia S. Nicolai, in quam convenerunt sacerdotes, et magistratus, et Domesticus, et alter Domesticus eius gener, et alii quamplurimi de civitate, post obitum mei fratris beatissimae memoriae; et producto eiusdem testamento, lectum est coram omnibus, quo ita cavebatur: Relinquo piissimum presbyterum Theophylactum hegumenum et priorem fratrum et spiritualium nostrorum filiorum, qui ab ipsa adolescentia multos labores sustinuit pro sancta ecclesia huius monasterii, ut fidelem ac orthodoxum decet, sine dolo, fraude, aut avaritia se gerendo; eiusque laborum monumenta extant in ecclesia, quae omnibus fidem faciunt. Quapropter relinquo ipsum hegumenum, eique dominium et potestatem trado de rebus eiusdem monasterii mobilibus, immobilibus et semoventibus, ut praedictus presbyter fratrum curam habeat, et meum fratrem, propter eius senectutem, alat ac gubernet tamquam proprium patrem. Quum vero ego praedictus Lucas haec audivissem, mihique placuissent huiusmodi dicta mei fratris felicis memoriae, in omnium praesentia magna voce respondi his verbis: Quoniam ita mei fratris testamento cautum est, volo et

ἀδυνατῶ καὶ οὐκ ισχύω καθηγεμωνεύσαι τούς ἀδέλφούς, ἢ επιμελείσθαι, ἤτε εἰς τὰς ἑτέρας δουλίας τῶν επικρατουντων ἡμᾶς, καὶ ἑστότων πάντων εἰς τὸν πανσεπτον ναὸν τοῦ ἁγίου νικολαου καὶ εἰς ἐμὲ ατενηζόντων παρελαυον τὴν διάθεσιν τοῦ μακαρίου ἀδελφου μου ἐκ το θυσιαστήριον του αγιου νικολαου και επαρεδοκα ἀυτὸν εἰς χεῖρας τοῦ εὐλαυεστατου ἱερέως θεὸφυλάκτου, τοῦ εἶναι εξουσίαστὴν καί καθήγοῦμενον τῆς τοιαῦτης μωνῆς, καθῶς ἐδιετάξατο ὁ μακάριος ἀδελφός μου καὶ ἵνα με επιμελείσει και γειρωτροφήσει ῶσπερ οἰκεῖον πατρι κἀγῶ δὲ, ῶσπερ σαρκικόν μου υιον, ὡς πολλὰ κεκοπιακῶς ὑπερ τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ ὡς ἀπωτερω ἥριται παρεδωκα ἀυτὸ τὸ χάρτιον καὶ τὴν υακτηρίαν τοῦ προλαυότος καθήγουμένου ἐθέμιν αυτο εἰς χεῖρας αυτοῦ, καὶ ὧς τις ἂν ἔχει ευρεθὴ μετατρέπων καὶ διάσεἰων, ἢ μετάμελος γενιτο ἐκ τῆς τοιαύτης διάθέσεως καὶ παραδώσεως, ἤτε ἐγῶ ὁ προριθεις λουκας, ἤτε ἴδιος, ἤτε τίς ἐκ τῆς μωνῆς, ἔστω ἀναθεματισμένος παρα πατρος και υιου καὶ ἁγίου πνευματος. καὶ ἡ μερὶς ἀυτοῦ μετα τῶν κραξαντων ἆρων ἆρων σταυρωσον καὶ ἔστω ὑστερούμενος ἐκ πάντων ὧν ἡτοίμασεν ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αυτον· μετα δὲ ζημιοῦσθω καὶ εἷς το υασιλικῶ σακκελλιον νομισματα οβ'. καὶ ἤθ ουτως στέργην καὶ εμμένην την παρ εμοῦ γενημένην παράδωσιν σώα καὶ απαρασάλευτος, διὰ τὸ ουτω ἐξ ιδίας μου υουλης αρεσθηναι, παρουσία καὶ επώψεσιν τῶν παρευρεθεντων χρησήμων μαρτυρων.

† νικολαος δομεστικος μαρτυρων υπεγραψα ϊκία χειρὶ.

γραφήσα δὲ διὰ χειρος ιωαννου πρεσβυτερου καὶ ταυσυλαριου εν τω ετει ͵ςφνη' μηνι ϊαννουάριω ιζ' ἰνδικτιωνως τρίτης.

ego, ut praedictus presbyter Theophilactus monasterii praefecturam, et prioratum, et dominationem habeat, quia impotens ego sum, nec valeo praeesse fratribus, eorumque curam gerere, aut alia munera, quae a nostris principibus imponuntur, obire. Cumque omnes starent in omnino venerabili ecclesia S. Nicolai, et fixis oculis in me respicerent, sumpsi testamentum fratris mei beatae memoriae, quod erat super altari S. Nicolai, ipsumque tradidi in manus piissimi sacerdotis Theophylacti, ut ipse dominationem et praefecturam eiusdem monasterii haberet, sicut cautum erat testamento mei fratris felicis memoriae, et propter meam senectutem me curaret et aleret tamquam proprium patrem, sicut ego eidem, tamquam vero meo filio, quippe qui multum laboraverat pro sancta Dei Ecclesia, ut supra dictum est, chartulam tradidi, et praedecessoris hegumeni baculum in eius manus posui. Et si quis surrexerit infringere aut mutare volens huiusmodi testamentum et traditionem, aut contravenire proponat, sive ego praedictus Lucas, sive privatus, sive quisquam de monasterio, maledictionem habeat a Patre et Filio et Spiritu Sancto, et sit pars eius cum iis qui clamarunt: Tolle, tolle, crucifige, et expers sit omnium quae praeparavit Deus iis qui diligunt illum, ac inde poenae nomine solvat Imperiali Sacello solidos duos et septuaginta, et nihilominus rata, integra et firma permaneat huiusmodi traditio a me facta, quia ex propria mea voluntate ita mihi placuit, in praesentia et ante oculos proborum testium qui interfuerunt.

† Nicolaus Domesticus testis propria manu subscripsi.

Scriptum manu Ioannis presbyteri et tabularii anno 6558, mense ianuario, die 17, indictione III.

MCXXIX

A. D. 1050

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari glorioso princeps, et undecimo anno ducatus illius amalfi et surrenti, et hoctabo anno principatus et ducatus domni gisolfi esimii principis et duci filii eius, mense februarius, tertia indictione. Memoratorium factum a me Iohannes domini gratia venerabilis abbas ex monasterii sancte sofie, quod nobo fundamine construxit quondam guaiferi comes filius quondam guaiferi comitis in rebus sua de intus cives salerni, Eo quod ante subscripti idoneis homines per combenientia tradidit vice ipsius monasterii, quam et pro pars et vice Gemme relicta ipsius guaiferi comitis, que ipso monasterio construxit, et filia quondam guaimari comitis, ciceri filio idem ciceri de locum sianum una pecia de terra cum castanietum pertinentem predicto monasterio et ipsius gemme in predictum locum sianum, in ipso monte a super ipsa curte predicti monasterii, que est terra cum arbustum et aliquantum insitetum quod retinet domnandus germanus ipsius ciceri, que est ipsa pecia de terra cum castanientum per ec finis: de subtus a pars septemtrionis fine ipsius monasterii, ut diximus, quod retinet ipse domnandus, inde sunt passi viginti et duo: ab occidente et ab oriente fine ipsius monasterii: de super fine media serra. In oc hordinem illut ipsius predicto ciceri tradidit, ut amodo et semper tota et inclita ipsa suprascripta tradictio per iamdicte finis et mensurie, natos nascentes, ad suam et de suis eredibus sint potestatem tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis iusta rationem ibidem facere, sicut meruerit, et totum illut scampare et lavorare, et, ubi meruerit, infra illut plantas de castanei ibidem plantare, sicut meruerit, ut bonum pareat laboratum et scampatum, sicut meruerit, ut proficiant et non dispereant, et salbum faciat, sicut decet. Et per omnis annum suo tempore ipso castanietum rationaviliter colligere et seccare vone, sicut meruerit, et faciant ille et eius eredes scire pars ipsius monasterii, ut ibidem dirigat missum suum, et omnes ipse castanee secce per medietatem dividant: ipsum missum tollat inde de omnes ipse castanee medietatem, et ille et eius eredes medietatem, et ipsum missum nostrum, cum quo ipse castanee dividerit, eum nutricare, sicut iustum fuerit. Et de quod annualiter ibidem seminaberit, deant inde terraticum ad ipsum missum predicti monasterio, secundum consuetudinem de ipso locum. Et quale tempore ille et suis eredibus ipsa supradicta tradictio tenere et laborare non boluerit, aut non potuerit, inclitum illut laboratum et cultatum,

qualis meruerit, remidtat ad pars ipsius prephato monasterio, faciendum exinde omnia quod voluerit. De qua per combenientia guadia mihi ipse supradictus cicerus dedit per absolutione supradicti genitori suo, et fidemiussorem mihi posuit seipsum; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus; quod si taliter *etc. Statuta mulcta viginti auri solidorum Constantini*. Quod scripsi ego petrus presbiter et notarius.

† Ego amatus presbiter

† Ego iohannes presbiter

MCXXX

A. D. 1050

† *Summarium* »

Nono anno imperii Constantini, mense Februario, tertia Indictione.

Oblatio domus et terrae in Comitatu Luceriae facta ecclesiae Ss. Apostolorum Philippi et Iacobi a Potone filio Amelfridi et uxore eius.

Finis textus »

ut quicumque haliquit de rem istam, quam deo et sancti apostoli offeruimus, ad usum suum tollere boluerit, siat anathematus, binculo nudatus, perditus et halienatus in die domini ihesu, abeat partem cum dathan et habiron et socii eius, qui cum corpus et hanime descendat in infernum, et partem habeat cum iuda traditori domini et magistri sui. Maledictus vero siat a trecenti decem et hocto patres. Segregatus vero fiat a corpus et sanguine domini nostri ihesu christi, extorren et alienatus ab ingressu in ecclesiarum. Et quicumque adiutor deo et sancti apostoli et eius hecclesia steterit, bideat claritatem dei cum helectis eius et siat digni audire causam a dextera positi sunt: benite benedicti patres meis, percipite regnum, quod bobis paratum est ab originem mundi; habeat pro se modo et interbenientem, et in futuro dei genitrice marie semperque birginem et omnes sanctos hangelos et apostoli dei, ut pro eorum merita intercessio sit absoluti ab omni nexu peccati; et han cartulam offertionis omni tempore firmum et stabilem, quem te adelferi notarium han cartulam nostre offertionis scribere rogabimus, qui et interfuit. Actum in civitate luceria indictione feliciter.

† Ego iohanne iudex

† Ego gilio teste

† Ego alerisi teste.

MCXXXI

A. D. 1050

✝ In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimarii principis, et undecimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et octabo anno principatus et ipsorum ducatuum domni Gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense martio, tertia indictione. Memoratorium factum a me Alfanus filius quondam ademarii comiti et iudicis, pro vice mea et pro vice Alfani filii quondam guaimarii, et pro vice Alfani et petri filii quondam adelberti, ante presentia Iohannis Iudicis et alios idoneos homines, per combenientia tradidi iohanni clerico filio leonis ecclesia bocabulum sancti mathei apostoli, quod constructum est intra hanc cibitatem in orto magno a super platea, que pergit ad portam que dicta est elini cum casis et omnibus pertinentiis ipsius ecclesie, et cum omnibus rebus stavilibus et movilibus ipsi ecclesie pertinentibus. Et de ipsa ecclesia et de ipsis casis, et de omnibus eius pertinentiis, et de omnibus rebus stavilibus et movilibus ipsi ecclesie pertinentibus pertinente michi inclitam medietatem, de reliqua medietate ipsi alfano filio guaimarii pertinente medietatem, et ipsi Alfano et petro pertinente alia medietate. Ideo ipsa ecclesia cum ipsis casis et omnibus eius pertinentibus et cum omnibus rebus stabilibus et movilibus ipsi ecclesie pertinentibus ego pro vice mea et pro vice ipsorum filii guaimarii et filii adelberti, sicut supra legitur, eidem iohanni tradidit. Tali ordine, ut ab obito iohanni presbiteri, qui nunc abbas in ipsa ecclesia est, in antea usque dum vibus fuerit, ipse iohannes clericus suprascripta traditione sue potestatis tenere et dominare, foveas et omnis suas utilitates iuxta rationem ibi faciant, et in ipsa ecclesia officiet et officiare faciat, sicut decet ecclesia que similis est de illa, et eam illuminet et illuminare faciat diebus et noctibus, sicut meruerit. Et ipsis rebus per annum apto tempore laboret et laborare faciat, sicut meruerit, quatenus in melius proficiat et non depereat, et semper bonum pareat laboratum, et cultatum, et operatum. Et in ipsa ecclesia omni tempore habeat inter clericos et presbiteros octo, qualis ibidem meruerit, et det eis beneficium, sicut iustum fuerit, et illis officient in ipsa ecclesia sicut meruerit. Et cum ipsa traditione evenerit ad suam potestatem in iamdicta ratione ab inde in antea usque decem anni completi, faciat fabricare inclitam casam ipsius ecclesie in qua modo ipse abbas residet, bona iuxta ratione ad calce et petre et pumice seu arenam in unum astracum, quale meruerit, et de super illam cooperiat bona cum scindolis et alia lignamina sicut meruerit, et

ibidem resideat et abitet, et suas utilitates in ea iusta ratione faciat. Et si, quod absit, ego vel ex meis heredibus, aut ipsi filii guaimarii et filii adelberti, vel ex eorum heredibus infirmaberimus, aut infirmaverint, ipse iohannes clericus faciat nos vel illis visitare, sicut decet infirmum. Et si aliquis ex me vel ex illis, vel meis et illorum heredibus defunctus fuerit, et voluerimus et voluerint, ipse iohannes veniant ad domum de illo qui ovierit cum illis clericis seu presbiteris, et faciant eis officium, sicut meruerit, et portemus et portent illum ad ipsam ecclesiam, et mittant illum inctus ipsa ecclesia, et officium pro eo faciant, sicut decet; et a foras ipsa ecclesia eum sepeliamus et sepelient, absque datione. Et si de hominibus nostris vel illorum obierint, similiter ad ipsam domum, si voluerimus et voluerint, veniant sicut meruerit, et ad ipsam ecclesiam illum portemus et portent, qualiter voluerimus et voluerint, et faciant ei officium, sicut meruerit, et a foras ipsa ecclesia eum sepelire faciamus et faciant absque datione. Et similiter faciat fabricare atrium ante ipsam ecclesiam ab ipsa defunctione ipsius abbati usque ipsi decem anni completi bonum, qualem meruerit, ad calce, et petre, et pumice seu arena, et illum cooperiat, sicut meruerit. Et quicquid fructus ex ipsis rebus exierit et prodem tollere potuerit et que dationem et sepultura in ipsa ecclesia intraberit, totum illut sivi abeat, faciendum de eo quod voluerit. Tantum si intraverit in ipsam ecelesiam animalia viva, aut talem causam que ad ornamentum de ipsa ecclesia pertineat, semper sit de ipsa ecclesia, et ille illud teneat et regat et iusta ratione salvum faciat. Similiter et tota movilia pertinente ipsius ecclesie salva faciat, sicut meruerit iusta rationem, et quando necessum fuerit, ipsa ecclesia cooperire faciat, qualiter meruerit, et a quo ipsam casam et ipsum atrium factum fuerit, dum vibus fuerit, quando necesse fuerit, illud cooperire faciat sicut meruerit. ad obitum suum inclita suprascripta traditione iusta ratione salva, et ipsa rebus surta, operata, sicut meruerit, et ipsa ecclesia, et casa, et atrio totum copertum, qualem meruerit. cum quanto alio deo iubante ibi accreberit iusta ratione, salva totum sit in potestate mea et ipsorum filii guaimarii, et adelberti, et de meis et illorum heredibus, qualiter michi et illorum, sicut supra scriptum est, pertinet. Et liceat heredes ipsius iohanni inde tollere omnibus eius causis et faceret de eis, quod voluerint, et pro censo de suprascripta traditione, ab ipsa defuntione ipsius abbati, usque dum ipse iohannes vixerit, per omne annum in pasca resurrectionis domini, et in nativitas domini, et in ipsa festivitate sancti mathei per unamquamque de ipsis festivitatibus dirigat michi meique heredibus dua paria de oblate, et ipsi filii guaimario et illus heredibus dirigat per omnem annum per unamquamque de ipsis festivitatibus unum parium de oblate. et ipsis filii adelberti et illorum heredibus dirigat per omne annum per unamquamque de

ipsis festivitatibus unum parium de oblate. Et per convenientia ipse iohannes clericus per absolutionem ipsius genitoris sui et eo presente, per quam omnia que in ac carta scripta et scribenda sunt, fecit guadiam michi pro parte mea et ipsorum filii adelberti et guaimario dedit, et fideiussorem michi pro mea et illorum parte posuit sergium filium quondam Iohannis. Et per ipsam guadiam obligavit se adimplere michi meique heredibus, et ipsorum filii adelberti et guaimarii et illorum heredibus, ab ipsa defuntione ipsius Abbatis, usque dum vibus fuerit in suprascripta ratione omnia, qualiter superius legitur. Verumtamen et in suprascriptam casam quam fabricare debent, sicut supra legitur, a super ipsum astracum faceret fabricare parietes per circoitum, sicut meruerit in altum iusta ratione, et cooperiat illud cum scindolis et alia lignamina, sicut supra legitur, et per omne annum in pasca resurrectionis domini dirigat ipse iohannes clericus presbiter ad domum meam et de meis heredibus, et ad domos ipsorum filii adelberti et guaimarii et de illorum heredibus, sicut iustum fuerit, cum cereis, crucibus, qualiter meruerit, et ponant illas per ipsis domibus nostris et illorum. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Iohannes clericus michi et ipsis filii adelberti et guaimarii, et meis et illorum heredibus non adimpleverit, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserit, per ipsam guadiam obligavit se componere michi et ipsorum filii adelberti et guaimarii, et mei et illorum heredibus trecentos Auri solidos constantinianos. Et taliter te ademarium notarium scrivere rogavi.

† Ego qui supra iohannes iudex

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego romoaldus notarius me subscripsi.

MCXXXII

A. D. 1050

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et duodecimo [1]) anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et octabo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisolfi filii eius eximii principis et ducis, mense martius, tertia indictione. Propter dominum et anime remedium offero me ego mundus presbiter filius quondam radicisi in ecclesia vocabulum sancti angeli, que sita est in-

[1]) Potius: *undecimo*.

tus rebus da loco ulmo fine caput aquis, et est ipsa rebus pertinente domni paldulfi illustrissimi principis, et ibique una mecum offero inclita mea casa, quam retineo foras civitate nova et propinquo ad portam . . . . est conciata et fabrita ex omni parte cum omnia sua pertinentia, et ipsa cisterna, et unum bovem, et unum psalterium, ut totum inclitum, ut diximus, amodo et semper in ipsa ecclesia securo nomine permaneat. Nam declaro . . . . . . preterito tempore de omnibus aliis meis rebus et casis, et causis mobilibus iudico atque dispono per firmum scriptum ubi declarat, ut quale una de ipse filie mee sine heredibus defuncta fuerit, succedant ei in omni sua sortione ipse alie sue sortis et illa . . . . . . tote ipse filie mee defuncte fuerint, et heredes de illis non fuerint, quantum de ipsis rebus et casis in illis diebus paruerint, totum se daret pro anime nostre. Unde placet michi modo, ut si inminenter peccatis et de tote ipse filie mee post illarum defunctionem heredem non paruerit, ut omnibus ipsis rebus et casis, quantum exinde paruerit in illis diebus propter deum et remedium anime nostre, totum redeat in predicta ecclesia, ubi de sicut diximus, modo me offero, at securo nomine ipsa ecclesia illut semper habendum, dominandum, possidendum, et de omnia que modo et superius diximus, faciendum quem ad pars iamdicte ecclesie placuerit, absque omni contrarietate mea, vel de meos heredes, aut cuiqua hominibus. Et siat ibidem semper defensatum per hunc scriptum et per heredes meos ab omibus hominibus, ab omnique partibus cum introitu et exitu et vice de viis suis, et cum omnibus suis pertinentiis. Unde pro omnia que dicta est adimplendum, ante idoneis hominibus subscripti testes guadia ad guiselmari vixcomes dedi; et mediatorem ei posui romoaldum cognatum meum et filium quondam iaquinti. Et per ipsam guadiam *etc. Sequitur consueta formula pro pactis non servatis. Statuta mulcta octoginta solidorum auri Constantini.* Et taliter scribere rogabimus pro firma securitate te raidolfus diaconus et primicerius et notarius scriva eiusdem hecclesiae.

† Ego romoaldus subdiaconus.

† Ego guido subdiaconus et notarius.

MCXXXIII

A. D. 1050

† In nomine domini trigesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari, et undecimo [1]) ducatus eius amalfi et [2]) sirrenti, et hoctabo anno principatus et ducatus domni

[1]) Duodecimo.

[2]) Undecimo.

nostri gisolfi eius filii, mense aprilis, tertia indictione. Memoratorium factum a me mari filio nicole, eo quod ante subscripti testes per combenientiam guadia michi dedit bisantius filius quondam petri de correianu , et mediatorem michi posuit andrea filium quondam ciceri de ipso locum, et per ipsa guadia obligavit se , ut tollere et abere sibi legitimam uxorem mulier nomine berta filia andree presbiteri, que est genetricem meam, et daret ei quartam de omnis rebus et causam suam , sicut lex et consuetudo est homini langobardi dandum ad suam uxorem. et si taliter, ut dictum est, nobis et ipsius genetrici mee non adimpleberit, et aliquit inde contradixerit, componere obligavit se nobis. et cui brebem iste in manum paruerit, triginta auri solidos constantinianos, et , sicut dictum est, nobis adimplerent, et per suprascripta guadia obligavit se ipse visantius, ut predicta genetrice mea vene abere et colere sibi legitimam uxorem, sicut eius fuerit possibilitatem, et iniuste ei non facere; et si iniuste ei fecerit, ut de quante vices a me vel da ille homo, cui brebem iste in manum paruerit, fuerit pulsatus et evbangelia ei parata fuerit, et non fuerit nobis exinde ausus iurare secundum legem, per omnes vices nobis inde componere se obligavit biginti solidos, pignera que inde pignerata fuerit absque iustitia fiat retdita. Et unc brebem scribsi ego dauferius notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego ursus me subscripsi.

Haec membrana continet aliud Instrumentum, ut infra:

† In nomine domini trigesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis et undecimo anno ducatus eius amalfi. . . . . . ducatus domni nostri gisolfi eius filii, mense aprilis, tertia indictione. Ego vir visantius . . . . . . te mulier nomine berta filia andree presbiteri ad meo sociabit coniugio et pro unc scribtum . . . . verte uxoris mee quartam enim partem de omnibus rebus substantie mee quod abes . . . . . ratione, sicut diximus , quartam partem tivi exinde tradidi iusta . . . . et neque a me neque a nullus hominem abeatis exinde aliqua requisitione . . . . abeatis. Quod vero scribtum morgincab in eo hordine perpetue . . . . . . rogavimus te dauferius notarius.

† . . . . . .

† Ego ursus me subscripsi.

MCXXXIV

A. D. 1050

✝ In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, Et duodecimo anno ducatus amalfi, et Undecimo anno ducatus illius sirrenti, et octabo [1]) anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense aprilis, tertia indictione. Memoratorium factum a me Ioccardus filio quondam leoni abitator de locum nucerie, ubi malloni dicitur, eo quod ante subscripti testes per combenientiam ad tenendum, et laborandum tradidit mihi Rolegrimo comes filius quondam landenolfi comitis due pecie de terre cum arbusti bitatis, quod ipse comes abet in ipso locum malloni, quod de ante os annos ad laborandum tenuit concilium presbiter socero meus et filius quondam . . . . . . Prima pecia per as fines et mensuras iusto passu hominis mensuratum: ab oriente passi triginta duo et medium: a meridie passi sexaginta sex: a septemtrione passi sexaginta: ab occidente passi triginta quatuor. Ipsa alia pecia: a septemtrione fine mea et passi triginta nobem: ab oriente similiter fine mea et passi . . . . et cubitum unum: a meridie passi triginta duo, et abinde salientem passi sidecim, usque aliquantum abiente per fine landoni, passi duodecim; ab occidente fine bia, passi quadraginta sex usque ad fine nostra. Ambe ipse pecie de terra per iamdictas fines et mensuras mihi ad laborandum ipse rolegrimo comes tradidi, tali hordine, ut amodo et semper, natos nascentes, ad mea et de meis eredibus esset potestate illud tenendum et laborandum, et omnis nostre utilitatis iusta ratione ibi faciamus, et ipso arbustu de super et de subter abto tempore laboremus et cultemus, et unde meruerit per ipso arbustu, arbores et bites ibidem plantemus et propagines traamus, et totum illud laboremus et cultemus bonum, ut semper in melius proficiat et non dispereant, et bonum paread laboratum, et cultatum, et operatum, et clusum; et per tempore de vindemie, quando meruerit, ego et meos eredes faciamus scire ipsum rolegrimum et suos eredes, ut ibidem dirigad missum suum, et ego et meos heredes totum illud bindemiemus, et poma exinde colligamus, et omnis vinum et poma exinde ibique ad palmentum cum ipsum missum suum dibidamus per me-

---

[1]) **Iuxta Chronologiam institutam super Cavensibus Documentis a Salvatore de Blasio; sed rectius scribi deberet hic et sequentibus Chartis anno *nono*; quia Gisulfus fuit assumptus ad principatum a patre, anno 1042, Mense Martio.**

dietatem: ipsum missum suum tollad prius medietatem, et nostri eredibus reliquam medietatem; ipsa sortionem illorum de ipso vinum nos reponamus in domum nostram in horganeum suum da vinum, quod nobis ibidem dederit, et ipso orghaneum nos sit conciatum et studiatum bonum, et faciamus ipse vinum salbum, donec illud inde tulerint absque degeneratione et ingne, et de quod amodo et semper in ipsa rebus seminaberimus, demus inde terraticum secundum consuetudinem de ipso locum: ipsum missum illorum, dum pro ipsa frudia recipiendo ibidem steterit, nos illum nutriemus secundum nostram possibilitatem, et palmentateca eis demus, et obligavit se ipse rolegrimus comes et suos eredes semper defendere nobis inclita suprascripta tradictione cum bice de via sua ab omnibus hominibus et partibus, et quale tempore nos et nostros eredes, si rebus ipsa supradicto ordine tenere et laborare noluerimus *etc: Guadiis datis et posito mediatore Romoaldo filio quondam Iohannis (qui fuit* vestararius) *statuta fuit mulcta triginta auri solidorum constantinianorum.* Et ec omnia suprascripta feci ipse rolegrimus comes pro bice sua et pro bice atenolfi clerici germano suo per supradicta obligata pena. Quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

† Ego petrus me subscripsi.

MCXXXV

A. D. 1050

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et duodecimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et nono anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et duci, mense aprelis, tertia indictione. Memoratorium factum ha me iohannes abbas monasterii sancti arcangeli, quod situm est in mons coraci de cilento, eo quod ante ydoneis subscriptis hominibus, huna cum alefanto advocatore predicti monasterii, per combenientia tradidi atque remisi leo filio quondam iohanni visunianise huna pecia de terra rebus predicti monasterii contra pars ancilla dei ad pastinationis ordine, nato nascente, in tertia pars per has mensura : a pars occidentis saliente rectum a pars meridie sunt passi quinquaginta tres; de super per ipsa pars meridie usque in huno rio aqua stricara sunt passi quinquaginta quinque : et descendente per huno riatello usque in ipsa via publica, sunt passi septuaginta nobem, et per hora ipsa bia usque in prima fine sunt passi quadraginta octo et cubita dua, ad iusto passum cum limine mensuratum ; ut liceat ipse leo et suis here-

dibus, nato nascientem, ipsa pecia de terra fobere, laborare, et vinea pastinare, salices et poma plantare, sedilie et iusto horto hividem retinere, et omnis sue hutilitatis hibidem facere. Et licentiam habeat in rebus eidem monasterii introyre; et arbores iusta rationem incidere ad ipsa pecia de terra cludenda et pedamen faciendum. Et quicquid vinum vel fruge inde exierit hamodo et usque anni septem, totum sit in potestatem predicti leo et de eius heredibus, sine omni contrarietate pars nostra, vel de ipso monasterio, et eiusque rectoribus. post completi ipsi septem anni quicquid vinum vel fruge inde exierit, nato nascentem, factum paratum dent inde ad palmentum tertiam pars similiter et de omni fruge tertia pars sibi suisque heredibus habeant ipse due sortibus. Et amodo et semper nos nostrisque posteriores et pars predicti monasterii defensemus ipsius leo et ad eius heredibus cuncta predicta pecia de terra da omnis humana persona cum omnia intra se habentem et cum vice de viis: Nam si ipsis inde exire voluerit, licentiam habeat excutere inde omnia sua mobilia et periere ubi eorum placuerit. Et si usque tres anni iterum hibi fuerint rebersi, ipsa clusuria eorumque heredibus redeant potestatis in supradicta ratione llud avendi. Qnod si etc: *Statuta mulcta viginti solidorum auri constantinianorum, proposito fideiussore Maraldo filio quondam Iohannis de predicta ancilla dei.* Et hunc brebem scribsit ego landus presbiter et notarius: actus cilentus.

† Ego urso.

† Ego mirando,

MCXXXVI

A. D. 1050

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimari Glorioso principe, et duodecimo anno ducatus eius amalfi et [1]) sirrenti et decimo [2]) anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi, eius filii, eximii principis et duci, mense aprilis, tertia indictione. Memoratorium factum a me iohannes, abbas monasterii sancti arcangeli, qui situm est in mons coraci de cilento, eo quod ante ydoneis subscripti hominibus huna cum alefanto advocatori predicti monasterii per convenientia tradidit adque remisi due pecie de terre super et subtus ipsa bia publica contra pars ancilla dei rebus eidem

---

[1]) Undecimo.

[2]) Nono.

monasterio ad pastinationis hordine in tertia pars tibi urso filio quondam callini per has mensura. In primis ipsa huna pecia de terra super ipsa bia a pars occidentis sunt passi triginta quinque : de super a pars meridie passi quadraginta nobem et cubitum unum: orientis partibus abet passi quadraginta uno et cubita dua, et per ora ipsa bia usque in prima fine sunt passi quadraginta octo. Et ipsa alia pecia subtus ipsa bia habet mensura: a pars occidentis passi nobem et per ipsa bia passi quadraginta: a pars orientis sunt passi viginti duo et cubita dua: de subtus a pars septemtrionis usque in prima fine sunt passi quadraginta huno, cum omnia infra se habentibus ad iusto passum cum linea mensuratum et cum vice de viis, ut liceat ipsum urso et eius heredes, nato nascente, ipse rebus fobere, lavorare, vinea, pomis, salices pastinare et omnis sue hutilitatis hividem facere, et licentiam haveat ipse et suis heredibus in rebus predicti monasteri introire, et iusta rationem arbores inde incidere pro clusurie et pedamen faciendum, et hamodo et usque annos septem quicquid vinum vel frugem inde exierit, vobis vestrisque heredibus sint potestati; post completi vero annos septem de ipsa rebus subtus ipsa via detis ad predictum monasterium medietatem et in ipsa medietate habeatis infra ipsi passi sedilie et platea cum iusto horto habeatis a foris secus ipsi passi, et detis nobis nostrisque posterioribus, et pars ipsum monasterium ad palmentum factum paratum tertiam pars, et de omni fruge tertiam pars vobis vestrisque heredibus, nato nascente, haveatis ipse due sortibus, sine omni contrarietate mea, et de meis posterioribus, et pars ipsum monasterium. Nam si bos vel vestros heredes inde exieritis, licentiam habeatis exire cum omnia vestra mobilia et periere hubi vobis placuerit; et si usque tres anni iterum in ipsa rebus rebersi fuerit, iterum ipsa rebus vobis vestrisque heredibus sint potestati, absque omni contrarietate mea vel de meis posterioribus et pars ipsum monasterium. Quod si taliter *etc. Statuta mulcta viginti solidorum auri Constantini.* Quod si taliter omnia adinplendum guadia michi, mecum adesset predicto advocatori, dedit ipso urso et fideiussorem michi posuit iohanne filium petri musuricla. Et hunc brebem scribsit ego landus presbiter et notarius; actus cilentus feliciter.

† Ego urso.

† Ego mirando.

MCXXXVII.

A. D. 1050

† In nomine domini Tricesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimarii Glorioso principe, et duodecimo anno ducatus eius amalfi et [1]) sirrenti, et decimo [2]) anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii, eximii principis et ducis, mense aprilis, tertia indictione. Memoratorium factum a me urso filio quondam cellino, eo quod ante subscriptis idoneis hominibus tradidit michi iohannes monachus et abbas monasterio sancto archangelo, quod situm est in monte coraci de cilento, tres peciole de terre contra pars ancilla dei, rebus eidem monasterio, ad habendum et pastinandum, nato nascientem, in tertiam partem una cum alefanto adbocatorem eidem monasterio. In primis ipsa huna pecia super ipsa bia habet mensura: a pars occidentis abet passos quadraginta : de super a pars meridie sunt passi viginti, et descendente a pars orientis, sunt passi quadraginta uno, et abiente a pars septemtrionis secus ipsa via publica usque in prima fine sunt passi viginti duo et cubitum huno. Et ipsa alia pecia de subtus ipsa bia abet as mensura : per ora iusta bia passi decem, et descendente a pars occidenti abet passos triginta tres et cubita tres: de subtus a pars septemtrionis sunt passi duodecim, et sicut ascendit a pars orientis usque in predicta via sunt passi triginta duo, et abinde a foris ipsi passi sedilia et iusto horto; ubi modo residemus, a subtus ipsa bia, et iterum iusta ipsa sedilia et orto ipsa alia pecias de terra has mensura dicitur esse: a pars orientis passi viginti duo: a septemtrione passi decem et opto et cubita dua: a pars meridie secus ipsa bia puplica sunt passi quattuordecim usque in prima finem cum linea mensuratum ad iusto passu, ut liceat me meique heredibus in ipsa sedilia sedere et pro me orto facere, et ipse tres pecie de terre introire et fobere, laborare binea, et salices et poma plantare, et omnis nostre hutilitatis ibidem facere; et licentiam habeamus nos et nostris heredibus in rebus predicto monasterio introyre iusta ratione arbores incidere pro clusurie, et pedamento faciendum ; et hamodo usque anni septem quicquid binum vel fruge inde exierit, nobis nostrisque heredibus sint potestate. Completi vero anni septem, demus ad predictum abbatem et pars ipsum monasterio et eius rectores, et de omni fruge, exceptis de ipso horto factum paratum ad palmentum demus tertiam partem, nobis nostrisque here-

---

[1]) Undecimo.
[2]) Octavo.

dibus abeamus ipse due partes, et defenset illud nobis ipso abbate, et eius successores, et pars ipsum monasterio, et ad nostris heredibus cum introitu et exitu et cum vice de viis de omnis umana persona. Nam, si nos vel nostros heredes inde exire boluerimus, licentiam abeamus cum omni nostra mobilia et periere hubi boluerimus: et si usque tres anni iterum rebersi fuerimus, iterum ipse clusurie, sicut ille inbenerimus, taliter recolligamus in supradicta ratione illud habendum. Quod si taliter etc: *Sequitur formula consueta, datis guadiis et posito fideiussore Maraldo filio quondam Iohannis. Statuta est mulcta viginti auri solidorum Constantini.* Et frudia de ipso horto nostre sint potestati; et qui supra legitur de ipso mediatore est fideiussore iohanni filio petri musuriccla. Et taliter scribsit hunc brebem ego landus presbiter et notarius; actum cilento et interfui.

MCXXXVIII

A. D. 1050

De eadem locatione, ut in praecedenti Charta.

MCXXXIX

A. D. 1050

† In nomine domini Triccsimo secundo anno principatus domni nostri Guaimari Glorioso principe, et duodecimo anno ducatus eius amalfi et [1]) sirrenti, et decimo [2]) anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi filii eius, eximii principis et duci, mense aprilis, tertia indictione. Memoratorium factum a me petri filio quondam petri, quoniam tradit michi meique heredibus iohannes monachus et abbas sancto archangelo, que sita est in montem coraci de cilento, huna cum alefanto, adbocatorem eidem monasterio, huna pecia de terra rebus de eodem monasterio in loco, qui dicitur ancilla dei, nato nasciente; in tertia parte per has mensuras: a pars orientis sunt passi triginta unum: a pars meridie secus ipsa bia habet passos quattuordecim et cubita dua, et sicut feret in ipso riale

[1]) Undecimo.
[2]) Octavo.

est pro sedilia vel orto, et habiente a pars occidentis secus ipso horto prephato monasterio abet passos viginti opto, et sicut ascendit per fine domnica a pars septemtrionis usque in prima fine sunt passi viginti cum linea ad iusto passu , ut liceat me et meis heredibus, nato nascente; in ipsa predicta sedilia residere, et horto, si potuero, pro me hibidem facere, het inter ipsi passi fobere laborare binea, et salices et poma pastinare, et omnis nostre hutilitatis hibidem facere, et licentiam abeamus nos et nostris heredibus in rebus praedicto monasterio introire, et iusta rationem arbores incidere ad ipsa pecia de terra, et orto cludendum et pedamentum faciendum, et quicquid vinum vel fruge inde exierit, amodo et usque anni septem, mihi meique heredibus sint potestati sine omni contrarietate de ipso abbate et eius successoribus et pars ipso monasterio. Post completi ipsi septem anni quicquid vinum vel fruge inde exierit, nato nascentem, factum paratum ad ipso palmentum demus ad prephato abbati eiusque successoribus et pars monasterii tertiam pars michi meique heredibus habeamus, ipse due partibus; et hamodo et semper defenset illud nobis ipsum iamdictum iohannem abbatem et ipso prephato monasterio, et ad nostris heredibus, de omnis humana persona, cum introitu et exitu, et cum bice de viis, et cum omnia inter ipsa terra habentibus; nam, si nos vel nostris heredibus exire bolueritis de ipsa rebus, licentiam habeamus excotere omnia nostra mobilia et periere, hubi boluerimus; et si usque tres annos iterum in eodem loco rebersi fuerimus, iterum ipsa clusuria nobis nostrisque heredibus redeat potestatis, in supradicta ratione illud habendum. Quod si taliter etc: *Posito fideiussore Maraldo filio quondam Ioannis. Statuta est mulcta viginti auri solidorum constantinianorum*. Et hunc brebem scribsit ego Landus presbiter et notarius actus cilento et interfui.

† Ego ursu clericus

† Ego romoaldus presbiter.

MCXL

A. D. 1050

† In nomine domini trigesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari glorioso principe, et undecimo [1]), anno ducatus illius amalfi et [2]) surrentum, et nono anno princi-

---

[1]) Duodecimo.

[2]) Undecimo.

patus et ducatus ipsorum domni gisolfi eximii principis et duci filii eius, mense magius, tertia Indictione. Dum essem ego petrus iudex in locum aput monte, ibique mecum astantibus suprascripti idoneis homines. ante nostra presentia per combenientia coniuncti sunt domnus iohanne venerabilis abbas in monasterio sancte sofie de intus cives salerni pertinente ipso monasterio pandolfi filio vone recordationis domni guaimari olim principis et germani suprascripte gloriose potestatis, cum lambertus de nuceria filius quondam lanberti, qui fuit diaconus, propter at faciendum finem ipse domnus abbas cum eum de ipsa rebus cum arbustis vitatis de locum turriccle, ubi lenzara dicitur, pertinente ipsius monasterii, quod ipse lanvertus ante os annos ad tenendum et lavorandum a pars predicti monasterii tenuit. Unde ipse domus abbas dicebat, ut ipse lanbertus tota predicta rebus, quod a pars prephati monasterii tenebat, non illam inveniret lavoratam et cultatam, sicut meruerit, set tota esset deserta, et remitderet ipse iamdictus lambertus tota ipsa rebus ad pars predicti monasterii, ut non aberet inde peccatum, nec esset inde aliqua damnietatem a pars predicti monasterii. Ipse iamdictus lamvertus taliter ipsum domnus abbatem audivit dicentes, dixit non potuisset ipsa rebus remitdere, pro qua inde maiore serbitium a pars ipsius monasterii exinde datum abuisset; tamen si voluisset ipse domnus abbas dare ei triginta auri tari. ipse lanvertus remitderet ipsius domni abbati pro pars ipsius monasterii inclita medietatem de tota ipsa suprascripta rebus, qualiter eos ad lavorandum a pars ipsius monasterii tenuerat, et de ipsa reliqua medietate, quod inde remanserit, firmaret, inde ipse domnus abbas ipsius lamberti brebem diebus vitae sue. Ipse domnus abbas ec talia audivit dicentem: dixit illut facere, et ibique ante nos dedit ipse predictus domnus abbas ipsius lamberti triginta auri tari, faciendum quod voluerit, et de ipsa reliqua medietate de suprascripta rebus firmaret inde ei brebem diebus vite sueque lamberti; ad obiti sui rediret ad pars predicti monasterii, ordinandum cui voluerit. Et ipse lambertus volunctarie sue per conbenientia remisit ipsius domni abbati pro pars ipsius monasterii tota et inclita medietate de tota suprascripta rebus, de quantum quantoque in predictum locum turriccle, ubi lenzara dicitur, ille a pars predicti monasterii ad lavorandum tenuit; et donabit exinde ipse lanbertus ipsius predicti domni abbati pro pars sui monasterii omnes calumnie et cunctas questiones suas per subsceptum launegilt, et volunctarie sue se manifestabit ipse iamdictus lamvertus, ut non aliquando adbeniente tempore nec ille, nec suis eredibus, nec quicumque homo pro illorum partibus cum ipso domnus abbas. aut cum suis successoribus vel cum pars predicti monasterii. de predicta rebus, ut superius diximus, causare aut contendere poteret volendum illut tenere et lavorare, set liceret illut ipse domnus abbas pro pars ipsius monasterii dare et ordinare, qualiter voluerit, scepto ipsa medietate

de ipsa rebus, quod ipse predictus lanbertus dicebat tenere ad lavorandum, pro pars ipsius monasterii diebus vite sue; de qua per combenientia guadia ipse supradictus lambertus guadia ipsius predicti domni abbati pro pars ipsius monasterii dedi et fidemiussorem ei posuit leo presbiter de eodem locum aput monte filium quondam petri; et per ipsa guadia, etc. *Statuta mulcta centum auri solidorum constantinianorum.* Etiam dicebat ipse domnus abbas, ut ipsa predicta rebus esset pertinentem in predicto monasterio a quondam guaiferii filio idem guaiferii comitis, qui ipso monasterio construxit, quod comuniter pars predicti monasterii abet cum gemma relicta supradicti guaiferii et filia quondam guaimarii comitis. Infra suprascripto virgulum legit cum eum. Et pro stabilitatem predicti monasterii scribere fecimus te petrus presbiter et notarius.

† Ego qui supra Petrus

† Ego qui supra leo presbiter

† Ego maiu.

MCXLI

A. D. 1050

† In nomine domini trigesimo secundo anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et decimo anno ducatus eius amalfi et sirrentum [1]), et septimo anno suprascriptorum principatus et ducatuum domni gisolfi eximii principis et ducis filii eius, mense magius, prima indictione. Memoratorium factu a me iohannes monachus et abbas ecclesie sancte sofie, que constructa est intus anc salernitanam civitatem, pertinentem domni paldolfi, eo quod ante subscripti testes, una mecum adesse iohannes clericus adbocator predicti monasterii, tradidi ad tenendum et laborandum romoaldi presbiteri filio idem romoaldi presbiteri, una pecia de terra pertinentem predicti monasterii, que abet illa pars flubio lirno et propinquo ipso flubio, tali ordine, ut amodo et usque octo anni completi iamdictis terris in sua et de suis heredibus et de homines que ibi mictere boluerit, esset potestatis illut tenere et laborare, fobee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibi facere. Et amodo et usque ipso constitutum ipse romoaldus presbiter et suos heredes, suo tempore ipse terris arare et seminare ibi semente, quale ibi meruerit, et per annum labori ipsi suo tempore studiare boni, sicut meruerit, et ad area donare, et ante missum nostrum

[1]) Potius nono anno ducatus sirrenti.

labori ipsi tritulare et conciare ipso bictum bonum , sicut meruerit , et integram tertiam parte in pars nostri monasteri inde deant, et due sortis ille inde sibi abeant, similiter et de ipsa palea una tertiam parte exinde in pars nostri monasterii dare. Et si amodo et usque ipso constitutum per annum ortora ibi fecerit, de omnis frudium, quam de ipsa rebus exierit, integra tertiam parte in pars nostri monasterii ad ipso missum dare, et due sortis inde sibi abere. Ad ipsi octo anni completi, post aire recollecte, predictam nostram traditionem remictant in pars nostri monasterii, et sic liceat illum et eius eredes et omines, que ibi ad laborandum miserit, inde exire cum omnis illorum causa mobilia. De qua per combenientia guadia nobis ipse romoaldus presbiter dedi et mediatorem mihi posuit seipsum; et per ipsa guadia etc: *Statuta mulcta triginta auri solidorum constantinianorum*. Quod scripsi ego alderissi notarius.

† Ego truppoaldus notarius me subscripsi.

† Ego dauferius notarius me subscripsi.

MCXLII

A. D. 1050

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari gloriosi principis, Et duodecimo anno ducatus eius amalfis, Et undecimo anno ducatus eius sirrenti, Et nono anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis Et ducis filii eius , mense Iulius , tertia Indictione. Ego bibo filius quondam petri de locum transboneia Clarifico, quoniam pertinet michi habere rebus in eodem loco transboneia, ubi catagrisulum dicitur, que est terra cum castanietum, Et est infra hec finis: De pede, quod est a parte septemtrionis, fine bia que discernit a rebus iohanni cognato meus, filius quondam iaquinti apuliense : A parte occidentis fine medio ballone , qualiter ascendit et coniungit in media serra , et per ipsa serra rebolbente in parte septemtrionis et descendit per medio serrone in ipsa parte septemtrionis , et coniungit in ipsam biam priore fine. De iamdicta rebus infra predicte finis pertinet inde michi quartam partem, de relique tribus partibus pertinet michi infra predicte finis integram partem, que fuit iaquintus filius quondam landoni, et gentile filius quondam faracki. Et congruum est michi illut benundare ipsius iohanni cognato meus filio suprascripti iaquinti, Et ideo ego supradictus bibo, sicut michi congruum est , mea bona bolumtate , per anc cartulam coram presentia siconem comitem et iudicem bendo tibi suprascripto iohannes cognato meus integram ipsam

quartam partem et integram ipsam partem, que fuit predicti iaquinti et gentile, de tota suprascripta rebus infra predicte finis, cum omnibus que intra ipsa quartam partem, et intra ipsam partem, que fuit ipsorum iaquinti et gentile sunt, cuntisque earum pertinentiis et cum bice de viis suis. Ea ratione, ut integram suprascripta mea benditione semper sit in potestate tuaque iohannis et de tuis heredibus, et liceat te et tuos heredes de ea facere omnia, quod volueritis. Et propter confirmationem uius benditionis ego supradictus bibo suscepi a te predictus iohannes statutum pretium aureos solidos decem et octo in omni deliberatione. Et per combenientiam ego supradictus bibo guadia tibi predicto iohannes dedi, et mediatorem tibi posuit ligorium filium quondam amati; et per ipsam guadiam etc. *Statuta mulcta auri solidorum constantinianorum triginta.* Et taliter scribere rogavimus te petrum notarium.

† Ego qui supra sico Comes et Iudex.

MCXLIII

A. D. 1050

† In nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari, et duodecimo anno ducatus eius amalfis, et undecimo anno ducatus eius sirrenti; et nono anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense iulius, tertia indictione. Ante me lando gastaldus, machenolfus et ademarius germani fili quondam grimoaldi, et amatus nepotem illorum filius quondam petri, coniunti sunt cum dauferius filius quondam iohannis, at faciendum inter se finem de una pecia de terra cum arbustum et alia pomifera quod ipse dauferi paratam abet in locum floccanum, finibus nucerie, da mari consortem ipsorum suprascripti thii et nepotes, filium quondam iaquinti. Unde per meum iudicium inter se fuerunt guadiati super ipsa rebus pergere cum iudicem et notarium, et iuxta legem illis inter se inde finem facere. Modo vero una cum illis super ipsa suprascripta pecia de terra in ipso locum floccanum perreximus, et per ipsi suprascripti thii et nepotes ipsa pecia de terra monstrata est: a parte occidentis monstraverunt fine bia pubplica, inde passi undecim: a parte septemtrionis monstraberunt finem illorum, inde passi sebtuaginta octo: a parte orientis fine de heredes maienandi, passi biginti trex: a parte meridiei fine machenolfi filii quondam ursi, inde passi decem. Revolbente in parte sebtemtrionis per finem ipsius dauferi passi quadtuor: Revolbente per ipsa

finem ipsius dauferi in parte occidentis, inde passi biginti octo: Iterum revolbente in parte sebtemtrionis inde passi sex et medium; et inde revolbente in parte occidentis et coniungente se in ipsa bia priore fines, inde abet passos quadraginta duo, totum at iuxto passum omini est mensuratum. Cum autem suprascripta pecia de terra per iamdicte finis et mensurie per ipsi machenolfus, et ademari, et amatus monstrata est, dixit ipse dauferi, ut tota et integram suam exet pertinentem per firma cartula da parte ipsius mari filii ipsius iaquinti, et per ipsi machenolfus, et ademari, et amatus ostensa est una cartula dibisionis et per ipsum dauferi ostensa ost una cartula et unum brebem, et unum iudicatum, et manifestaberunt se per partes, ut plus monimen ex oc non ostendere. In primis relegere feci ipsa cartula dibisionis, quod ipsi suprascripti thii et nepotes ostederunt; ita continebat: In nomine domini, undecimo anno principatus domni nostri iohannis, et sexto anno domni guaimari filii eius, gloriosi principibus, mense martio, sebtima indictione: grimoaldus genitor ipsorum suprascripti germani filii garofali ante presentia leoni iudici et subscripti testes, coniuntus fuit at vona combenientia cum iaquintus cognato suo filio machenolfi, et dibiserunt inter se rebus, que fuit ipsius machenolfi. Unde ipse grimoaldus per suis rationibus mediatorem debuit abere. Unde in primis dibiserunt inter se una pecia de terra cum arbustis bitatis in locum campu de are, unde ipse iaquintus comprehensit in sorte sua, in parte orientis coniuntum at fine maienande, et ipsius grimoaldi tradiderat in parte occidentis at fine sancti quirici. Iterum dibiserunt inter se aliam peciam in eodem loco at monte vocatam: ipse iaquintus conprehensit a parte occidentis at fine ursi filii mari, et ipse grimoaldus conprehensit in parte orientis at finem ipsius maienandi; et dibiserunt inter se alie due pecie: ipse iaquintus conprehensit in sorte sua una pecia de terra in loco ubi tostacio dicitur a subtus mercatum propinquo flubio saltera, ubi landoarius comes molinum abuit, et ipse grimoaldus conpreensit in sorte sua una pecia in ipso loco tostacio, que coniunta est a parte occidentis at rebus monasterii sancti laurentii. Iterum dibiserunt inter se aliam peciam in ipso loco floccanum, ubi catamaurici dicitur: ipse iaquintus conpreensit in parte occidentis at fine mari filii guisoni, et ipse grimoaldus conpreensit in parte orientis at finem ipsius maienandi. In simul et dibiserunt inter se ipsa suprascripta pecia de terra in ipso loco floccanum, quod superius per ipsi suprascripti thii et nepotes monstrata est: ipse iaquintus conprehensit ipsa tota suprascripta pecia per iamdictas mensuras in parte meridiei, et ipse grimoaldus conprehensit in parte sebtemtrionis coniuntum et fine de eredibus petri. Ista tota rebus per medietatem illis inter se dibiserunt, et communiter inter se reserbaberunt terra cum abellanieta, et castanieta, et quertieta, et silba in montibus quam et in planis, vel ubicumque de rebus ipsius machenolfi inbentus fuerit, omni tempore illis et illorum eredibus

abeant per medietatem: ipse iaquintus medietatem, et ipse grimoaldus medietatem; tantum non abeant potestatem de tota ipsa rebus, quod inter se dibiserunt, et de omnis alia rebus ipsius machenolfi, ipse iaquintus et illius eredes non bendere nec donare, nec in ecclesiis offerire, nec pars pigneris ponore, nec per nullis modis in quabis partibus alienare. Preter tantum ipsius grimoaldi, vel at illius eredes illut deant at iuxto baliente pretium, quod illut iuste fuerit abpretiatum: aliut continebat in ipsa cartula scripta per petrus clericus et notarius, et roboratam per ipsum leo iudex et maraldus, et alius maraldus notarius. Prima cartula quod ipse dauferi ostedit, continet; bicesimo secundo anno principatus domni nostri guaimari gloriosus princeps eius salerni. et secundo anno principatus eius capue, et secundo anno ducatus illius amalfi, et primo anno ducatus eius sirrenti, mense magius, octaba indictione; mari filius iaquinti vona sua voluntate ante petrus iudice et ante alii testes benumdederat ipsius dauferii integra suprascripta pecia de terra de ipsum locum floccanum, qualiter per ipsi suprascripti thii et nepotes monstrata est, et receperat ab illut auri tari voni triginta, et aliut est continebat in ipsa cartula scripta per trubpoaldum subdiaconum et notarium, et roboratam per ipsum petrus iudicem et iohannes et mirandus. Ipsum brebem continet: bicesimo secundo anno principatus salerni domni nostri guaimari, et secundo anno principatus eius capue et ducatus eius amalfis, et primo anno ducatus eius sirrenti, glorioso principe, mense magius, octaba indictione. Ipse dauferius filius iohannis ante subscripti testes per combenientiam tradidit ipsius mari filio iaquinti suprascriptam peciam de terra per iamdicte finis et mensuras, ut superius legitur, de ipso locum floccanum, usque quindecim anni completi at lavorandum, sicut ipsum brebem continet, qui scriptum per petrus protonotarius, et roboratum per iohannes et guisenolfus. Ipsum iudicatum continet: In nomine domini bicesimo nono anno principatus domni nostri guaimarii, et nono anno ducatus eius amalfi, et octabo anno ducatus eius sirrenti, et sexto anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisolfi eius filii eximii principis et ducis, mense agustus, quintadecima indictione; ante me ademari iudice causabit dauferi filius quondam iohannis cum ademari filio quondam grimoaldi dicens ei, ut ipse ademari per birtutem misisset caballum et vobi sui in rebus ipsius dauferi, quod illut paratum abet in locum floccanum da mari consortes ipsius ademari filii quondam iaquinti, et lavores, quod ibidem seminatum est, ab ipsum caballum et vobi totum illut secasset et rabuisset: ipse ademari dixit, non fiat deus ut caballum et vobi sui in ipsa rebus ipsius dauferi per birtutem ibi misisset, nec lavores inde secasset, set nexiente illut ipsa sua animalia ibidem introisset. Unde ego qui supra iudicem inter eis iudicabi, et utrisque illis guadiare feci, ut ipse dauferi pararet sancta dei evbangelia, et ipse ade-

mari iuret secundum legem cum parentibus suis sacramentales et dicat, ut ipsa animalìa per birtutem in suprascripta rebus ipsius dauferii non misisset, set nexiente illut ipsa animalia ibidem introisset, et postea eidem dauferii ipsum damnum ipse ademari restauret, sicut iuxtum fuerit. Unde inter se posuerunt mediatores: ipse ademari posuit mediatorem ipsius dauferi gaido da casolla filium quondam petri, et ipse dauferi posuit mediatorem ipsius ademarii mirandus filium quondam machenolfi, et pro parte ipsius dauferi scribere precepi tibi petri protonotario. Ego qui supra ademari iudex. Cum autem suprascripte cartule fuerunt lecte, dixit ipse ademari, ut ipsum iudicatum quod superius totum per ordinem declaratum est, quod ipse dauferi ostedit, qui scriptum est per petrus protonotarius in quo scriptum est ipse ademari iudex, falsum exet. Ipsum iudicatum dixit ipse dauferi beracem exet, et secundum legem illut adberare poteret. Ego autem, sicut illis combenit, inter eis iudicabi, et illos guadiare feci, ut ipse ademari pararet sancta dei evbangelia, et ipse dauferi secundum legem per sacramentum at ipsa evbangelia adberaret; et ubi taliter illut adberaberint, iam semper ille et suos eredes integra ipsa pecia de terra per iamdicte finis et mensuras securiter et firmiter illut sibi abere, et faciant de ea quicquit voluerint, absque omni contrarietatem ipsius ademari et de illius eredes. In die vero constitutum per partes fuerunt parati ante me, et per ipsum ademari parata est sancta dei evbangelia; set antequam inter illis ipsa sacramenta exet data, per colloquium nostrum et aliorum bonorum ominibus orta est inter illis vona comvenientia, et ipse ademari voluntarie sue donabit ipsius dauferi ipsum sacramentum, qualiter illut ei persolbere debuit per subscebtum launegiltum, et voluntarie sue ipse machenolfus, et ademari, et amatus tota et integra suprascripta pecia de terra per iamdicte finis et mensurie, ut superius legitur, qualiter superius monstraberunt ipsius dauferi, remiserunt at faciendum ille et suos eredes quicquit voluerit, absque omni contrarietate illorum vel de illorum eredibus, et ab omnibus ominibus pro illorum partibus. Similiter et ipse dauferi remisit et manifestabit ipsorum suprascripti thii et nepotes da ista mensuria in foras in parte sebtemtrionis, qualiter illis dominaturi sunt, usque at rebus de ipsa ereditate petri, ut nec ille nec suos eredes cum ipsi machenolfus, et ademari, et amatus, nec cum illorum eredes exinde non causare, set semper illis vel illorum eredibus securiter et firmiter illut sibi abere, et faciant de ea quicquid voluerint, absque omni contrarietatem ipsius dauferi, vel de illius eredes, et ab omnibus ominibus pro suis partibus. Et per combenientia ipsi machenolfus, et ademari, et amatus guadia ipsius dauferi dederunt, et fideiuxorem ei posuerunt sesamus de nucerie filius quondam lidni; et per ipsa guadia obligaberunt se et illorum eredibus, quod si taliter omnia suprascripta ipsius dauferi, vel at illius eredes non adimpleverint, et de

suprascripta pecia de terra per iamdicte fines et mensuras, ut superius legitur, causare aut contradicere presumserint per qualibet modis, per ipsa guadia obligaberunt se et illorum eredibus componere ipsius dauferi, vel at illius eredes, quinquaginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta ei adimpleret. Dua iudicata inde scribere fecimus, ut non siat transmutati: istum scriptum emisimus ipsorum machenolfi, et ademari, et amati, et alium tale simile inde emisimus ipsius dauferi. Et pro parte ipsorum machenolfi et ademari et amati oc scribere precepi tibi petri protonotario.

MCXLIV

A. D. 1050

† In nomine domini Tricesimo tertio anno principatus domni nostri Guaymari glorioso principe, et duodecimo anno ducatus eius amalfi et syrrenti, et undecimo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni Gysulfi eius filii eximii principis et duci, mense nobemver, quarta indictione. Memoratorium factu a me iohannes abbas monasterii sancti archangeli, quod situm est in mons coraci de cilento, Eo quod ante subscriptis ydoneis hominibus huna cum halefanto advocatore predicti monasterii ad pastinationis hordine, nato nascente, in tertia parte tradidimus huna pecia de terra predicto monasterii contra pars ancilla dei per as mensuras; incipiente de ipso termite secus ipsa bia, et badit a pars occidentis, et badit rectum in pars septemtrionis, sunt passi triginta huno; et a pars meridie, abiente per ora iusta via publica, sunt passi quinquaginta nobem; a pars orientis, descendente per rifaneo de vinea prephati monasterii, habet passi triginta uno et cubitum hunum: de subtus a pars septemtrionis, habiente contra pars septemtrionis, havet passos, sicut badit in pars occidentis, passos quinquaginta tres, mino palmo uno, et coniunget ex omni parte mensura ad iusto passum cum linea mensuratum, vobis leomari et grimoaldi germanis et filiis georgi, ut licead vos et vestris heredibus, nato nasciente, fobere, lavorare, binea pastinare, pomis et salices plantare, et omnis vestre hutilitatis hividem facere. Et licentiam habeatis in rebus predicti monasterii introyre et iusta ratione arbores incidere ad ipsa pecia de terra cludendum, et pedamen faciendum, et inter ipsi passi habeatis vestre sedilie et orto iusto per signulos. Et quicquic vinum vel fruge inde exierit, usque annos septem, vobis vestrisque heredibus sint potestati, absque omni contrarietate nostra, et de nostris posterioribus, et pars ipsum monasterium. Post completi ipsi septem anni quicquid vinum vel fruge inde exierit, nato nasciente, fa-

ctum paratum detis inde ad palmentum tertiam pars, et de omni fruge tertiam pars vobis vestrisque heredibus habeatis exinde ipse due sorti. Et amodo et semper nos nostrisque posterioribus, et pars predicti monasterii defensemus vobis vestrisque heredibus cunta supradicta pecia de terra da omnis humana persona cum omnia intra se habentibus et vice de viis. Nam si ipsis inde exierit, et eiusque heredibus exire voluerit, licentiam habeant cum omnia sua mobilia, et periere hubi voluerit. Et si usque tres annos iterum hividem fuerint rebersis, igitur ipsa clusuria eorumque heredes redeat potestati in supradicta ratio illud habendum. Quod si taliter *etc. Posito fideiussore Urso filio quondam Iohannis rinco de loco Ancilla Dei; statuta est mulcta viginti solidorum auri constantinianorum.* Et hunc brebem scripsi ego landus presbiter et notarius; actus Cilenti.

† Ego urso.

† Ego mirando.

MCXLV

A. D. 1050

† In nomine domini. Tricesimo tertio anno principatus domni nostri Guaymari Glorioso principe, et duodecimo anno ducatus eius amalfi et syrrenti, et nono anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et duci, mense nobember, quarta indictione. Memoratorium factum a me iohannes abbas monasterii sancti archangeli, quod situm est in mons coraci de cilento, tradidit atque remisi bobis nicola et leo germanis, et filiis quondam sergi faber, due pecie de terre in loco, ubi kalopetri dicitur, rebus predicti monasterii ad pastinationis hordine, nato nasciente, in tertia pars per has mensura: incipiente da uno riatello, sicut vadit a pars orientis, quod est de super, sunt passi triginta et cubitum hunum et palmo uno; et descendente a pars meridie, sunt passi quadraginta sex et cubita dua et palmo huno: de supter a pars occidentis, sicut badit usque in ora ipso rio sunt passi quindecim, mino cubito uno, et ascendente secus ipso rio, unde aqua viva decurrit, quod est a pars septemtrionis, et coniunget in prima fine, sunt exinde passi quadraginta sex ad iusto passu. Et ipsa alia pecia de terra abet as mensura, sicut descendit ipso rio, a pars meridie abet passos quinquaginta uno, et dimittit ipso rio, et badit a pars occidentis, sunt exinde passi viginti septem, et rebolvente a pars septemtrionis, et ascendente et traversante in pars orientis usque in prima

fine, havet passos quinquaginta et medium ad iusto passu, cum omnia inter ipse ambobus rebus abentibus ad linea mensuratum, ut liceat ipse nicola et leo germani et suis heredibus, nato nascente, si voluerit hibidem residere, fobere, laborare, pastenare vinea et poma, salices plantare, et omnis sue utilitatis hividem facere, et licentiam habeatis in rebus de ipso monasterio introyre et iusta rationem arbores incidere pro ipse pecies de terre pedamen et cluse faciendum, et a foris ipse cluse haveatis sedilie et iusto horto per signulos, et quicquid vinum vel fruge inde exierit, amodo usque annos septem, totum sit in potestate de ipsis nichola et leo germanis, et de eorum heredibus, sine omni contrarietate pars nostra, vel de ipso monasterio, et de eiusque rectoribus. Post completi ipsi septem anni, quicquid vinum vel fruge inde exierit, nato nasciente, factum paratum dent inde ad palmentum tertiam partem, et de omni fruge tertia pars, vobis vestrisque heredibus abeatis due sortibus; et hamodo et semper nos et nostris posterioribus et pars predicti monasterii defensemus vobis nicola et leo, et ad vestris heredibus, inclite supradicte pecies de terre, cum omnia infra se habente, et vice de viis, da omnibus hominibus ab omnique parte. Nam si vos, vel vestris heredibus, inde exire volueritis, licentiam habeatis excutere inde omnia vestra mobilia, et periere hubi vulueritis; et si usque tres annos iterum hibi fueritis rebersi, iterum ipse clusurie eorumque heredes redeat potestati in supradicta ratione illud habendum. Quod si taliter *etc. Guadiis datis et interposito mediatore Urso filio quondam kyri anastasii* tessiture de ipso Castellucio; *statuta fuit mulcta viginti solidorum auri constantinianorum*. Et unc brebem scribsit ego landus presbiter et notarius; actum cilento.

† Ego urso.

† Ego mirandus.

MCXLVI

A. D. 1050

† In nomine domini tricesimo tertio anno principatus domni nostri Guaimari, Et duodecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, Et nono anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense nobembri, quarta Indictione. Declaro ego Iohannes domini gratia archiepiscopus sancte sedis archiepiscopatui salernitano, quoniam radolfus presbiter et abbas filius quondam dumnelli a nobo fundamine,

construxit ecclesiam vocabulum sancte lucie virginis in propria rebus sua de loco baniara pertinentie salernitane. Et ipse radolfus presbiter venit ad me et quesit, ut emitteremus ei firmam securitatem de iamdicta ecclesia, qualiter omni tempore secura et libera esset a parte nostri archiepiscopii. Et ille daret michi exinde argentum libras duas. Ego autem, dum talia audivi, coepi exinde habere colloquium cum advocatore nostri archiepiscopii et cum cleris honoratis ipsius nostre sancte sedis. Inito consilio, comparuit omnibus et michi talia faciendum, ut ab ipso radolfo presbitero argentum ipsum reciperem, unde perficeremus omni tempore firmum et stabilem permaneret. Quo ita factum, ego exdictus Iohannes domini gratia archiepiscopus, una mecum predicto adbocatore, recepimus a te ipsas duas libras argenteas, que michi necessarium fuit pro hac convenientia recipere. Et ego pro taliter per bonam comvenientiam per hanc cartulam, una mecum esset ipsum advocatorem, concedimus et confirmavimus tibi radolfo presbitero inclita ipsa ecclesia vocabulum sancte lucie virginis, que, ut dictum est, in iamdicta rebus vestra a nobo fundamine construxisti, ut amodo et omni tempore a parte nostri archiepiscopii secura et libera permaneat, et semper sit ad potestatem tuam et de tuis heredibus, omni tempore presbiteros seu monachos vel clericos ibidem hordinandum, quantos volueritis, secundum canonum instituta, sine mea et de meis successoribus, aut de partibus ipsius nostri archiepiscopii contrarietate vel requisitione. Et quale presbiteros vel monachos seu clericos per te et per tuos heredes, sicut supra dictum est, ibidem hordinati fuerint, sic semper ibidem siant, et securi et liberi permaneant, absque omni molestatione et contrarietate mea, et de meis successoribus, seu a partibus nostri archiepiscopii. Et nec nos nec nostris successoribus, nec pars nostri archiepiscopii, nullam angariam aut servitium, vel censum, vel qualivet datione imponamus aut exigere queramus. Sed, sicut dixi, de omnia securi et liberi permaneatis in iamdicta ratione a parte nostra nostrorumque successoribus, seu a parte exdicti nostri archiepiscopii. Et quae per te et per tuos heredes de rebus et causis vestris de vestris proprietatibus in eadem ecclesia datum et offertum fuerit, et si alia persona hominum de rebus et causis suis propriis ibidem datum fuerit vel offertum, semper firmiter permaneat in iamdicta tua ecclesia. Et non habeamus potestatem aliquando tempore nec ego, nec meis successoribus, nec pars nostri archiepiscopii per quamlivet modum aut ingenium aliquid exinde tollere, aut contrare, seu minuare. Sed semper ipsa ecclesia cum ipsis rebus et cum omnibus suprascriptis ad tuam et de tuis heredibus sit potestatem hordinandum et faciendum exinde in iamdicta ratione, sicut supra scriptum est. Et si forsitan aliquando tempore unus vel duobus vel plures, seu omnes altares ipsius ecclesie contaminatos fuerint, tunc nos et nostros successores, et pars nostri archiepiscopii

per omnes vices demus ad ipsos presbiteros seu monachos, qui, ut dictum est, per vos et per vestros heredis in iamdicta ratione in ipsa ecclesia hordinati fuerint, et ad nos vel ad successores nostros venerint aqua santificata, per quam deo iubante, altares ipsos ad restitutionem perducere valeant. Et potestatem habeamus ego et meos successores et missos nostros omni anno, quando voluerimus, ipsos presbiteros et monachos et clericos, quos in eadem ecclesia per te et per tuos heredes in iamdicta ratione hordinatos fuerint, ad nos illos venire facere et illos requirere et iudicare illos, secundum instituta canonum, absque vestra et de vestris heredibus contrarietate vel requisitione. Et nec tu nec tuos heredes licentiam habeatis presbiterum vel clericum cuiuscumque gradus ex altera diocesis, sine nostra et successorum nostrorum licentiam, in eadem hordinare ecclesiam. Et per omnem annum tu iamdictus radolfus presbiter et tuos heredes amodo et semper in ipsa festivitate sancte lucie detis exinde censum ad partem predicti archiepiscopii unum cereum duplicem de cubito. De qua per bonam convenientiam obligo me, ego qui supra Iohannes domini gratia archiepiscopus et meis successoribus, et pars nostri archiepiscopii, ut si aliquid, de quomodo superius legitur, quesierimus removere aut contrare, quomodocumque per qualecumque rationem; et talia, ut superius legitur, non adimpleverimus, componere tibi radolfo presbitero tuisque heredibus centum auri solidos constantinos. Et per convenientiam ipse radolfus presbiter obligavit se et suos heredes, si ipsum censum, sicut superius legitur, michi meisque successoribus, et ad partem predicti archiepiscopii, non dederint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere michi meisque successoribus, et ad partem predicti nostri archiepiscopii centum auri solidos constantinos. Et duas cartulas unius tenoris, hanc, quam ipsi radolfo remisi, et alteram, quam pars predicti nostri archiepiscopii retinet, te romoaldum notarium scrivere precepi.

Pax Ego qui supra iohannes archiepiscopus.

† Ego amatus presbiter et cardinalis

† Ego Iaquintus subdiaconus.

MCXLVII

A. D. 1051

✝ In nomine domini tricesimo tertio anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, Et duodecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, Et nono anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense Ianuario, quarta Indictione. Ante me Iohannem Iudicem domnus Iohannes venerabilis abbas monasteriorum sancte sophie et sancti michaelis archangeli, que constructa sunt intra hanc a deo conservatam salernitanam civitatem, et pertinent paldulfo filio serenissime recordationis domni guaimarii eximii principis coniunctus est cum sipha filia quondam stefani, que fuerat uxor aurimundi presbiteri, et cum griselaita filia eorum, et cum iohanne presbitero filio quondam iaquinti presbitero maritus ipsius griselaite. Et fecerunt inter se convenientiam cum idonei homines interfuere de rebus eorum, sicut inferius clarificabitur. Ipsi sipha, et iohannes, et griselaita dederunt ipsi domno abbati pro parte ipsius monasterii sanctae sophiae integram terram cum casa eorum, que est intra hanc salernitanam civitatem super platea que ducit ad rotensem portam, et est propinqua suprascripto monasterio sanctae sophiae, et est per fines et mensuras iusto pede manus hominis mensuratas: A parte orientis est finis terra ipsius monasterii sanctae sophiae et pedes viginti et unus. A parte septemtrionis est finis anditum et pedes nobem. A parte occidentis est finis via in qua stillicidium ipsius case fluit et pedes viginti et unus. A parte meridiei est finis terra ipsorum siphae et griselaitae et iohannis et pedes nobem, cum omnibus que intra ipsam terram cum casa sunt, cunctisque eius pertinentiis, et cum ipso stillicidio et cum vice de ipsis via et anditu ea ratione ut semper sit in potestate ipsius domni abbatis et successorum eius, et partis ipsius monasterii sanctae sophiae, et liceat illum et successores eius et partem ipsius monasterii de ea facere quod voluerint. Et ipsi sipha, et griselaita, et iohannes presbiter susceperunt ab ipso domno abbati, dum una cum eo esset advocatus eius, auri solidos quinquaginta septem in omni deliberatione. Et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes semper defendere ipsi domno abbati et successoribus illius: et partem ipsius monasterii integram suprascriptam terram cum casa per iamdictas fines et mensuras, cum omnibus que intra eam sunt, cunctisque eius pertinentiis et cum ipso stellicidio, et cum vice de ipsis via et andito ab omnibus hominibus et partibus. Et tribuerunt ipsi domno abbati licentiam, ut quando ille et successores illius, et pars ipsius monasterii illam, sicut suprascriptum est, defendere per se voluerint, potestatem habeant,

qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi sipha et griselaita, et iohannes presbiter et illorum heredes, ipsi domno abbati et successoribus illius, et parti ipsius monasterii sanctae sophiae non adimpleberint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere ant contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes componere ipsi domno abbati et successoribus illius et parti ipsius monasterii sanctae sophiae trecentos auri solidos constantinianos. Et taliter te romoaldum notarium scrivere precepi.

† Ego qui supra iohannes Iudex

† Ego ademari me subscripsi.

† Ego ademarius notarius me subscripsi.

MCXLVIII

A. D. 1051

† In nomine domini tricesimo tertio anno principatus Guaimarii gloriosi principis, et duodecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et nono anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense martio, quarta indictione. Ego adelferius diaconus archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, que constructa est intra hanc civitatem in plaiu de monte, qui sum unum de domini ipsius ecclesie ante idoneos homines per convenientiam tradidi aloare filie quondam maraldi pro parte ipsius ecclesie terram cum casa lignicia, in qua aliquanti parieti habet, et est a super ipsa ecclesia per fines et mensuras iusto pede manus hominis mensuratum ex omni parte fine ad alia terra ipsius ecclesie. A parte meridiei pedes triginta sex; ab occidente sunt pedes viginti duo: a parte septemtrionis est finis anditum ipsius ecclesiae, sunt inde pedes alii triginta sex: a parte orientis sunt pedes decem et octo. Tali ordine illud ei per convenientiam tradidi, ut amodo et usque viginti nobem anni completi, tota ipsa tradictione illa et eius heredes sue potestati tenerent et dominarent, foveas et omnes suas utilitates iusta ratione ibi facerent; et si voluerint, ibidem residerent, et alii ad residendum et ad avitandum deant usque ipsum constitutum, qualiter voluerint; et quicquit pro seditura vel datione tollere et habere potuerint usque ipsum constitutum, sivi habeant, et illa et eius heredes da completum amodo et usque unum annum da inde in antea per omnem annum usque ipsum constitutum deant michi, vel ad successores meos, seu ad partem predicte ecclesie censum pro ipsa traditione in calendis iunii tarenos duos bonos; et per omnem

annum infra ipsum constitutum, quando voluerint, potestatem habeant ipsam traditionem, ubi meruerit, conciare, cooperire usque ipsum constitutum faciant cum scindolis et alia lignamina, qualiter voluerint. Ad completum ipsum constitutum, si ego vel successores meos; seu pars predicte ecclesie lignamina ipsa de iamdicta traditione emere voluerimus, illa et eius eredes in ipsa traditione dimittant, et demus inde eis iusto pretium, quantum iuste fuerit appretiata; et si illam hemere noluerimus, potestatem habeant illa et eius heredes excutere de ipsa traditione tota ipsa lignamina, et omnia illorum causa movilia, et portare ubi voluerint, sine contrarietate mea vel de meos successores, seu de parte predicte ecclesie, et faciant exinde quod voluerint, similiter et si aliis illa vel ex ipsa ad residendum et ad avitandum dederint, potestatem habeant inde exire cum omnibus illorum causis. Et per convenientiam ipsa aloara guadia michi dedit et fideiussorem michi posuit pulcarum diaconum filium stephani; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes adimplere michi et ad successores meos et ad partem predicte ecclesie amodo et usque in ipsum constitutum omnia, sicut supra legitur. Et si, sicut superius scriptum est, ipsa aloara et eius heredes, michi et ad meos successores et ad partem predicte ecclesie non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicqua removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere michi, vel ad successores meos, seu ad partem predicte ecclesie quinquaginta auri solidos constantinianos. Veruntamen ut in ipsum constitutum ipsa terra vacua cum ipsis parietibus redeat ad potestatem de partibus predicte ecclesie, si ipsa lignamina pars predicte ecclesie, sicut supra scriptum est, emere noluerint, et in ipsum constitutum licentiam habeat ipsa aloara et eius heredes et homines, quos ad residendum vel ad abitandum illa vel ex ipsa dederint, inde exire cum omnibus illorum causis, et ire ubi voluerint; de suprascriptis vero lignaminis ipsa aloara et eius heredes sic inde permaneant cum partibus iamdicte ecclesie, sicut supra legitur. Et quoniam ipsa aloara fuerat uxor iohanni presbiteri, dicebat se vivere ad legem romanam, ideo hec suprascripta fecit secundum legem et romanorum consuetudinem per iamdicta guadia et obligationis penam. Et taliter scripsi ego ademarius notarius. Veruntamen ubi est disturbatum dicit iohanni, quod subiunxi ego dictus ademarius notarius.

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCXLIX

A. D. 1051

Summarium

Anno XXXIII principatus Guaimarii, et XII ducatus Amalphiae et Surrenti, et X eorumdem principatus et ducatuum Gisulphi filii eius, mense Martio, IV Indictione.

Coram Amato et Ioanne iudicibus, Petrus filius quondam Ioannis cognominati *Fasanese*, de viginti et quatuor partibus terrarum cum vineis , quae sunt apud Lucaniam , ub *Oleastrum* dicitur , partes septem remittit Audoaldo comiti filio quondam Adelpherii comitis, qui nomine et vice Guaimarii principis et ducis, iuxta commutationis hordinem iamdicto Petro concedit aliam terram cum vinea in eadem Lucania positam, in loco qui *Ridilianum* vocatur. Huius terrae haec sunt mensura et fines: ad Septemtrionem passi sexaginta et duo : ad orientem finis via et passi sexaginta et duo : ad meridiem finis terra episcopii Pesthani et passi quinquaginta et octo : ad occidentem finis terra eiusdem episcopii et passi quinquaginta. Fines autem et mensura terrae cum vinea , Oleastri sitae, haec sunt: ex superiori parte finis *media serra* iuxta termites fixos et passi nongenti et tres : ad orientem finis vallis , in qua *aqua viba* fluit , et ab ipsa valle coniungit se in *aquario* fontis vivi , et ab ipso fonte usque ad ipsam *mediam serram* se protrahit. Pro qua commutatione dat guadia et fideiussorem ponit Placidum diaconum filium quondam Sicardi.

Finis textus deest.

MCL

A. D. 1051

† σιγνον χειρὸς υασιλείου τοῦ τῆ τέχνη χαλκευς. Ἐν ονόματι τοῦ πατρος καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ άγιου πνευματος· ὁ προγεγράμμενος υασιλειος ὁ τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρὸν ἰδιοχείρος ποιήσας. ἐπεὶ καὶ ἔτι ζώντος τῆς πνευματικῆς μου μητρος κωνσταντινας ἔλαυον παρ αυτῆς καὶ παρα σοῦ ιωαννου τοῦ υἱοῦ αὐτῆς καὶ πνευματικοῦ ἀδελφοῦ. την φυτίαν ἣν ἔχεται ʼεν τῆ τοποθεσία τῶν πάλων ὅπερ ἐξωνήσασθαι

† Signum manus Basilii fabri ferrarii. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ego suprascriptus Basilius venerandam et vivificam crucem propria manu signavi. Quoniam, dum adhuc inter vivos ageret Constantina mater mea spiritualis , accepi ab ea et abs te Ioanne eiusdem filio meoque spirituali fratre plantationem quam habebatis

παρα τοῦ προρηθεντος υασιλειου, ὅστε καλληεργήσθε ταύτην καὶ φέρον εἰς τάσιν καθῶς αρμόζη· καὶ τὸ διακείμενον ἐχῆσε αργὸν χωράφιον ἵνα φυτεύσω καὶ αυτῶ καὶ ἀπο μὲν τῆς εἰρημένης φυτίας. ἣν ἔλαβον παρ ἡμῶν ἵνα ἔχεται ὑμεῖς μοίρας δῦο. καγῶ μοίραν μίαν. καὶ ἀπο τὴν ἐφύτευσα εγῶ ἵνα μοιράσωμεν ἀυτῶ ἐξ ἥσις· καὶ ἐπὶ χάριτι χριστοῦ τὸ ἔργον εἰς πέρας ἤγαγον καὶ τὰ ἀμφοτερα ἐκατέστησα ὡς δέεται. 'αρτίως εἰδήα υουλῆ ἡμῶν ἐδηεμερίσαμεν αὐτᾶ καθῶς ανωτέρω εἴρηται· καὶ εἴδη ἀπὸ τοῦ μεγάλου αμπελίου τὴν εφαρμόζουσαν μοι μοίραν μίαν· καὶ σὺ ὁ ρηθεὶς ιωαννης τὰς δῦο μοίρας καὶ ἔλαχεν σοι εἰς τά αρκτώα μέρια· καὶ ἀπὸ τῆν φυτιαν ἥν ἐφύτεῦσα ἐγῶ καθῶς ἐμοιράσαμεν ἐξ ἥσις ελαχέν σοι εις τα μεσιμυρηνα πλησιον τοῦ πρεσβυτερου υασιλειου καὶ ὁμολογῶ ἵνα καὶ διαμένη ἡ τοιαύτη μοιρασία μεχρι τέλους μη παρασαλευόμενος παρ ουδενὸς. η δὲ φοραθῶ μετατρεπόμενος τουτο ομολογῶ μὴ εισακούεσθαι αλλα καὶ προς παράυασιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ Ζημιούσθαι με ἐν τῶ δυμοσιω νομισματα λς'. καὶ ηθ ουτως 'ισχυρὰν καὶ υευαιαν διαμενέτο ἡ παρ ἐμοῦ γεναμένη μοιρασία παρουσια μαρτυρων. γραφὲν χειρὶ νικολάου νοταρίου μηνὶ μαρτιω ινδικτιωνος δ'. ἔτους ,ςφνθ',

† ιωαννης πρεσυυτερος της παναγιας μαρτυρω.

† σεργιος του πρεσυυτερου τις παναγιας μαρτυρω.

† λεων του πρεσυῦτερου μαρτυρω,

† νηκολαος πρεσβητερως μαρτυρω.

† σεργηος υιος ευπταχαλλης μαρτυρων ηπεγραψα

in loco ubi dicitur ad Palos, quam emistis ex me supradicto Basilio, ut vestro labore in bonum ordinem, ut decet, redigeretis; et (*accepi*) territorium incultum, quod ibi est, ut in eo plantationem facerem; et de praedicta plantatione quam a vobis accepi, ut vos haberetis duas portiones, et ego unam; et de plantatione quam ego feci, ut ipsam in aequalem partem divideremus; ac Christi gratia adiuvante, utrumque opus ad finem perduxi, et ad ordinem, qui decebat, redegi: nuper de propria nostra voluntate supradictam divisionem inter nos fecimus; ita scilicet, ut de maiori vinea una pars ad me pertineat, et reliquae duae, quae septemtrionem spectant, ad te praedictum Ioannem. Similiter et plantationem, quam ego feci, ex aequo inter nos divisimus: et tibi obtigit pars quae meridiem spectat, iuxta possessionem Basilii presbyteri. Quapropter volo, ut huiusmodi divisio usque ad finem permaneat, sine ullius impedimento aut molestia; quod si contravenire proponam, declaro me non esse audiendum, immo propter praevaricationem venerandae et vivificae Crucis poenae nomine solvere tenear Fisco publico solidos sex et triginta, et nihilominus ratum ac firmum permaneat huius divisionis instrumentum a me factum in praesentia testium. Scriptum manu Nicolai notarii mense martio, indictione IV, anno 6559.

† Ioannes presbyter SS. Deiparae testis.

† Sergius filius presbyteri SS. Deiparae testis.

† Leo filius presbyteri testis.

† Nicolaus presbyter testis.

† Sergius filius Euptacallis testis subscripsi.

MCLI

A. D. 1051

† In nomine domini tricesimo tertio anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et duodecimo anno ducatus eius amalphi et sirrenti, et decimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense martio, quarta indictione. Dum coram presentia suprascripti domni nostri guaimarii serenissimi et a deo conservati principis et ducis essemus nos Amatus et Ioannes Iudices, et plurima suorum more solito circumadesset turba fidelium, Ipse domnus princeps et dux semper solitus placitum deo exhibere famulatum, et cupidus in sanctis locis de rebus suis dare, per hanc cartulam dedit in ecclesiam beati confessoris felicis, que intra res suas que sunt in finibus lucanie constructa est de terris suis campestribus, et cum vineis que sunt propinque ipsi ecclesie, et ex omnibus partibus terris ipsius coniuncte, per mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte occidentis fine via et passi centum octoginta. A parte meridie est finis, sicut aliquantum vallitellum discernit, et passi centum: A parte orientis sunt passi centum octoginta et revolvit in ipsam partem orientis per vallonem passi septuaginta, et revolvit in parte septemtrionis passi octoginta sex; ab ipsa parte septemtrionis finis, sicut aliquantum vallone discernit et passi ducenti triginta cum omnibus que intra ipsas terras sunt cunctisque earum pertinentiis, et cum vice de ipsa via: ea ratione, ut semper sint in potestate custodum ipsius ecclesiae, et ipsis terris utantur, fruantur et de usufructu earum faciant quod voluerint: et ipse domnus princeps et dux obligavit se et suos heredes semper defendere custodibus ipsius ecclesie suprascriptam dationem ab omnibus hominibus, quibus per ipsos domnum principi et ducem et illius heredes illud vel ex ipso quomodocumque datum aut obligatum aut alienatum paruerit, et qui per illorum parte et dato quascumque causationes de eo ipsis custodibus iamdicte ecclesie preposuerint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse domnus princeps et dux et eius heredes ipsis custodibus iamdicte ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, obligavit se et suos heredes componere custodibus ipsius ecclesie ducentos auri solidos constantinos. Et duas cartulas unius tenoris, hanc quam ipsi ecclesie emisit et alteram quam ipse domnus princeps retinet, te romoaldum notarium scrivere precepimus, qui interfuisti.

† Ego qui supra amatus Iudex

† Ego qui supra Iohannes iudex.

MCLII

A. D. 1051

✝ In nomine domini tricesimo tertio anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et duodecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et decimo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense aprelis, quarta indictione. Ideoque ego astilfus presbiter filius quondam astilfi declaro me abere una sedili de casa fabrita intus civitate nova caputaquis cum heredes castaldi qui fuit thianum meum, et congruum est mihi inclita medietatem de iamdicta casa illam vindere ad amuri filium quondam iohannis presbiteri; et ideo, de sicut michi congruum est, bona enim mea boluntate per hanc quoque videlicet cartulam ante subscripti testes benumdamus atque ad semper abendum confirmamus tivi iamdicto amuri inclita medietate de iamdicta casa, qualiter michi est pertinentes, et ex omni parte mura circumdant per às fines et mensuras. Incipiente a pars orientis sunt pedes decem et octo: de subtus partibus per latitudo pedes quindecim et medium. A pars occidentis pedes decem et nobem et medium. De super parte pedes alii decem et nobem et medium, totum mensuratum at iusto pedem manum homini, et ex omni parte mura circundant. Hec vero prenominata casa de iamdicto locum per suprascripte finis et mensuras inclita medietate illam tivi iamdicto amuri benumdedimus. Unde nichil nobis aut ad heredibus meis, aut ad uxoribus, aut cuiquam hominibus de ipsa medietate non reservavimus, aut dicimus ibidem remanere sortione, set totum et inclitum illut tivi benumdedimus cum introitum et exitum et vice de plateis et anditis suis, cum strictolis et stillicidiis suis, cum inferius superiusque suis, et cum omnibus suis pertinentiis, at securiter et firmiter amodo et semper tu iamdictus amuri et tuis heredibus illos, ut dictum est, abendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum que tivi tuique eredibus placuerint sine omni nostra aut de nostris heredibus, aut cuiquam hominibus aliqua contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmanda et staviliscenda ec suprascripta vinditione, nunc a presente recepi a te iamdicto amuri aurei tari triginta in omne deliveratione, sicut inter nos combenit. Finitum est vero pretium ipsum, ut dictum est, aput nos ea ratione guadia tivi iamdicto amuri dedi et mediatorem tibi posui . . . . filium quondam disidei, et per eadem guadiam per combenientiam obligavit se ipse astilfus presbiter et suos filios et eredes ec suprascripta . . . .
ominibus ab omnique partibus; et quale tempore volueritis per vos ipsos exinde esse autores et defensores vice nostra licentiam et potestatem abeatis cum ista cartula, seu cum

quale alia monimen et ratione inde abere potueritis, in omnibus inde causare et finem facere, et eos vobis defensare. Nam, quando nos aut nostros heredes inde autores et defensores abere quesieritis, nos autem nostrisque heredibus illut nobis defensemus ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Quod si de ec omnia, ut superius legitur, retroare, remobere illos quesierint, et quodcumque causationes aversus vos exinde miserint, et omnia nobis non adimpleverint, sicut superius legitur, ideo per combenientia obligo me iamdictus astilfus presbiter et meos heredes componere tivi iamdicto amuri et at tuis heredibus, seu cui brebem istum vice vestra in manum paruerit, triginta auri solidi constantini, et omnia quod superius legitur, per invitis vobis adimplere per iamdicta guadia et predictum mediatorem. Et taliter scribere rogavimus te nicolaum diaconum et notarium intus caputaquis.

† Ego ursus subdiaconus et notarius.

† Ego ademarius presbiter et notarius.

MCLIII

A. D. 1051

† In nomine domini trigesimo tertio anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosus princeps, et duodecimo anno ducatus eius amalfi et syrrento, et nono [1]) anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximio princes et dux filii eius, mense aprelis, quarta indictione. Ego dauferi filius quondam birini, eo quod ante subscriptos testes, convenientibus est mecum iohanne et lando germanis filiis quondam sparani, et mulier nomine iemma que sumus mater et filii, ego autem dedit eis octo auri tari, et illis pro taliter tradiderunt michi una pecia de terra bacua in locum duflano non longe at rebus sancti mathaei, que est infra ec finis et mensuras: A pars orientis fine platea, inde sunt passi quinquaginta: A pars meridie fine de consortibus meis, inde sunt passi biginti dui: a pars occidentis inde sunt passi quinquaginta: a pars septemtrionis inde sunt passi biginti, et coniungit at priore fine in tali ordine, ut amodo et usque at tempu de isto mense aprelis prius benientem rediret michi ipsi octo auri tari boni de moneta bona, et ego eis remittat inclita ipsa sua sortione de predicta rebus, ut diximus, que est quarta pars de pre-

---

[1]) Potius *decimo*.

dicta rebus infra predictas mensuras, ut diximus ; et si ipsi octo auri tari in predictum constitutum michi de propia causa non retdiderit, ab illo die in antea abeamus inclita ipsa sua sortione de predicta rebus , quas per cartulam emtionis semper defensatum per illis et per illorum eredes ego et meos eredes da omnes omines omnique partibus cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis , et cum bice de bia sua ; et si rebus ipsa illut recollexerit et totum ipso pretium michi vel a meis eredibus retdideret aliquando tempore, non abeat potestate rebus ipsa cuicumque illut dare per nullis modis, nec alienare nisi michi et at meis eredibus dandum ad iusto baliente pretium, quod iuste fuerit atpretiatum, et faciat me vel meos eredes scire pro illut emendum per tertio constitutum usque in dies triginta sex; et si infra ipsa constituta cuicumque illut dederit, ut de nostra potestate exet substractum , sine pretium rebertat at nostra et de nostris eredibus potestatem, faciendum inde ego et meos eredes omnia que nobis placuerit. et si infra ipsa constituta voluerimus eos tollere et daret inde ipso supradictum pretium , post ipsa constituta liceat illut dare cui boluerimus. De qua per bona combenientia guadia michi ipsa mater et filii dederunt et fideiussorem michi posuerunt seipsis per partes placentes; et si taliter omnia suprascripta michi vel a meis eredibus non adinpleverit et aliquit inde contradixerit, per ipsa guadia componere obligaberunt se nobis vel a nostris eredibus, vel cui brebem iste in manum paruerit, decem auri solidos constantinianos, et omnia, quantum et quomodo superius legitur, per inbitis illut nobis adinplere per iamdicta guadia et obligata pena. Et taliter scribere rogabimus te madelmus notarius, actum salerno.

† Ego iohannes

† Ego guisenolfus me subscripsi.

MCLIV

A. D. 1051

† In nomine domini tricesimo tertio anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis , et tertio decimo anno ducatus eius amalfis , et duodecimo anno ducatus illius sirrenti , et decimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis , mense maio , quarta Indictione, Ante me Iohannem Iudicem mastalus filius quondam mansonis qui cognominatus est cackabellu, et maurus filius quondam lupeni de maurisculo, et Iohannes filius quondam alfani , et mastalus filius gutti coniuncti sunt cum sergio filio quondam Iohannis, qui cognominatus est iuncatellu, et cum Iohannes

filius quondam leonis, et cum urso et iohanne gastaldeis filiis quondam iohannaci gastaldei , et cum iohanne filio quondam sergii de lupeno , et cum mastalo filio quondam sergii, qui cognominatus est cackabellu, propter intentiones quas inter se habuerunt de rebus eorum de loco beteri, ex quibus partem divisam habent, sicut illorum cartule continent, partem vero indivisam, et illud quod indivisum est , devent dividere in quinque sortis. Unam partem ex eo devent tollere ipsi mastalus filius mansonis, et maurus filius lupeni, et Iohannes filius quondam alfani , et mastalus filius gutti : hi omnes cum germanis fratribus eorum, qui nichil ex eo retinent, et alteram partem ipsi sergius filius Iohannis, et Iohannes filius leonis , et alteram partem ipsi ursus et Iohannis gastaldei , et aliam partem ipse Iohannes filius sergii, et aliam partem mastalus filius sergii cum fratribus suis, et de ipso comuni hi qui illut retinent pastenatum habent. Nunc autem convenit inter eos , ud hi omnes suprascripti darent quintam partem ex ipsis rebus , que indivise sunt, et eorum heredes ipsis mastalo, et mauro , et iohanni, et mastalo , et illorum heredibus iuxta finem rerum ecclesie sancte marie que eis pertinet , et ipsi omnes alii et illorum heredes tollerent partes suas ex eo quod pastenatum habent unusquisque per rationem. Et cum taliter illut inter se divisum abuerint , sicut suprascriptum est , illi et illorum heredes firment inter se cartulam divisionis a puplico scriba scriptas , in quibus iudex, aut idonei subscribantur testes cum guadiis et fideiussoribus et penis obligationis de centum auri solidos constantinis , sicut lex et consuetudo istius est civitatis. Sic tamen , ud ipsi ursus et iohannes gastaldei, si boluerint, et illorum heredes habeant suas partes ex eo quod pastenatum habent iuxta rationem, et securiter habeant res eorum, quas paratas habent , coniunctas cum suprascriptis rebus , et ipse mastalus filius mansonis in omnibus suprascriptis faciat permanere mansonem germanum suum et eius heredes, tam ipse mastalus, quam et eius heredes et ipse iohannes filius alfani et eius heredes in omnibus suprascriptis faciat permanere petrum et alfanum germanos suos et illorum heredes, et mastalus filius ipsius gutti , qui omnia que in anc cartulam scripta et scribenda sunt , fecit per absolutionem ipsius genitoris sui, et eius heredes faciat in omnibus suprascriptis permanere iohannem et maurum, et leonem fratres suos, et illorum heredes, et ipse iohannes filius leonis et eius heredes in omnibus suprascriptis faciat permanere aloaram uxorem suam et eius heredes, et ipsi ursus et iohannes gastaldei et illorum heredes in omnibus suprascriptis faciat permanere pantaleonem fratrem eorum et illius heredes, et ipse mastalus filius sergii et eius heredes in omnibus suprascriptis faciat permanere iohannem et mansonem et ursum fratres suos et illorum heredes. Et per convenientiam ipsi sergius, et iohannes, et mastalus, et maurus, et iohannes et mastalus guadia ipsis urso et Iohannis

gastaldei dederunt, et ipsi sergius et iohannes fideiussorem eis posuerunt sergium filium quondam landulfi, qui cognominatus est curiale, et ipsi alii fideiussorem posuerunt mansonem filium quondam sergii , qui cognominatus est cackabellu , et per ipsam guadiam obligaverunt se et suos heredes , si suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, et, sicut superius legitur, non adimpleverint, componere ipsis urso et iohanni et illorum heredibus centum auri solidos constantinianos, et sicut superius legitur, adimplere. Veruntamen suprascriptas res ipsi omnes suprascripti et illorum heredes, sicut suprascriptum est, habeant cum vice de viis suis, et inter virgulas legit gatti. Et taliter te iohannem notarium scrivere precepi.

† Ego qui supra iohannes Iudex.

MCLV

A. D. 1051

† In nomine domini trigesimo tertio anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et tertiodecimo anno ducatus eius amalfis, et duodecimo anno ducatus illius sirrenti, et decimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense maio, quarta indictione. Ego Adelferius clericus Archipresbiter et Abbas ecclesie sancti maximi , que constructa est intra hanc civitatem , qui sum unum ex illis, quibus ipsa ecclesia pertinet, ante subscriptos testes, per convenientiam tradidi potoni molinatoris filio quondam ursi integrum molinum, quod pertinet ipsi ecclesie foris hac civitate, quod constructum est in fluvio lirino, cum molis et ferraturiis, et arcaturiis eius, et cum isclis eius, et cum omnibus eius pertinentiis , qualiter ipsum molinum perfecte macenare potuerit , et qualiter illud usque nunc molitores tenuerunt , quod dictum est , cum molis bonis et ferraturiis bonis conciatis taliter illud ei tradidi , ut amodo et usque unum annum completum, ut se compleat in ultima die de suprascripto mense maio tota suprascripta traditione ille et eius heredes sue potestatis tenerent et dominarent, foveas et omnes suas utilitates iusta ratione ibi faciant, et diem et noctem ipsum molinum macinare, ut iustum fuerit, faciant. Et si, quod absit, per plenam arcaturia ipsius molini disrupta fuerit, tunc ego, vel successores mei, aut pars iamdicte ecclesie per omnes vices ipsa arcaturia conciare faciamus , ut ipsum molinum bene macinet: et ipse potus et eius heredes ibidem cum hominibus et mercenariis suis per omnes vices ibi adiubent, ut iustum fuerit, ad conciandum. Et si mole consumpte fuerint, ut ipsum molinum bene macinare

non possat, per omnes vices ego et successores mei, vel pars ipsius ecclesie molas eidem per omnes vices bone, ut ipsum molinum bene macenare possat, et veteres molas exinde tollamus, faciendum ex eis quod voluerimus. Similiter et si ferraturia ipsius molini disrupta fuerit, per omnes vices pars ipsius ecclesie illas concient, ut iustum fuerit. Et quicquit molitura in ipso molino intraberit usque ipso constitutum, totum illut sibi habeant, faciendum inde quod boluerint, tantum per omnem mensem usque completum ipsum annum deant ad partem predicte ecclesie pro molitura de ipso molino quattuor modiis culmen mensuratis de bono tritico ad modium domnicum plateaticum, et ipso tritico nobis deant ad ipsum molinum, et si pro ruptura ipsius arcaturiis ipsum molinum opera perdiderit, tanto tempore quanto pro ipsa ruptura opera perdiderit per rationem pars predicte ecclesie sibi imputet de ipsa molitura; et ille et eius heredes per omnem mensem imputent sibi ex diebus quas pro ipsa ruptura opera perdiderit, ipsum molinum unam diem, et de ipsa die deant ad partem predicte ecclesie molitura per rationem, sicut dederint per unum mensem. Et cotidie, quando meruerit et voluerimus usque ipsum constitutum ille et eius heredes macenare faciant michi vel successoribus meis, seu partibus iamdicte ecclesie tantum victum, quantum sufficiat ad totam domum nostram, sine omni detinentia et absque molitura. Et per combenientiam ipse poto guadia michi dedit, dum idonei homines interessent, et fideiussorem michi posuit seipsum, et constantium filium quondam basilii. Et per ipsam guadiam ipse poto obligavit se et suos heredes adimplere michi meisque successoribus et partibus iamdicte ecclesie omnia, sicut suprascriptum est, usque iamdictum constitutum. Ad completum ipsum constitutum integra ipsa traditione iusta ratione salva cum molis et ferraturiis et casa quam facta est super ipsum molinum iusta ratione salvum totum illut remittant michi, vel meis successoribus, seu partibus iamdicte ecclesie, et liceat illos et eius heredes inde exire cum omnibus illorum causis et ire ubi voluerint; et si, sicut superius scriptum est, ipse poto et eius heredes michi meisque successoribus et partibus iamdicte ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam per convenientiam obligavit se et suos heredes componere michi meisque successoribus et partibus iamdicte ecclesie quinquaginta auri solidos constantinianos. Et taliter scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego truppoaldus notarius me subscripsi

† Ego ademarius notarius me subscripsi.

MCLVI

A. D. 1051

† In nomine domini trigesimo tertio anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et tertiodecimo anno ducatus eius amalfis, et duodecimo anno ducatus illius sirrenti, et decimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense maio, quarta Indictione. Memoratorium factum a me iohannes venerabilis abbas ex monasterii sancte sofie, que sita est intus cives Salerni, eo quod ante suprascripti idoneis homines, per combenientia vice ipsius monasterii, quam et pro vice Gemme relicta quondam guaiferii comitis, qui ipsum monasterium a nobo fundamine construxit, ad tenendum et lavorandum tradidit stefani de sianum filio quondam leoni una pecia de terra cum quertietum, et bacuum uno tenientem, quod pars iamdicti monasterii cum predicta gemma communiter abuit in eodem locum sianum per ec fines et mensuras: de ex omni parte fine ipsius monasterii et predicte gemme: a pars orientis inde sunt passi dugenti quadraginta duo: a pars meridie inde sunt passi quadraginta tres: a pars occidentis inde sunt passi ducenti quadraginta tres: a pars septemtrionis abiente usque priora fine inde sunt passi viginti octo, totum mensuratum ad iusto passu hominis. In oc hordine illut ipsius stefani tradidit, ut dictum est, vice ipsius monasterii et pro vice predicte gemme, ut amodo et semper tota et inclita ipsa supradicta est traditio per iamdicte finis et mensuras ad suam et de suis eredibus sint potestatem tenere et dominare, et fovee et omnis sue utilitatis per rationem ibidem facere. Et per totum infra ipso quertietum et bacuum, ubi meruerit . . . . et ipsa terra laborare et cultare, sicut decet . . . . amodo et usque duodecim anni completi abeant ibidem perfectum castanietum factum et surtum bonum, sicut de tantos annos fuerit et locus ipse meruerit; et amodo et usque decem anni completi quante castanee inde colligere potuerint, totum ille sibi abeant et nullam sortionem inde ei tollere queramus. Ipse quertie, si abuerint, amodo et semper medietatem inde ad pars ipsius vestri monasterii et ipsius iamdicta gemma deant, et medietatem inde sivi abeant. Preter de quod amodo et semper ibidem seminaberit, deant inde nobis vel ad pars ipsius prephati monasterii terraticum secundum consuetudinem de ipso locum. Da ipsi decem anni completi in antea usque duos annos, ut amodo se compleant duodecim anni, de omnes ipse castanee, quod inde collexerint, medietatem inde deant a pars ipsius monasterii et de iamdicta iemma. Da ipsi predicti duodecim anni completi in antea, dum ille et eius eredes ipsa suprascri-

pta traditio in iamdicto ordine tenere et lavorare voluerit, apto tempore de super et de subtus illut lavorare et cultare et, ubi meruerit, infra illut viscilii de castanee ibidem plantare, sicut meruerit, ut bonum pareat lavoratum et cultatum, sicut decet, ut proficiant et non dispereant; et annualiter temporibus suis ipse castanee rationabiliter colligere ei seccare, sicut meruerit, et faciant ille et eius eredes scire pars predicti monasterii vel de iamdicta gemma, ut ibidem dirigamus missum nostrum, et ille et eius eredes ipse castanee secce dividant per medietatem: ipsum missum predicti monasterii et de predicta gemma tollat de omnes ipse castanee secce medietatem, et ille et suis eredibus medietatem. Et quando ipse castanee et glandi cum ipso missum dividerit, illis eum nutricare, sicut meruerit. Et de quod amodo et semper ibidem seminant, deant inde terraticum ad ipsum missum, sicut supradictum est. Et si da ipsi supradicti duodecim anni completi in antea ille et suis eredibus suprascriptam traditionem in predictum ordinem tenere et lavorare non voluerint, inclitum illut lavoratum et cultatum, qualis meruerit, remidtat ad pars prephati monasterii et de iamdicta gemma, faciendum quod voluerit. De qua per combenientia guadia mihi ipse iamdictus stefanus dedit et mediatorem mihi posuit vice predicti monasterii et pro vice nominata iemma seipsum; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus. Quod si taliter omnia, sicut superius legitur, ille et suis eredibus ad pars ipsius monasterii et de predicta gemma non adimpleverint, et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia componere hobligavit se ipse supradictus stefanus et suis eredibus, mihi meique successoribus, vel ad pars prephati monasterii, viginti aurei solidi constantiniani. Et hunc brebem scripsi ego petrus et notarius.

† Ego amatus presbiter.

MCLVII

A. D. 1051

† In nomine domini tricesimo tertio anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et tertiodecimo anno ducatus eius amalfis, et duodecimo anno ducatus eius sirrenti, et decimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense iunius, quarta indictione. Memoratorium factum a me iohannes presbiter et monachus et abbas ecclesie sancte sofie, que constructa est intra ac cibitate, et ipsa ecclesia que monasterium est, pertinet paldolfo frater suprascripti domni nostri guaimarii, eo quod ante subscriptos idoneos omines per combenientiam tradidi iohanni castaldo filio quondam grimoaldi et iaquinto filio quondam isari, et urso filio quondam raidolfi ter-

ram bacuam, que ipsi monasterio pertinet abere foris anc cibitatem in loco ubi dulicara dicitur, que est per fines et mensuras: a parte meridiei finis flubius ubi calor dicitur et passos ducentos triginta quatuor: a parte occidentis similiter finis ipso fluvio et finis terra sacri salernitani palatii et passos ducentos: a parte septemtrionis finis terra ipsius sacri palatii et passos ducentos decem: a parte orientis similiter finis terra ipsius sacri palatii et finis ipso flubius et passos ducentos sexsaginta; tali ordinem suprascripta terra per iamdictas fines et mensuras iusto passu ominis mensurata ipsis iohanni, et iaquinto, et urso per combenientiam tradidi, etiam et tradidi eis bicem de pascuis que ipsi monasterio in eodem loco pertinet abere, ut in ipsis pascuis animaliis eorum ad passendum mitterent, ut amodo et usque duodecim anni completi tota suprascripta traditione cum ipsam bicem de ipsis pascuis, sicut supra legitur, illis et illorum eredes sue potestatis teneant et dominent, fobeas et omnis illorum utilitat's iusta ratione ibi faciant. Et omnis anno abto tempore arent ipsam terram et arare faciant, sicut meruerit, et seminarent eam quale sementem ibi meruerit, et labori ipsi apto tempore studiarent, sicut meruerint. Et apto temporem illud meterent et procurarent, et adunarent ibique ad area, et faciant scire me et subcessores meos, vel partem suprascripti monasterii, ut ibi dirigamus missum, et illis toti ipsi labori ante eum tritulent, et bictum ipsum bonum concient, sicut meruerit, et iustum terraticum, sicut est consuetudo ipsius loci, ex ipso bicto ibique ad ipsum missum deant reliquum quod exinde remanserit, sibi abeant, faciendum inde quod boluerint. Et ipsum terraticum, quod ad partem predicti monasterii ebenerit, per annum apto tempore salbum illud portent ad cellarium, quod pars predicti monasterii abet ad ecclesiam sancti martiris laurentii de eodem loco, quam ipsi monasterio non pertinet, et salbum illud ibidem ad partem predicti monasterii atsinget: ipsum missum, dum pro ipso bictum recipiendo ibi steterit. illis eum nutriant secundum illorum possibilitate. Et per combenientiam ipsi iohannes, et iaquintus, et ursus guadia michi dederunt et fideiussore michi posuerunt iohannem filium quondam petri; et per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes amodo et usque ipso constitutum conpletum adinplerent michi meique successoribus et parti ipsius monasterii omnia, sicut supra legitur; post conpletum ipsum constitutum ipsa traditione bacua remittant ad potestatem predicti monasterii, et illi et illorum eredes licentiam abeant inde tollere omnes illorum causas. Tantum labori, quod si in ipsa traditione illo anno quando ipso constitutum conpletum fuerit, seminaberint, licentiam abeant illi et illorum eredes illo anno toti ipsi labori recolligere, et ipsum terraticum, ut suprascriptum est, ex eo ad partem predicti monasterii darent, et portent illud ad ipso cellarium, ud dictum est, et sic ipsa traditio remittant ad partem predicti monasterii; et si,

sicut superius scriptum est, ipsi iohannes, et iaquintus, et ursus et illorum eredes ad partem predicti monasterii, et michi meique subcessoribus non adinpleberit, et suprascripta vel ex eis quicquit remobere aut contradicere presumserit, per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes componere michi meique subcessoribus, et parti ipsius monasterii quinquaginta auri solidos constantinianos. Verumtamen oc memoramus, quoniam suprascripta ecclesia sancti laurentii non pertinet suprascripto monasterio, et illud quod est inter birgulos legit non. Et taliter te iohannem notarium scribere rogabimus.

† Ego ademari notarius me subscripsi

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCLVIII

A. D. 1051

† In nomine domini anno millesimo quinquagesimo primo ab incarnatione domini nostri ihesu christi, et tertio anno pontificatus domni nostri leonis sanctissimo pape, et quinto anno imperii domni heinrici invictissimo imperatori, mense augusto, quarta indictione [1]. Ego alerissi filius cuidam eroici declaro me pertinentem habere rebus, que est vinea et terra et castanietum in locum, ubi cerbarezze dicitur, propinque ecclesia, que modo destructa est vocabulo sancti primiani; non enim longe ab alia ecclesia vocabulo sancti trifoni pertinentem mihi eadem rebus alambertus cognatus meus filius quondam dauferii, et a sikelgaita uxore sua sorore mea per cartulam, quam scripsit trasemundus clericus et notarius, quod exinde aput me firmatam reteneor. Modo vero ipsa rebus mea congruum habeo donare iohanni filio quondam musandi et sikelgaite filio ciceri clerici, que est uxor petri clerici filii cuidam sparani; set, dum hoc intellexit tassila uxor mea, ideo valde me obsecrare cepit, ut et ipsa a parte aplicaret se in ac donatione propter quartam suam partem, quod exinde legibus est perceptura per scriptum suum morgincaphi, quod ego ei emisi alia die nostre copulationis; ego autem preces eius benigne exaudivi, et iuxta legem ei consensi. Quapropter ego qui supra alerissi, quam et ego nominata tassila, que

---

[1]) Hoc primum est Tabularii Cavensis Instrumentum ex illis quae langobardorum Salerni Principum tempore sunt, ubi vulgaris annus pro Principum annis usurpatur.

sum uxor eius, ideo, dum nobis congruum esse videtur, bona etenim nostra voluntate ante ydoneos homines subscriptos testes et mihi predicte mulieri iuxta legem consentientem eodem vir ac mundoald meum , in cuius mundium legibus subiacere cognosco , per hanc videlicet cartulam ambo unanimiter donabimus vobis supradictorum iohanni et sikelgaite uxor ipsius petri clerici integra ipsa rebus nostra, que est vinea et terra et castanietum, quod superius declarabi ego ipse alerissi pertinentem habere in iamdicto loco, ubi cerbarezze dicitur , propter quo eadem ecclesia vocabulo sancti primiani , que modo destructa est, non enim longe ab ipsa alia ecclesia vocabulo sancti trifoni. Et quibus ipsa rebus, quod vobis donabimus hec.finis habet : de una parte que est de subtus fine via puplica, ubi erga eadem via fontana commune esse videtur : de alia parte qualiter ascendit per alia via puplica: de alia parte directum descendente erga ipsa rebus iamdicti lamberti et iamdicte sikelgaite uxori sue, quod sibi reserbaverunt, sicut ibidem termini positi sunt, et qualiter vadit directum per media tornatoria, que est inter hoc quod vobis donabimus, et ipsa vinea ipsorum lamberti et sikelgaite uxori sue usque in alio termine, qui positus est erga iamdicta via puplica propinquo predicta fontana commune priora fine. Infra hec vero omnes supradicte finis, nec vobis , nec cuicumque alteri homini nullam exinde reservabimus habendum, set integra ipsa iamdicta rebus per supradictas finis, qualiter prelegitur, una cum inferius et superius, cum viis et anditis suis per ipse iamdicte vie , atque cum omnibus suis pertinentiis et cum portione nostra de iamdicta fontana commune , atque cum omnibus suis pertinentiis integrum illut vobis predictorum iohanni et sikelgaite uxor ipsius petri clerici trasactibo donabimus habendum et possidendum. Quam et donabimus vobis ipsa iamdicta cartula nostra het una alia cartula , que est scripta per simeonem clericum et notarium , et unum brebem qui est scriptum per iohannes clericum et notarium, et portionem de tota ipsa monimina exinde pertinentes et continentes ad habendum illut vobis pro defensione, sicut ic subter legitur. Unde pro confirmanda hanc supradicta nostra donatione iuxta legem suscepimus inde a te predicto iohannes , tam pro vice tua quam et pro vice ipsius sikelgaite cognate tue launegilt sexaginta et septem tari ex auro boni de moneta bona ea ratione, ut amodo et semper tam vos predictis iohannes et sikelgaita, et vestris heredibus, et illis cui per vos illud datum paruerit et illorum heredibus predicta nostra donatione, sicut superius legitur, habere et possidere debeatis , securiter exinde faciendum omnia quod volueritis, sine contradictione nostra et de nostris heredibus, et sine cuiuscumque requisitione. Quod si aliquando tempore nos aut nostris heredibus vobiscum aut cum vestris heredibus, vel cum illis, cui per nos illud datum paruerit, aut cum illorum heredibus ex predicta nostra donatione , velut prelegitur , per qualecumque

inventa ratione causare aut contendere presumserimus, querendum illud vel exinde vobis tollere aut contrare, aut si hoc removere quesierimus, ideo ante omnia quinquaginta solidos constantinianos nos vel nostris heredibus vobis predictorum iohanni, et sikelgaita et ad vestris heredibus, et ad illis cui per vos illud datum paruerit, et ad illorum heredibus pena componere obligabimus, et in antea omni tempore exinde adversus vos per imvitis tacitis et contempti maneamus per iamdicta obligata pena. Igitur autem obligamus nos supradictis alerissi et tassilo, que sum uxor eius, iuxta legem mihi consentientem eodem vir ac mundoalt meum, et nostris obligamus heredibus vobis predictorum iohanni et sikelgaite ed ad vestris heredibus, et ad illis cui per vos illud datum paruerit, et ad illorum heredibus antistare et defendere vobis cuncta supradicta nostra donatione amodo et semper ab omnibus hominibus ab omnique partibus una cum omnibus suis remeliorationibus secundum langobardorum legem per iamdicta obligata pena. Sic tamen ut semper quando quesieritis vos exinde auctores et defensores habere, remittite aput nos predicte duobus cartule et iamdictum brebem, qui sunt inde pertinentes et continentes, tales ut ad legem illas ostendere valeamus, ad habendum illas aput nos per dies triginta ad causandum et finem faciendum cum nostris causatoribus, et sic antistemus et defensemus integrum illud vobis, sicut supra obligati sumus, et semper post ipsis diebus triginta remittamus aput vos ipse iamdicte duobus cartule et predictum brebem salbum et tales, qualem vos illos nobis dederitis per iamdicta obligata pena. Et quando volueritis per vos exinde habere autores et defensores, potestatem habeatis vos et vestris heredibus, et ille cui per vos illud datum paruerit et illorum heredibus ipsa iamdicta monimina exinde pertinentes et continentes ad legem ostendere ea cum nostris causatoribus ex ipsa nostra donatione causare atque contendere omne et definitionem cum eis exinde facere, sicuti nos inde facere deveamus; et quando volueritis per vos ipsos, illud vobis defendite et securiter possidete: hec omnia . . . . . . ego iamdicta tassila feci illut per consensu et voluntate ipsius viri ac mundoaldi mei secundum legem atque communiter cum illo quam te trasemundum clericum et notarium taliter scribere rogabimus. Actum beneventi feliciter,

† Ego poto testes.

† Ego rimipersus clericus me subscripsi.

MCLIX

A. D. 1051

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri Guaimari gloriosi principis, et tertiodecimo anno ducatus eius Amalfis et sirrenti, et decimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense septembre, quinta Indictione. Ante me Iohannem Iudicem castelmannus comes filius quondam adelferii comitis coniunctus est cum ademario filio quondam petri clerici, et ipse ademarius clarificavit se habere terram cum casa fabricata solarata intra hanc salernitanam civitatem subter platea que ducit subtus ecclesiam sancti maximi, quam dixit esse per fines. A parte meridiei finem terra cum casa ipsius castelmanni: a parte occidentis fine anditum, in quo stillicidium ipsius case fluit, et in quo scala lignea posita est, latitudinis pedum duorum et plante cum pollice· a parte septemtrionis finem terram cum casa ipsius castelmanni: a parte orientis similiter finem terram cum casa ipsius castelmanni. Et ostendit duas cartulas ex ipsa terra cum casa continentes scriptas per iaquintum notarium. Unam tricesimo octabo anno principatus domni guaimarii, et nono anno suprascripti domni guaimarii eius filii, mense december, decima indictione, et in ea subscriptus ragemprandus iudex. Alteram nonodecimo anno principatus suprascripti domni nostri guaimarii gloriosi principis filii ipsius domni guaimarii, mense ianuarius, quinta indictione, et in ea subscriptus amatus iudex. Et sicut ipso ademario congruum fuit, sua voluntate per hanc cartulam vendidit ipsi castelmanno integram suprascriptam terram cum casa per iamdictas fines cum omnibus que intra eam sunt, cunctisque eius pertinentiis et cum ipsa scala et iamdicto stillicidio, et cum vice de ipso andito, et cum suprascriptis cartulis; ea ratione, ut semper sit in potestate ipsius castelmanni et heredum eius, et liceat illum et eius heredes de eo facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipse ademarius suscepit ab ipso castelmanno statutum pretium auri solidos quinquaginta duo in omni deliveratione. Et per convenientiam ipse ademarius guadia ipsi castelmanno dedit, et fideiussorem ei posuit alferium presbiterum filium quondam iohannis. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi castelmanno et illius heredibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus ea ratione, ut quando ipse castelmannus et eius heredes ipsum ademarium et eius heredes defensores de ea habere quesierint, per omnes vices dent eis suprascriptas cartulas salbas habendas per omnes vices diebus sexaginta. Et per omnes vices ipse ademarius et eius heredes suprascriptam venditionem ipsi castelmanno et illius heredibus, sicut suprascriptum est, defendant. Et

post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas, qualis eis date fuerint, illis retdant. Et ipse ademarius tribuit iamdicto castelmanno licentiam, ut quando ille et eius heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam venditionem per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse ademarius et eius heredes ipsi castelmanno et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta, vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere ipsi castelmanno et illius heredibus centum auri solidos constantinianos, et sicut superius scriptum est, adimplere. Et taliter te ademarium notarium scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes Iudex.

MCLX

A. D. 1051

† In nomine domini tricesimo quarto hanno principatus domni nostri guaimarii, et tertiodecimo anno ducatus eius amalfi et surrentu, et decimo anno suprascriptorum principatus et ducatus ipsorum domni gisulfi gloriosorum eximii principis et ducis filii eius, mense decembri, quinta indictione. Memoratorium factum a me romoaldus filius quondam racisi presbiter de loco masciano eo quod ante godeni gastaldi de mitiliano et alii testes coniuntus sum ad vona combenientia cum iohannes filius quondam amandi, et cum iohannes, qui dicitur casalina, filius quondam marandi: ipse iohannes vice sua quam et pro vice uxoris sue nomine mira filia quondam iaquinti propter ad dibidendum inter nos rebus quod abemus in locum marianu, monte et plano, qualiter dominaturi et possessuri sumus per nostris rationibus et de gradum parentum: in primis dividimus et dixfinibimus ipsa rebus, ubi per partes sumus residentis: ipse iohannes casalina pro parte et vice uxoris sue et pro consortibus suis compreensit inclita una sorte, quod est tertiam parte, ubi ille residentes est, que est a pars occidentis cum ipsa rebus, que ibidem paratum abet amandus presbiter, et ipse iohannes filius supradicti amandus compreensit una sorte mediana et ego romoaldus cum nepotibus meis nomina illarum pando, et berengari, et iohannes germani, filii quondam petri, qui fuit germanus meus, una cum illis compreensimus alia tertia parte, qualiter sumus residentis, que est a pars orientis et illut da aira quod ego et rackisi presbiter genitorem meum et cum ipsi alii germani mei venditum abemus ad delectus et meringno per finis et mensuras, sicut illorum cartula continet per tantam mensuram inde

compreendat ipse iohannes filius amandi, et aliut tantum similiter compreendat ipse iohannes casalina, sic illud dividant in tres sortis ad equalis mensuria, et ubicunque de rebus nostra inbentus dederit de ipsa rebus que est vitata, et olibeta, et insiteta, et castanieta, illam inter nobis siat divisa in tres sortis, ut non sorte mutemus ipse sortis, tantum ad equalis mensura inter nobis siant mensurate, et residentis siamus, qualiter fuit ipsi genitoribus nostris. Iterum et dibidimus ipsa rebus que dicitur ad pulbica da pede sicut ballone discernit et saliente usque in media serra de ipsum monte, et fecimus inde tres sortis da pede usque in capite, unde michi tradiderunt et dederunt in sorte mea inclita tertiam parte, a parte meridie ad fine de ominibus atrianensi, et ipse iohannes compreensit inclitam tertiam parte que est mediana, et ipse iohannes compreensit alia tertiam parte, que est a pars septemtrionis, et dividimus alia pecia de terra, ubi ad casole dicitur, et in superfluo dedimus et tradidimus ipsius iohanni casalino quantum ad pastenandum retinet falco filius grimoaldi, totum illut siat ad suam potestate in superfluo et de inde in foras, sicut termiti fissimus usque in capite de ipsum monte fecimus inde tres sortis. Unde ego cum ipsi nepotibus meis compreensimus inclitam tertiam parte, et ipse iohannes casalino compreensit inclita tertiam parte que est mediana, et ego iohannes filius amandi compreensit alia tertiam parte salientem usque in capite de ipsum monte. Iterum et dividimus alia pecia de terra ubi dicitur alle cabezuncle unde ipse iohannes compreensit una sorte, qualiter ad pastenandum retinet petrus filius quondam iohanni, securiter illut sibi abeant per ille finis et mensure, sicut continet ipsi brebi de ipsa pastenatione, et da inde in foras nos conpreensimus due sortis, et ipse musandus una tertiam parte, et ipse iohannes alia tertiam parte, qualiter ibidem sumus residentis; et per ipsa montanea et per ipse serre da inde in foras ubicunque inbentus dederit, sic illut dividamus omni tempore in tres sortis, sicut superius diximus, ego superius romoaldus cum ipsi nepotibus meis abeamus inde inclita tertiam parte, quod nobis ebenire debet, debeo ego romoaldus exinde tollere due sortis, et ipsi nepotibus meis tertiam parte; pro qua ego paratam habeo ipsa sortionem que fuit radoaldus germanum meumque romoaldi; unde pro taliter per bona combenientia guadia mihi et ad ipsi nepotibus meis ipsi iohanni casalina et iohannes filius amandi dederunt, et fidemiussorem nobis posuerunt mirandos filius quondam iohannis de locum balnearea; et per ipsa guadia obligaberunt se et suis heredibus, ut si in ec dibisione, qualiter inter nos dividimus et sortis tradidimus, firmiter ibidem non permanserit, et aliquit inde eos remobere aut contrare quesierit per qualecunque ratione, tunc per supradicta guadia obligaverunt se et suis heredibus ad componendum nobis nostrisque eredibus quinquaginta hauri solidos constantinianos, et in suprascripta divisione omni tem-

pore firmiter permanere, per supradictam guadiam et obligata pena: tantum omni tempore inter nobis siant divise ad equali mensura in omni ordine et ratione, sicut superius diximus. Et unc brebem divisionis quod scripsi ego iohannes notarius qui interfuit.

† Ego qui supra godeni castaldus.

MCLXI

A. D. 1052

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii, et tertio decimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et undecimo [1]) anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni nostri gisulfi eximii principis et ducis filio eius, mense ianuarius, quinta indictione. Memoratorium factum a nobis mari et petrus germani filii quondam petri mozarasa, et acceptore, qui sumus thii et nepotes filii quondam fasani, Eo quod ante subscripti testes coniuncti sumus ad vona convenientia cum mirandi filio quondam iohannis striganese, ipse mirandus pro vice sua et pro vice sika genitrice sua probter ad dividendum inter nos omnis rebus nostra stavilem, quod nobis et ipsius mirandi pertinet abere de gradum parentum. Unde nos qui supra germani et nepotes devemus de ipsa omnis rebus tollere quindecim sortionis, et ipse mirandus cum ipsa genitrice sua devet tollere una sorte quod est de sextadecimam partem unam. Et ideo, de sicut nobis et ipsius mirandi congruum est nostre vone voluntatis, ante iamdictos testes remisimus ad potestate ipsius mirandi et iamdicte genitrici sue due pecie de terra cum arbustis, una in quo ipse mirandi cum predicta genitrice sua sumus residenti in locum barvazanum per ec finis et mensure: a pars orientis fine de consortibus nostris passi quadtuor, et a pars occidentis similiter fine de consortibus nostris alii passi quadtuor, et a septemtrionis fine noviliorum ominum, et a meridie fine nostra, sicut terminatum est; ipsa secunda pecia a super via maiore, ubi prepu dicitur, per ec finis et mensure: a septemtrionis fine domnica, inde passi nobem et palmum: ab occidente fine que fuit de consortibus nostris, inde passi quadraginta et medium: a meridie similiter fine de consortibus nostris passi nobem: ab oriente fine de consortibus nostris usque priora fine passi triginta nobem; ipsa priora pecia in quo sunt residenti dicitur da ursiperga. Quam et reserbaberunt sivi ipsi mater et filius mirandi, et sika inclita sortionem illorum de ipso insirtitum qui est a super ubi

---

[1]) Potius *decimo*.

a la cisterna dicitur, nos nominati germani et nepotes et nostris eredibus aveamus omni tempore de ipso insirtitum quintadecimam portionem in pars septemtrionis, et ipse mirandi cum ipsa genitrice sua et illorùm eredibus abeant omni tempore ipsa illorum sortione de ipso insirtitum, quod est de sextadecimam partem unam in pars meridie: similiter et habeant omni tempore ipse mirandi ipsa sua sortione quod est de sextadecimam partem una de casa de intus castello nucerie. In tali ordine illut ipsorum mirandi et sika remisimus, ut amodo et semper omni tempore illis et illorum eredibus illut abendum, dominandum, possidendum. Et si vonerit illut dandum, non abeant potestate ad alteri ominibus illut dare per nullis modis, preter ad lavorandum, nisi ad nos et ad nostris eredibus illut deant ad iusto valiente pretium, que illut iuxte fuerit appretiatum per doctos omines deum timentes; et quando venerit illut dandum, faciant nos vel nostris eredibus scire pro illut tollendum per tertio constitutum usque dies triginta sex; et si infra ipsa constituta noluerimus illut emere ab ipso iusto valiente pretium, post ipsa constituta liceat illut dare cui boluerimus: nam si ante ipsa constituta cuicumque illut dederint sic, ut de illorum potestate pareat exe supstractum, sine pretium perveniant ad potestate nostra et de nostris eredibus, faciendum omnia quod voluerimus. Et ipse mirandus cum ipsa nominata sika per eadem combenientia remiserunt ad nostra potestate omnis alia rebus stavilem quod abemus per tota pertinentia et per vocabulis de nucerie, in montibus quam et in planis, que sunt terris cum arbustis et castanieta, campis et silbis, cultum vel incultum, seu et casis de intus castello nucerie et foras estra illut quod superius ipsorum mirandi et sika remisimus, faciendum inde nos qui supra germani et nepotes et nostris eredibus omnia quod voluerimus, apsque omni contrarietate ipsorum mirandi et sika, et de illorum eredibus, seu et da quacumque omo pro illorum partibus. Unde in eo hordine per vona combenientia guadia nobis ipsi mirandi et sika mater et filius dederunt: tamen ipsa sika per voluntate ipsius mirandi filii et mundoalt suum, et mediatorem nobis posuerunt iohannes filius idem benedicti monachi', et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus, ut si de omnia quommodo et qnaliter superius legitur aliquit removere aut contradicere presumserit quomodocumque per qualecumque ratione, aut per quavis rationibus. Ideo per supradicta guadia per vona combenientia obligavimus se ipsi mirandi et sica et illorum eredibus tamen ipsa sika per voluntate ipsius filii et mundoalt suum ad componendum nobis qui supra germani et nepotes et ad nostris eredibus, seu cui carta ista pro vice nostra in manu paruerit, sexaginta aurei solidos constantinianos, et in suprascripta combenientia omni tempore firmiter permanere. Ec omnia suprascripta se et ipsa sika per voluntate de

ipso mirandi filio et mundoalt suum, et una cum illut. Et unc brebem scripsi Ego truppoaldus clericus et notarius.

† Ego machenolfus.

† Ego iohannes.

MCLXII

A. D. 1052

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri Guaimarii gloriosi principis, et tertiodecimo anno ducatus eius Amalfis et sirrenti, et decimo anno principatuum et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense Ianuario, quinta Indictione. Memoratorium factum a nos Iaquintus filius quondam ysari, et ursus filius quondam raidolfi qui sumus socrum et generum, Ante subscriptos idoneos homines per convenientia at tenendum et lavorandum tradidit nobis Iohannes domini gratia Abbas monasterii sancti angeli et sancte sofie siti intus hanc salernitanam civitatem, una cum advocatorem eiusdem monasterii, Inclita una clusuria de terra cum arbusto vitatum et pomifera pertinentem suprascripti monasterii ista parte flubio pecentino, ubi siler dicitur, qui est per has fines et mensuras: ex omni parte fine suprascripti monasterii; et ab occidente, sicut sepe et via inde discernit, avet passos sexaginta octo : A meridie avet passos octoginta octo ; ab oriente avet passos alii sexaginta octo : A septemtrione avet passos octoginta sex. Totum mensuratum at iusto passum hominis. Hec autem predicta clusuria de terra per ipsas fines et mensuras nobis tradidit ipse domnus abbas cum vice de via sua. Tali tinore, ut amodo et semper nos et nostros heredes ipsa traditione teneamus, et fovee et omnes nostre utilitatis ibi faciamus iusta ratione, et ibidem ponamus homines at residendum, et annualiter apto tempore tota ipsa traditione de super et de supter lavoremus et studiemus, sicut meruerit, ut semper bona pareat lavorata et studiata, et qualiter quotidie proficiat et non dispereat, et arvores et vites ibidem plantemus et propaginemus, ubi meruerit, et clusum illut semper tueamus unde meruerit, et semper de aree et de vindemie faciamus scire partem suprascripti monasterii, ut ibi dirigat missum suum, et de omnia, que ibi seminaverimus, demus inde ad ipsum missum ibique ad area terraticum secundum consuetudo de ipsum locum; et ipsum arbustum et poma , que ibi abuerit , apto tempore faciamus salbum. et illut vindemiemus et colligamus, sicut meruerit, et inclita medietate de omnem vinum quem ibi fecerimus , et de ipsa poma ibique demus ad ipsum missum,

reliqua medietate nobis aveamus. Et ipsa medietate de ipso vinum ipsius monasterii portemus at cellarium eius, indeque et salbum illut reponamus in organeum, quem pars ipsius monasterii nobis vel ad nostros heredes ibi assignaverit, quem per nos siat semper bonum studiatum et conciatum, et ipsum missum et equm suum nutricemus, ut iustum fuerit, et palmentaticum inde demus per omnem annum at partem suprascripti monasterii, sicut meruerit. Et quale tempore ipsa traditione tenere noluerimus, aut lavorare non potuerimus, Tunc inclita ipsa traditione salba, et clusa, et operata, quale meruerit, assignemus at partem suprascripti monasterii, et nos et nostros heredes, et homines, quos ibi abuerimus, liceat inde exire cum omnia causa nostra et illius movilia, et ire ubi boluerimus. Unde in eo tinore per convenientiam guadia nobis dedit ipse domnus abbas et fideiussore nobis posuit iohannes filius quondam maionis ; et per ipsam guadiam obligavit se ipse domnus abbas et successores suos semper defendere nobis nostrisque heredibus inclita suprascripta traditione ab omnes homines, dum illut tenuerimus in suprascripto tinore, et non querat illut nobis tollere vel contrare; et si taliter illut nobis non defensaverint, et aliquit inde contradixerint, per ipsam guadiam obligavit se ipse domnus abbas et successores suos componere nobis nostrisque heredibus quinquaginta auri solidos constantinianos, et inter virgulos legit abbas, suos. Quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego qui supra iohannes abbas.

† Ego iohannes clericus et advocator qui et scribsi.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

MCLXIII

A. D. 1052

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii gloriosus princeps, et tertiodecimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et decimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eximii principis et ducis filii eius, mense februarius, quinta indictione. Memoratorium factum a me alferius diaconus et archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, eo quod ante idoneos homines tradidi romoaldi, filio quondam Iohanni clerici de locum nucerie, una pecia de terra bacua, quod pars predicte ecclesie abet in locum nucerie, ubi dicitur ad campum maiori , et est per finis et mensuras : ab oriente passi quinquaginta quattuor: a septemtrione passi triginta duo: ab occidente passi quinquaginta octo: a meridie passi triginta tres iusto passu homini mensuratos, et est ipsa

pecia ex omni parte fine predicte ecclesie. ec vero ipsa pecia per suprascripte finis et mensurias inclitum illud ipsius romoaldi tradidi tali hordine, ud amodo et usque duodecim anni completi ipso romoaldum et eius eredes illut tenere, et lavorare, et seminare per omne annum, sicut meruerit, de quale semente per annum ividem meruerit, et ipsi lavori per annum illis boni zappare et cultare bonum, sicut meruerit; et amodo et usque ipso constitutum conpletum per omne annum per tempore de aree faciant illis me, seu pars predicte ecclesie scire ud ividem pergamus aut dirigamus missum nostrum, et illis ante ipsum missum nostrum lavore, quem in ipsa traditione abuerint, illis illum metere et ad area ivique illum adunare et tritulare, et ad palea bonum illum conciare, sicut meruerit, et quicquit bictaleum inde exierit, totum illis sivi abeant et deant inde nobis terraticum secundum consuetudinem de ipso locum, et illis ipsum missum nostrum nutriant secundum illorum possivilitatem, et equos de ipso misso nutriant ad palea et ad ordeum; et quando ividem perrexero ego seu pars predicte ecclesie in locum nucerie, illis nos notrire secundum illorum possivilitate, et equos nostros nutriant ad palea et ad ordeum; et amodo et usque ipso constitutum conpletum per omnem annum illis tota suprascripta traditione abeant seminatum de quale semente per annum ividem meruerint; et si per omnem annum illis tota suprascripta traditione non seminaberint, tunc ego seu pars predicte ecclesie potestatem abeamus ad illis tollere et facere exinde omnia quod boluerimus, et potestatem abeamus illis pingnerare omnis illorum causa sine illorum contrarietate, ed ad ipso costitutum conpletum licead illis inde exire cum omnis illorum causa mobilia, et inclita suprascripta traditione perveniant ad potestatem nostram, faciendum que boluerimus; quod si taliter omnia suprascripta per supradictum hordinem non adimpleverint et aliquit inde contradixerint, per conbenientiam componere obligavit se et suos eredes nobis, seu in partem predicte ecclesie, quinquaginta auri solidos constantinianos, et omnia suprascripta nobis conplirent: et oc memoramus pro omnia suprascripta nobis adinplendum, guadia michi ipse romoaldus dedi et mediatorem michi posui seipsum; et per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes, ud omnia suprascripta nobis conplirent per suprascripta guadia et obligata pena, quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

MCLXIV

A. D. 1052

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii, et tertiodecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et decimo anno principatus et ipsorum ducatum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense februario, quinta indictione. Memoratorium factum a me ralfo filio quondam ralfi eo quod ante subscripti testes richardus et allerisi germani filii quondam miri iudici pro bice ecclesie sancte dominice crucis illorum pertinentis, que constructa est ante porta maiori de castello nucerie, per combenientiam tradiderunt michi de rebus ipsius ecclesie due pecie de terra una cum arbustum et alia cum abellanietum, quod pars predicte ecclesie abet in locum nucerie; prima pecia ubi dicitur floccanum, et alia pecia que est a super ipso loco floccanum, ubi at pratellum dicitur, que est per ec finis et mensure iuxto passu ominis mensurata: prima pecia da floccanum que est cum abellanietum a parte occidentis fine bia caba, inde passi quinquaginta unum; et de alie tribus partibus fine ipsius ecclesie; a parte meridiei passi quadtuordecim: a parte orientis passi quinquaginta et gubitum; a parte septemtrionis passi undecim; secunda alia pecia cum arbustum in ipso loco pratellum per ec finis: de ex omni parte fine ipsius ecclesie: a parte sebtemtrionis passi biginti quadtuor: a parte orientis passi triginta unum et gubitum: a parte meridiei passi alii biginti quadtuor: a parte occidentis passi triginta duo minus uno gubitum. ec vero suprascripti ambe pecie de terra per iamdicte finis et mensure, ut superius legitur, inclitum illut nobis ipsi germani pro partibus ipsius ecclesie tradidit cum omnia infra se abentibus et cum bice de bie sue, tali ordinem, ut amodo et omni tempore, natos nascentes, at mea vel de meis eredibus sint potestatis ipsa traditio illut eos tenere et lavorare, fobee omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et eos illut pastenemus, et ipso arbustum potemus, propaginemus et, ubi meruerit, in ipsa traditione arbores et bites, et abellane nos illut ibidem plantemus, et sic tota ipsa traditio lavoremus subter et super, sicut locus ipse meruerit, ut in melius proficiant et non dixpereant, et per omnem annum per tempore de bindemie et de ipse abellane, quando ille collecte et secke abuerimus, faciamus nos et nostris eredibus scire ipsi germani et illorum eredibus vel partibus ipsius ecclesie ut illuc dirigat missum suum, et nos ipsa traditio bindemiemus, et omnis binum quam inde exierit, et abellane secke inter nos dibidamus: nos tollamus medietatem, et ipso missum medietatem, sortionem de ipso binum quod in partibus ipsius ecclesie benerit, nos illut portemus sal-

bum usque in pede de monte de castello nucerie, et partibus ipsius ecclesie presentaliter ipso binum recipiant et portarent ubi boluerit, et palmentaticum demus in partibus ipsius ecclesie, sicut consuetudo est, et de quod ibidem seminatum fuerit, demus inde in partibus ipsius ecclesie terraticum secundum consuetudinem de ipso locum; et dum ibidem steterit ipso missum per tempore pro ipsa frugia recipiendo, nos illut nutriemus, sicut iuxtum fuerit; et quale tempore nos et nostris eredibus ipsa traditio in suprascripto ordinem tenere et lavorare noluerimus, aut non potuerimus, liceat nos et nostris eredibus inde exire cum omni causa nostra mobilia, et ipsa traditio lavorata et cultata vona et surta remidtamus in partibus ipsius ecclesie. et per combenientiam guadia nobis ipsi germani dederunt et fideiuxorem nobis posuerunt romualdus clericus filius domni ferrandi; et per ipsa guadia obligaberunt se et illorum eredibus et partibus ipsius ecclesie usque ipsa traditio nos et nostris eredibus in suprascripto ordinem tenere et lavorare voluerimus, inclitum illut nobis nostrisque eredibus defenset cum bice de bie sue ab omnibus ominibus; quod si taliter omnia suprascripta nobis nostrisque eredibus non adimpleverint, et aliquit exinde contradixerint, per ipsa guadia obligaberunt se et illorum eredibus et partibus ipsius ecclesie componere nobis nostrisque eredibus quinquaginta auri solidos constantinos. Sic tamen, ut quando nos vel nostris eredibus voluerimus, potestatem abeamus ibidem reditum facere et abitare asque omni contrarietatem ipsius ecclesie, quod scripsi ego mirandus notarius.

† Ego iohannes.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCLXV

A. D. 1052

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et tertiodecimo anno ducatus illius amalfi et sirrenti, et decimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense februarius, quinta indictione. Ego iohannes atrianensis filius quondam mauri per conbenientiam et voluntatem idonei omines ad tenendum et laborandum tradidit beteri, et romualdus, et iohannes qui sunt germani et filii quondam tauri de la longa una pecia de terra mea cum castaneis et arboribus aliquanti bitati, quod abeo in locum mitiliano, ubi parabisu dicitur, et est per ec finis et mensure: de tribus partibus est finis vie: a parte orientis

passi octuaginta duo, ét a septemtrione passi quadraginta, et a meridie abet passi triginta duo, totum mensuratum ad iusto passum omini. Integra ista pecia de terra per suprascripte fines et mensure ego ipsorum germani tradidit tali ordine, ut amodo et omni tempore, natos nascentes, ipsius germanis et de illorum heredes sint potestatis illud tenendum, fobee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibidem facere et . . . . . de illis et eius eredes semper . . . . et a presentes illis tota ipsa traditione pastenare arbori et biti de bono bitineo, et ubi meruerit poma et ubi meruerit . . . . insitare insites vel robiole, et quodcunque frudium inde exierit amodo et usque decem anni completi, totum illud illis sibi abeant, faciendum inde quod boluerint; ab ipsi decem anni conpleti assingnare ipsis germanis vel illorum eredes michi meique eredibus integra ipsa traditione operata et surta bonum arbustum bitatum et operatum, et, unde meruerit, poma et insites et clusum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit; et iam ab ipsi decem anni in antea omni tempore ipsi germani et illorum eredes abeant ipsa traditione qualiter supra diximus, et per omnis annum unde meruerit, illis illud propaginare et pastenare arbori et biti de bono bitineo, et, unde meruerit, illis illud cludere et semper clusum et salbum illis illud abeant, ut semper proficiant et non dispereant, et ab ipsi decem anni in antea per omnis annum omni tempore faciant illis me vel meos eredes scire, ut ibi dirigamus missum nostrum, et illis abto tempore ipsa traditione bindemiare ibique ad palmentum, et omnis poma que ibi sunt vel fuerit suo tempore colligant et integra medietate omnis binum et poma que inde exierit, ad ipso missum dare cum media omnis alia frudia quod inde exierit, et reliquam medietatem inde sibi abere, faciendum per partes de sua sorte quod boluerint ipsa nostra sorte de ipso binum illis illud reponant ibique in domus illorum in ipsa rebus in organea nostra da binum quem illorum assingaberimus, et per illis ipsa organea semper siant bono conciata et studiata intus ipsa domus illorum posita, et ipso binum nostrum salbum illis illud nobis faciant, dum illud inde tulerimus absque degeneratione et ingne, et illis illud seminare per omnis annum, sicut meruerit, et quodcumque victum inde exierit, deant inde illis nobis secundum consuetudo de ipso locum, et per omnis annum deant nobis palmentaticum secundum consuetudo de ipso locum ipso missum . . . . steterit, illis eum nutrire secundum illorum possibilitate; et quale tempore ab ipsi decem anni in antea suprascripta rebus illis laborare noluerint, integra ipsa traditio . . . . operata et surta et arbustum bitatum et operatum, et unde meruerit clusum remictant illis illud ad nostra potestate, faciendum . . . . omnis eorum causa. Et per combenientia guadia michi ipsi germani dederunt et fideiussorem posuerunt seipsos; et per ipsam guadiam obligaberunt

se et illorum eredes, ut si, sicut superius scriptum est, nobis nostrisque eredibus non adinpleberit, et suprascripta vel exinde remobere aut contradicere presumpserit, per ipsam guadiam obligaberunt se ipsi germani et illorum eredibus componere michi meique eredibus quinquaginta auri solidos constantinianos, et suprascripta adinplere, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego grimoaldus me subscripsi.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

MCLXVI

A. D. 1052

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et tertiodecimo anno ducatus eius amalfis et sirrenti, et decimo anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi filii eius eximii principis et ducis, mense februario, quinta indictione. Ante me iohannem iudicem dauferius filius quondam disigii et gemma uxor eius filia quondam iohannis coniuncti sunt cum cristallo filio quondam miringi, et ipsi vir et uxor clarificaberunt se habere tertiam partem de hecclesia sancti eustasii, que intra castellum caputaquis constructa est; cum tertia parte rerum ipsi ecclesie pertinentium, et cum tertia parte cisterne que iuxtam ipsam ecclesiam facta est; cum tertia parte eorum qua ipsi cisterne pertinet: Et clarificaberunt se habere intra suprascriptum castellum terra cum casa fabricata solarata per fines et mensuras : A parte septemtrionis fine via, super qua hedificium ipsius case est et pedes triginta quinque. A parte orientis fine murum ipsius castelli et pedes tredecim et plantam cum pollice. A parte meridie finem medium parietem fabricatum, et intra ipsam casam mensuratos iuxta ipsum parietem pedes triginta quinque. A parte occidentis fine platea et pedes tredecim et planta cum pollicem. Et clarificaberunt se habere intra ipsum castellum alia casa per fines et mensuras: A parte orientis fine suprascriptam plateam que inter hanc terram cum casa et suprascriptam terram cum casa et pedes decem et septem. A parte meridie finem viam publicam et pedes decem et medium et uncias duas. A parte occidentis finem mediam strectolam et pedes viginti: A parte septemtrionis pedes decem et octo. Et clarificaberunt se habere quattuor pecias de terris foris ipso castello quarum primam intra quam ecclesia sancti angeli constructa est; dixerunt esse per fines et mensuras. A parte occidentis fine viam publicam passi centum octo; et revolvit in ipsam partem occidentis pas-

sibus quinquaginta nobem et revolvit in parte meridiei passibus quinquaginta et uno: et revolbit in parte occidentis passi viginti octo: et revolbit in parte meridiei passi sexaginta sex. Et revolvit per ipsam partem meridiei usque in viam publicam passi sexaginta. Et per ipsam viam revolvit in partem septemtrionis passi quattuordecim. Et revolvit in partem orientis passi sexaginta sex: et revolvit in partem septemtrionis usque in medium limitem passi triginta duobus: et revolvit in partem orientis per medium limitem passi triginta: et revolvit in partem septemtrionis per medium limitem passi centum. Et revolvit in partem orientis passi triginta octo. Et revolvit in partem septemtrionis per limitem passi quinquaginta. Et revolvit in partem occidentis usque in supradictam viam passi centum undecim, et ex omni parte termini fixi sunt. Infra suprascriptas fines et mensuras dixerunt pertinere paldulfo duas pecias de terris unam per mensuras et fines: A parte occidentis finis ipsa via publica et passi viginti tres: A parte meridiei passi quadraginta duo. A parte orientis passi triginta sex: A parte septemtrionis passi triginta octo et medium. Alteram per mensuras: a parte meridiei passi centum viginti. A parte occidentis passi viginti octo: A parte septemtrionis passi centum decem et octo: A parte orientis passi viginti octo. Secundum dixerunt esse in loco ubi paganinia dicitur, intra quam pomifere arbores sunt per fines et mensuras: A parte meridiei passi viginti et medium: a parte orientis passi decem et novem et cubitum unum: A parte septemtrionis passi decem et septem et cubitum unum, A parte occidentis finem viam passi viginti et cubitum unum. Tertiam peciam dixerunt esse in loco ubi supter ioratum dicitur, que est per fines et mensuras: A parte septemtrionis passi quadraginta octo et revolvit in partem occidentis passi tredecim, Et revolvit in partem orientis et transgreditur rivum passi sexaginta quinque: A parte meridie passi triginta novem: A parte occidentis passi sexaginta quattuor. Et revolvit in ipsam partem occidentis passi decem et medio. Et revolvit in parte septemtrionis passi sex. Et revolvit in partem occidentis passi undecim. Et revolvit in partem septemtrionis passi sedecim: Et revolvit in partem occidentis usque in medium limitem passi quattuor. A parte occidentis, sicut ipse limes discernit et passi viginti sex. Et revolvit in partem orientis passi quadraginta. Quartam peciam, que est in loco ridiliano, que dicitur de asterada, dixerunt esse per finis et mensuras. A parte orientis passi quadraginta septem minus cubito unum. A parte septemtrionis passi quinquaginta sex. A parte occidentis passi triginta quattuor et medium. A parte meridie finem viam et passi quadraginta octo minus cubitum unum; suprascriptis mensuriis iusto passum et pedcs manus hominis mensuratis. Et ex eo quod, sicut suprascriptum est, se habere clarificaberunt; quartam partem dixerunt pertinere ipsi gemme per suum morgincap sivi

datum ab ipso viro suo alio die copulationi eorum; et tres partes dixerunt pertinere ipsi dauferio, et volebant totum et integrum illut, quot suprascriptum est, se habere clarificaberunt per convenientiam vendere ipsi cristallo pro parte iamdicti paldulfi, qui est germanus supradicti domni nostri guaimarii principis et ducis et filii clarissime recordationis domni guaimarii principis. Et observantes ea que in longobardorum regum edicto scripta sunt de mulieres, que res suas communiter cum viro suo venumdare voluerint, fecerunt notitiam ad duos parentes, qui ipsi gemme propinquiores sunt, et in presentia ipsorum parentum et mea, ipsa gemma violentiam se pati non reclamabit, nisi voluntate sua suprascriptas res comuniter cum ipso viro suo se dixit venumdare, ut ab hoc die omni tempore hoc quot vendiderit stabile debeat permanere, et ego in hac cartula manum ponam, quam raidolfus scriva cum notitia ipsorum parentum et mea scribit, et ideo ipsi dauferio et gemma, sicut eis congruum fuit, sua voluntate per hanc cartulam per convenientiam comuniter venumdederunt ipsi cristallo pro parte iamdicti paldulfi integram ipsam tertiam partem de iamdicta ecclesia sancti eustasii et de ipsa cisterna cum omnibus que intra eas sunt cunctisque earum pertinentiis et cum vice de via sua, et integras ipsas casas de iamdicto castello per iamdictas fines et mensuras cum omnibus que intra eas sunt, cunctisque earum pertinentiis, qualiter constructe sunt et cum vice de ipsa platea et via, et integras ipsas quattuor pecias per iamdictas fines et mensuras cum omnibus, que intra eas sunt, exceptis suprascriptis ambobus peciis que, ut dictum est, ipsi paldulfo pertinent et cum omnibus ipsis quattuor peciis pertinentibus, et cum vice de viis suis; ea ratione ut totum et integrum, qualiter superius scriptum est, semper sit in potestate ipsius paldulfi et heredum eius, et liceat illum et eius heredes de eo facere quot voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis comuniter ipsi vir et uxor susceperunt ab ipso cristallo pro parte ipsius paldulfi statutum pretium auri solidos ducentos in omni deliveratione et per convenientiam ipsi vir et uxor comuniter guadiam ipso cristallo pro parte ipsi paldulfi dederunt, et fideiussorem ei pro illius parte posuerunt landemarium clericum filium quondam landolfi. Et per ipsam guadiam etc: *Sequitur consueta formula, statuta mulcta* quadrigentos auri solidos constantinos. Et taliter te raidolfum diaconum, primicerium et notarium qui interfuisti scribere precepi.

† Ego qui supra iohannes iudex.

MCLXVII

A. D. 1052

† In nomine domini trigesimo quarto anno principatus domni nostri gisulfi, et decimo tertio ducatus eius amalfis et sirrenti, et decimo anno principatus domni gisulfi filii eius, mense februarius, quinta indictione. Memoratorium factum a me Guaiferio filio adoaldi comitis, eo quod ante presentia alferius diaconus, et archipresbiter et abbas ecclesíe Sancti Maximi et ivique adesset idoneos homines per iussionem ipsius abbati tradidi adbertu filio quondam iohannis una pecia de terra cum arbustis de locum sancto cirico, ubi airola dicitur, que est ipsa pecia pertinente predicte ecclesie sancti maximi et est per finis et mensuria: A septemtrione passi sexaginta unum, Ab occidente passi triginta quinque, A meridie passi biginti septem, et revolbente in oriente, sicut ad pinzondo facit, sunt passi quinquaginta mensurati iusto passu hominis. ec vero ipsa pecia per suprascripte finis et mensuras inclitum illut ipsius hecclesie tradidi tali hordine, ud amodo et semper natos nascentes ad sua et de suis eredes sint potestate illut tenendum, et lavorandum, et pastenandum, fovee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ividem facerent, et unde meruerit illut cludere et clusum et salbum omni tempore illut habere, et ubi meruerit in ipsa traditione pastenent arvores et vites de vono bitineo, et illum surgant, et surtum et salbum omni tempore illis illum abere; et amodo et omni tempore bonum illum lavorent de super et de supter, sicut locus ipsum meruerit et semper in melius proficiat et non dispereant, et amodo et semper per tempore de vindemie ille et eius eredes faciant me, seu partem predicte ecclesie scire ud ividem pergamus aut dirigamus missum nostrum. et illis apto tempore illut vindemiare, et omnis vinum et poma exinde ivique ad palmentum inter nos dividamus per medietatem, nos tollamus prius medietatem et illis reliquam medietate: et ipsa sortione nostra de ipso binum illis illut salbam reponant in domum illorum ubi illum abitaverint in organeum, quod nos ad illis adsignaverimus, et salbum illut faciamus usque dum nos inde adduxerimus absqne degeneratione etc: etc: *Sequitur consueta formula, cum declaratione mulctae quinquaginta auri solidorum Constantini*. Et oc recolimus ipsa pecia est per finis et mensuria: de una parte fine via qui discernit inter ec rebus et rebus archiepiscopii, sunt inde passi quinquaginta septem, de alia parte fine supradicte ecclesie inde passi decem et nobem; de alia parte fine similiter ipsius ecclesie, inde passi biginti sex; de alia vero parte fine poiu unde

via est et coniungente in suprascripta alia bia, inde passi octuaginta quadtuor ad iusto passum homini mensuratum. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego ademarii notarius me subscripsi.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

MCLXVIII

A. D. 1052

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii gloriosi principis, et tertiodecimo [1]) anno ducatus eius amalfi et sirrenti, et decimo [2]) anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni gisulfi filii eius eximii principis et ducis, mense magius, quinta indictione. Ante me gizzum castaldum veniebant risa filius quondam iohannis et nicola filius quondam petri et letitia uxor eius et benedictus filius predicti nicolai cum bona uxor eius., qui omnes isti se clarificabant retinere due pecie de terris cum vineis et vacuum uno teniente cum arboribus pomiferis in loco ortolano fine caputaquis. una pecia est pertinente ad predictum risu per brebem partionis a pars episcopio pestano; et alia pecia est pertinente ipsius nicolai et benedicti filii sui iterum per brebem partionis a pars iamdicti episcopii ; nam in pecia predicti nicolai et benedicti profitebat se ipsa nominata letitia et mulier nomine bona qui erat uxor ipsius benedicti, retine inclite sue quarte in pecia de illarum viribus ab illis tradite eis alie diebus illarum copulationis per illorum morgincap, Et omnibus isti viri et mulieres cupiebant ambo ipse pecie venumdare ad domnus iohannes abbas pro vice et pars monasterii sancte sofie, qui constructum est intus civitatem salernitanam : et pro quo ipsis rebus thignate erant in episcopio pestano; totidem coadunati perrexerunt intus caput aquis ante vestigis domni Amati venignissimi presulis prefate sedis, ut si eis subbenire voluisset, ipsis rebus reservarent ad suam proprietatem, sin autem licentia eis daret . . . . ipsius domni abbati illut vindendi. Qui ipse dominus pontifex dum minime ei placente rebus ipsis nullatenus illut tollere voluit, set sicut suam docuit scientiam, licentiam eis dedit ipsius domni abbati illut venumdandi etiam et bona sua voluntate inferius se suis manibus rovorare promisit. A vestigiis supradicti domni presulis discedentes predicte mulieres me rogare ceperunt quia sortionis nostre de ipsa rebus venundare volumus, habentes

---

1) Tertiodecimo anno tantum Sirrenti, sed quartodecimo Amalfis.

2) Rectius debet inscribi *undecimo*.

ibidem secum ana duos propinquiores parentes, qui in ipsa vinditione manibus suis posuerunt, et ipse mulieres venditrices se fecerunt, et sic eis consenserunt ipsis illarum mundoalt, dum nos in hec cartula manus posuimus. Et qualiter ad omnibus illis viri et mulieres bene complacuit, sic ante nos et ante aliis hominibus supscripti testes, per convenientiam et per hunc scriptum vendiderunt ipsius domni abbati ambobus ipse pecie. qui pecia predicti risoni habet has fines et mensuras. Da capite per viam publicam habiente in pars orientis sunt passi triginta tres. A pars orientis descendente inter hec pecia et sortione episcopii per medium rifaneum sunt passi triginta; et da inde revolvente sunt passi decem et octo. Et iterum revolvente et descendente per medium rifaneum in pars orientis, passi quadraginta. Da suptus a pars septemtrionis passi triginta tres. A pars occidentis saliente et in priore fine iungente, passi septuaginta quattuor. Et pecia nicolai et benedicti habet hec finis et mensuriis. A pars meridiei finis via publica passi viginti quattuor. A pars orientis, qualiter rifaneum discernit, sunt passi triginta sex; et revolvente in partibus occidentis passi quattuor. Et descendente passi quattuordecim. et revolvente in partibus orientis passi decem. Et descendente passi nonaginta. Et iterum revolvente in partibus occidentis passi decem. Et ab inde revolvente in partibus septemtrionis passi quinquaginta quattuor. A suptus partibus, quod est a pars septemtrionis, passi triginta quattuor. A pars occidentis saliente sunt exinde passi quinquaginta sex. Et iterum revolvente in partibus orientis passi quadraginta duo. Et abinde saliente et exiente usque in predicta via priore fine passi centum. ambe ipse pecie ad iustum passum mensurate. Nam in pecia predicti risoni habet sortionem iohannes qui dicitur cusentinu una cum palomba uxor eius et filia ipsius risi per brebem affiliationis ab ipso riso, sicuti nobis modo cognitum fuit, et ipsis vir et uxor a predicto domnus pontifex licentiam acceperunt sortionis venumdandi et ipsa palomba una cum duos propinquiores suos parentes secum habendo, me cepit rogare, ut inclita sua quarta, que ei pertinebad in sortione predicti viri sui de ipsa rebus, ad iamdictum domnus abbas vindere largissemus, et dum ei solutionem dedimus, et cum ipsi parentes in hec cartula manus posuimus, sic ei statim consensit suum mundoalt, et ipsa se vinditricem fecit. His namque ambobus pecie de terris cum vineis et vacuum uno teniente cum arboribus pomiferis de iamdicto loco per suprascripte finis et mensuriis, totum et integrum omnibus ipsis nominati viri et mulieres ipsius domni abbati pro vice et pars de iam nominato monasterio vendiderunt, unde nullam sibi ibidem reserbarunt sortionem, neque ad heredes suos vel ad genera et consortibus suis, sive ad qualecumque homo, set qualiter supradicto finis et mensurie circumdant, sic totum et integrum illut ipsius domni abbate, sicut diximus, vendiderunt cum

introitu et exitu et vice de viis suis, et cum omnia intra se ambo ipse pecie habentibus, omnibusque in ipsis pertinentibus ad securiter et firmiter amodo et semper ipse domnus abbas et suos posteros et filios quondam domni paldulfi, ad quorum potestati esse videntur predictum monasterium per firme illorum scriptionibus illut, sicut dictum est, habendum, dominandum, possidendum, et omnia exinde faciendum, que eidem domni abbati suique posteris et ad pars iamdicti monasterii placuerit, absque omni contrarietate ipsorum iamdicti viri et mulieres, vel de illorum heredibus, aut cuiqua hominibus. Et pro his vinditionis firmandum statuto pretio ab eo receperunt ipse risu cum predicto iohannes solidos decem, et ipse nicola cum nominato benedicto solidos septem in omne deliveratione. Finitoque pretio ipso, ut dictum est, aput illas ea ratione omnibus ipsis viri et mulieres guadiam ipsius domni abbati dederunt et mediatore posuerunt landenolfu filium quondam maraldi. Et per eadem guadia etc: Quot si taliter omnia ut dictum est illut in pars iamdicti monasterii non adimpleverint et retroare seu remobere illut quesierint etc. componere centum auri solidos constantinos per iamdictam guadiam et predictum medietorem. Et taliter pro firma securitate scripsi ego raidolfus diaconus primicerius et notarius per iussionem supradicti domni presulis et cum notitiam supradicti castaldei et de ipsis parentibus.

PAX. Ego qui supra amatus episcopus subscripsi.

† Signum manus supradicti gizzi castaldei.

MCLXIX

A. D. 1052

† In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii [1], et tertiodecimo anno ducatus eius amalfi et sirrentum, et decimo anno principatus et ipsorum ducatuum domni gisulfi eius filii eximii principis et ducis, mense augustus, quinta indictione. Nos iohannes filius quondam iaquinti et mulier nomine facta, qui sumus vir et uxor et filius fuit quondam mirandi vone nostre voluntatis ante subscripti testes dedimus et tradidimus tibi mirandi omnis rebus nostra stavilem quod michi facta pertinet da nominato mirandus genitor et a genitricem meam et quod nobis iamdicti bir et uxor pertinet da mari fratrem et cognatum nostrum filium suprascripti mirandi, que est rebus

[1]) Mense Augusto Guaimarius princeps iam defunctus erat, nam si adhuc viveret annus eius Amalfi esset decimus quartus.

ipsa per totum commitatum nucerie, monte et plano, et casis intus castro nucer.e, vel ubicumque de ipso rebus stabilem inbentus dederit, qualiter ipsius genitori et genitricem meaque facta inbentus dederit, qualiter illorum pertinuit per totum comitatum nucerie, monte et plano, et per finibus et pertinentiis locis nucerie tibi nominato mirandi filio quondam machenolfi dedimus et tradidimus cum omnibusque intra ipsis rebus abentibus, cuntisque earum pertinentiis et cum vice de bie sue, Ut semper sit in potestati tue et de tui eredes faciendi ex eo quicquit volueritis; et probter confirmationem uius nostra traditio nos iamdicti vir et uxor recepimus a te nominato mirandus auri tari voni quinquaginta in omni deliverationem, sicut inter nobis convenit, De qua per vona comvenientia nos iamdicti vir et uxor guadia tibi mirandi dedimus ego facta presentem ipsius iohanni biro meus, in cuius mundium sum, et fideiuxorem tibi posuimus nos ipsis; et per ipsa guadia obligabimus nos et nostris eredibus semper defendere vobis vestrisque eredibus integra suprascripta nostra traditione, sicut suprascriptum est, cum vice de bie sue ab omnibus ominibus omnique partibus; et quando volueritis tu et tui eredes potestatem abeatis modis illut defendere, qualiter volueritis, cum omnibus moniminibus et rationibus quas inde ostederitis; et si, sicut superius scriptum est, semper taliter illut tibi tuique eredibus non adimpleverimus et suprascriptam vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserimus per quabis modum, per ipsam guadiam obligavimus nos qui supra bir et uxor et nostris eredibus componere tibi tuique eredibus viginti auri solidos constantinos; et suprascripta vobis adimpleamus, et illut qui super positum est inter ipsi birguli legitur, et plano, et alium locum nucerie. Quam te petrus protonotarius scribere rogavimus, actum nucerie.

† Ego romoaldus.

† Ego iohannes.

MCLXX

A. D. 1052

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense september, sexta indictione. Memoratorium factum a me grimoaldus erarius filius quondam iohannis, ante subscribentis testibus per combenientiam tradidit michi domnus alferius diaconus archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, que sita est intra hanc salernitanam civitatem, una cum advocatus ipsius ecclesie terram bacua pertinentem ipsius ecclesie, que est intus predictam civitatem a super et non multum longe ab ipsa eccle-

sia, que ex omni parte coniuncta est ad finem ipsius ecclesie ; et est per hec mensuras: A parte septemtrionis fine anditum ipsius ecclesie, que ducit erga tassum de ipsum montem pertinentem ipsius ecclesie, inde pedes bigintiduo : A parte orientis pedes decem et septem: A meridie fine alium anditum ipsius ecclesie inde sunt pedes biginti sex: A parte occidentis pedes sedecim mensurati iusto pedes manus hominis: per istas fines et mensuras inclitum illut michi tradidit cum bice de ipsa andita et via sua. Tali ordine, ut amodo et usque biginti nobem anni completi ad mea et de meis heredibus , vel de homines , quod ibidem miserimus , sint potestatis illut tenendum et dominandum , fovee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciendum: et liceat nos casa lignitia ibi facere; et si voluerimus pariter ibi facere fabrica, potestatem habeamus ; et liceat nos a subtus et erga ipso anditum a parte meridie sufficta de lignamen ibi facere, sive cum fabrica quasi antimurale, ut ipso anditum vel ipsa casa, quod ibi fecerimus , non ruat , et liceat nos in ipsum anditum da ipsa parte meridie omnis nostra utilitatis facere , et super coperire, quantum est ipsa tradictione, qualiter voluerimus pro porticum in altum pro nostre utilitatis , sic ut non sit inpedimentum ad omines qui retinunt casis ipsius ecclesie. et per ipsum anditum ingredere et regredere iusta rationem usque in ipsam viam ipsius ecclesie, unde vice nobis superius tradidit et per ipsam viam pergamus , ubi voluerimus cum omnis nostre congruitatis iusta rationem. Et ipsa casa conciemus bona , sicut diximus, cum lignamina sibe cum fabrica, qualiter voluerimus , et coperiamus cum scandole , et ibidem resideamus et abitemus, et ad residendum demus, qualiter nobis placuerit, omnis prodem et censum quod de ipsa traditione tollere et abere potuerimus, et seditura totum illut nobis abeamus faciendum inde quod voluerimus. Tantum pro censum de suprascripta traditione demus per omnis annum usque ipso constitutum de mense iunius in pars ipsius ecclesie unum aureum tari bonum et due partis de unum alium tari bonum, ut per caput badant. Et licentiam habeamus quando voluerimus usque ipso costitutum columnia betusta, aut alia lignamina inde mutare, et noba columnias vel lignamen ibi ponere et abere , sicut meruerit. Unde in eo hordine per combenientiam ipse domnus abbas qui est unum de dominii ipsius ecclesie guadiam michi dedit, una cum ipsum adbocatus, et mediatore michi posuit polcari clericus filius stefani per absolutionem ipsius genitorem suum. Et per ipsam guadiam obligavit se ipse domnus abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie amodo et usque ipsi biginti nobem anni completi defensare michi meique heredibus et ad omines, quod ibidem miserimus, tota et inclita suprascripta tradictione, cum bice de ipsa andita et iamdicta via, et cum sericidia extra ipsas mensuras in parte meridie et in parte septemtrionis ab omnibus hominibus omnique partibus. Ad completo ipsu

costitutum liceat me et meos heredes, et omines quod ad residendum ibidem miserimus, inde exire cum omnem nostra causa mobilia et cum medietate omnis lignamen de ipsa casa, vel de ipso porticum, si illut ibi fecerimus, et cum medietate parieti fabriti, si illi ibi fabricaverimus, et pergamus ubi voluerimus; et inclita ipsa terra et ipsa andita, et cum medietate lignamen de ipsa casa et de ipso porticum, et de pariete fabriti, si illut ibi fecerimus, rebertar in pars ipsius ecclesie conciata ipsa medietate de ipsa casa coperta et clusa bona faciendum inde quod voluerint. Et si, sicut superius legitur, ipse domnus abbas et successores suos, et pars ipsius ecclesie nobis non adinpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserint, per ipsam guadiam obligavit se ipse domnus abbas et successores suos et pars ipsius ecclesie componere nobis nostrisque heredibus quinquaginta auri solidos constantinianos. Sic tamen, si ipsa nostra medietate de ipsa lignamina et de ipsa fabrica binditeram habuerimus in pars ipsius ecclesie, illut bindamus ad iusto pretium; et si pars ipsius ecclesie illut emere noluerit ad iusto pretium, liceat nos illut dare cui boluerimus. Nam si illut dederimus sine solutionem ipsius ecclesie, tunc sine pretium reberter in pars ipsius ecclesie faciendum inde quod voluerit. Inter suprascripti virgulis dicit: traditionem, et in alio loco dicitur, usque. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego romoaldus notarius me subscripsi.

† Ego Alferius nominatus diaconus archipresbiter et abbas.

† Ego petrus presbiter et primiclericus.

† Ego pulcarius qui supra diaconus.

MCLXXI

A. D. 1052

Transumptum,

Anno XI Principatus Gisulfi, Mense Septembri, VI Indictione. Memoratorium factum ab Alferio Abbate S. Maximi Salerni, de tradictione terrae cum casa lignitia terranea et aliquantis terris vacuis in pertinentiis Salerni, facta per Letum presbyterum filium quondam Iohannis presbyteri, Leoni presbytero filio quondam Iohannis presbyteri, prò tareno uno et tertia parte eiusdem annali. Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum constantinianorum. Petrus notarius scripsit.

† Ego Alderissi notarius me subscribsi.

MCLXXII

A. D. 1052

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense octubris, sexta indictione. Ego iohannes clericus filius quondam ursi presbiteri. ante subscriptos testes, pro parte domne theodore domina mea et uxor fuit domni paldulfi seniorem meum et filium bone memorie domni guaimarii qui fuit princeps et pro parte de filiis eorum, Ad laborandum tradidi de rebus illorum de locum aputmontem, quod est in locum ubi trentu dicitur, et est terra cum arbusto per finis et mensuras iusto passu mensuratas. A meridie fine via sunt inde passi duodecim: Ab oriente abet passos nonaginta unum: A septemtrione passos sedecim: Ab occidente sunt passi centum. Hec autem predicta terra cum arbusto per ipsas mensuras ad laborandum tradidimus iohannis castaldo qui dicitur galiardu de ipsum locum aput monte, pro parte de ipsa domina mea et de ipsi filii eius; et ipse iohannes conpreensit ipsa traditione cum vice de ipsa via, pro parte iohannis filio suo: Tali tinore ud ipse iohannes filio suo et eius heredes inclita ipsa tradictione cum vice de ipsa via nasci nascendo tenere et fobee et omnes illorum utilitatis ibi facere et abere iusta rationem, et annualiter apto tempore totum illud de super et de subter laborare et studiare, sicut meruerit, Ud cotidie bonum pareat laboratum et studiatum, et qualiter cotidie proficiat et non dispereat, et arbores et vites ibidem plantaret et propaginent ubi meruerit; et semper de aree et de vindemie faciant scire partem de ipsa domina mea et de ipsi filii eius, et de illorum heredes, Ud ibi dirigant missum suum, et de omnia que ibi seminaberint deant ibique inde terraticum ad ipsum missum, secundum consuetudinem de ipsum locum; et ipsum arbustum et poma, que ibi abuerit apto tempore faciant salbum, et rationabiliter illud vindemient, et inclita medietate de ipso vinum et de ipsa poma deant ad ipsum missum, reliquam medietatem sivi abeant. et ipsa medietas ipsorum seniori mei de ipso vinum reponant in organeum eorum ad cellarium eorum; indeque et ipsum horganeum semper ipse iohannes filius suprascripti iohannis faciant studiare et conciare bonum, et ipsum missum et hequum suum nutricent, ut iustum fuerit; et palmentaticum inde deant, sicut meruerit; et in nativitas domini et in pasca maiore salutent semper ipsi seniori et illorum heredes. et omni tempore liceat missum eorum perquirere ipsa tradictione, si non esset bona hoperata, liceat inde pignerare usque ad legem: et quale tempore ipsa tradictione tenere noluerint, liceat illis inde exire cum causa eorum mobilia, et ire ubi voluerint. Tantum prius assignent ad portem de suprascripti seniori et de illorum eredes de ipsa traditione salba et hoperata, quale me-

ruerit. Unde in eo tinore per convenientiam guadia mihi dedit, et ipse ioannes gagliardu pro vice de ipsum filium suum et ego ipsa guadia suscepi pro parte de ipsa domina mea, et de ipsi filii eius, et fideiussore mihi posui pro eorum parte petrus germanum suum; et per ipsam guadiam obligavit seipse iohannes gagliardi et ipsum iohannes filium suum et eius heredes, ut si omnia suprascripta non adimpleverint, ad ipsi seniori mei et ad illorum eredes, et aliquit de suprascriptis contradixerint, per ipsam guadiam obligavit se ipse iohannes et suos eredes componere ad partem de ipsi seniori mei et de illorum eredes quinquaginta auri solidos constantinianos, et suprascripta adimplere. et ec omnia suprascripta feci ego qui supra iohannes clericus in presentia ipsius domine mee, et cum eius licentia. quod scripsi ego iohannes scriba.

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

† Ego Iohannes notarius me subscribsi.

MCLXXIII

A. D. 1052

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense december, sexta indictione. Ego mulier nomine gaita filia quondam petri, et uxor fuit quondam amori filii quondam gaidoni abitatori de locum duflanu, declaro quoniam per firmum scriptum morgincaph, quod mihi emissum fuit ab ipso viro meus in die nostre copulationis pertinet mihi rebus in eodem loco duflano. et congruum est mihi de ipsa rebus donare romoaldi filio quondam iohanni una peciola de terra vacua in eodem loco ubi zappazulo dicitur, que est per longitudinem de ambobus latera ana passi viginti tres, et de latitudine ana passi decem et octo iusto passu homini mensuratum. Et ideo, sicut mihi congruum est bona mea boluntate, per anc cartulam ante presentia amati iudici, et per voluntate gaidoni filio meo cum qua omnia que in anc cartulam scripta et subscripta sunt feci, dono tibi predicto romoaldi integra ipsa peciola de terra per iamdictas mensuras: et da parte occidentis coniuncta est ad via puplica cum omnia intro eam habentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via tu predicto romoaldo et tuis heredibus suprascripta mea donatione habendum et faciendum inde omnia quod volueritis; et pro hoc donum firmandum iusta legem, launegilt a te nominato romoaldo suscepi auri tari boni quindecim, sicut inter nobis conbenit. Et guadia tibi exdicti romualdi dedi, et fideiussorem tibi posui remediu de eodem loco filio quondam ursi: Et per ipsa guadia etc:

Sequitur consueta formula , statuta mulcta triginta auri solidorum constantinianorum. Et taliter scribere rogavimus te petrus notarius , et super inter virguli legitur: pertinet mihi , quod subiunsit ego superius dictus petrus notarius. et oc memoramus quod suprascripta feci ego per licentiam landoari comitis seniori nostri, et te ipsum petrum subiungere feci.

† Ego qui supra amatus iudex.

MCLXXIV

A. D. 1052

† In nomine domini undecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense december , sesta indictione. Ego muscatus presbiter et abbas ecclesie bocabulum sancte sofie de intus anc salernitana cibitate pertinente de heredes domni paldulfi filii quondam domni guaimarii serenissimi principis, Mecum adesset advocatorem eidem ecclesie, et ante idonei omines per combenientia ad tenendum, et regendum, et gubernandum tradidi nicolaus presbiter et monachus filiis quondam leonti monachus integrum monasterio bocabulum sancte beneri de locum curnitu pertinentem eidem ecclesie , quod ipse domnus paldulfus offeruit in ipsa ecclesia sancte sofie ; seu et tradidit eidem nicola cum ipso monasterio, vice sua et vice leoni monachi filio suo integra rebus stabilem et mobilem pertinentem eidem monasterii, cum vineis, et casis , et terris pertinentes eidem monasterio, et est ipsa causa mobilia codices tres greciski. capita de pecora biginti dua, et unum parium de bobi, et una iumenta; et amodo et usque unum annum completum, deant ipsi pater et filius in ipso monasterio sex capita de porci boni ; et una genca bona , tali ordine ipso monasterio cum ipsa suprascripta rebus stabilem et mobilem ipsius nicolai tradidit pro vice sua et pro vice ipsius leoni filio suo , ut amodo et diebus bite illorum ipsorum pater et filii esset potestatis illud tenendum, et regendum, et gubernandum, fobee et omnis illorum utilitatis iusta ratione ibi faciant ; et die noctuque ipso monasterio officiare et officiare et alluminare faciant, sicut meruerit monasterio villanu de monachi greci, et quodcumque in ipso monasterio et in ipse casis ad conciandum benerit, totum illis illud conciare faciant sicut meruerit bonum , et ipsis rebus illis laborare et laborare faciant, sicut meruerit, ut ipse bineis semper proficiant et non dispereant ; seu et tradidit ei pro parte sua et de ipso filio suo integrum molinum pertinentem eidem monasterio, quod edificatum est in flubio petrolano cum omni pertinentia et ordine de ipso molinum,

ad abendum illis illud in suprascripta ratione, qualiter supra diximus de ipsa rebus. Et quodcunque de ipsis rebus exierit. et inde tollere potuerit, aut in ipso monasterio introierit, totum illud sit in potestate ipsorum pater et filius, ad regendum et gubernandum in ipso monasterio ; tantum si talem causam in ipso monasterio introierit ut ornamentum fuerit de ipso monasterio, semper siant de ipso monasterio , et abeant illis illud ad regendum et gubernandum in ipso monasterio , qualiter et ipso aliut. Tantum potestatem abeant ego vel pars predicti ecclesie in ipse terris pertinentibus eidem monasterio ubi boluerimus iusta rationem unum parium de bobi ibi ordinare , quantum ipso bonum parium de bobi circoitum anni laborare potuerit de ipse terris , et quantum bictum inde exierit de ipse terris, quod ipso pario de bobi laboraberit, totum illud nobis abeamus faciendum inde , quod boluerimus; tantum diebus bite illorum per omnis annum illis ipsi pater et filius notrire nobis unum bufuleum , qui ipsi bobi tenet et unum pastorem , qui pars predicte ecclesie ibi direxerit ad omnis illorum expendium iusta rationem, sicut meruerit. Et amodo et diebus bite ipsorum pater et filius per omnis annum deant illis inde michi , vel ad pars predicte ecclesie censum unum porcum bonum , et una lancella de mele in natibitas domini, et in pasca resurrectione domini deant illis michi, vel ad pars predicte ecclesie , per omnis annum diebus bite illorum unum pecorum et una forma de cera bonum, sicut meruerit: ad obitum predicti nicolai presbiteri deant ipse leo filio suo michi vel ad pars predicte ecclesie censum de suprascripta tradictione, si illis diebus ipse leo bibus fuerit, octuaginta auri tari boni, ut per caput badant , et abeant ipse leo ipsa tradictione in omni ordine et ratione diebus bite sue, sicut supra scriptum est. Et ad die vero obiti predicti leoni, si remanserit post obitum ipsius genitori suo integra suprascripta tradictione bona salba, sicut meruerit, cum integra ipsa causa mobilia, et si talem causam in ipso monasterio introierit , ut ornamentum fuerit de ipso monasterio , totum bonum, sicut meruerit , remictant illis vel illorum heredibus ad mea vel pars predicte ecclesie potestatis faciendum inde , quod boluerimus ; et licead eredes suos inde exire cum omnis illorum causa mobilia. et si ipse leo ante ipsum genitorem suum defunctus fuerit, ipse nicola remictant nobis integra ipsa tradictione ad die obitis sui, sicut suprascriptum est; et licead eredes suos inde exire cum omnis illorum causa mobilia. Tantum quattuor casis de ominis , qui in ipsis rebus exdicti monasterii residunt , ad mea vel ad partem predicte ecclesie sancte sofie illud reserbo potestatis, cum integra rebus que modo de ipso monasterio ipsi omines retinunt, et nullam rationem inde ipsi omines retdant ad pars predicti monasterii, et quantum binum nobis, vel ad partem predicte ecclesie necessum fuerit pro conciandum et recolligendum ipsi labori qui ipso pario de bobi laboraberit, ipsi pater

et filius illud nobis dare ibi ad sufficiendum bonum , sicut meruerit ; et quanta centa in ipso monasterio introierit, integra medietate inde illis diebus bite illorum nobis dare. Et per combenientia guadia michi ipse nicola dedit, pro vice sua et de ipso filio suo , et fideiussorem michi posuit seipsum et berteraimo , qui est castaldus de eodem loco curnitu; et per ipsam guadiam obligavit se ipse nicola et ipso filio suo, ut si, sicut superius scriptum est, michi vel ad pars predicte ecclesie non adinpleberit et suprascripta, vel exinde remobere aut contradicere presumpserit , per ipsam guadiam ipse nicola obligat se et obligat ipsius filio suo componere michi, vel ad partem predicte ecclesie, centum auri solidos constantinos. quod scripsi Ego romoaldus notarius.

† Ego romoaldus me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCLXXV

A. D. 1053

† σίγνον χειρὸς λουκὰ τρωμάρχου.
† σίγνον χειρὸς πανκρατίου ἀδελφὸς ἀυτοὺ.
† σίγνον χειρὸς νικολάου ἀδελφὸς ἀυτοὺ.
† σίγνον χειρος κάνδιδου υϊοῦ τοῦ κλέπτη.

Εν ονοματι τοῦ πατρός καὶ τοῦ υιοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἡμεῖς οἱ πρῶγεγραμμένοι λουκᾶς καὶ πανκράτιος καὶ νικόλαος καὶ κάνδιδος οἱ ἀυτάδελφοι. οἱ τά σίγνα τοῦ τιμίου σταυροῦ ἴδιοχειρὶ ποιήσαντες τὰ παρακατίοντα εντελλῶμεθα. ἔχομεν μοναστίριον καὶ τόπον τινὰ εκ γονικῆς ἡμῶν κληρονομείας· εἰς τὴν διακράτησιν τῆς κάλαυρας· ὅπερ ἀμεληθόντες ἐν τὲς ἡμέραις ταῦταις τῶν φράνκων καὶ πῶς κρατῶμεν ἀυτὸν φράνκων καὶ ἐλεύθερον· καὶ παντελὸς ἠφανησθαι· καὶ πυρίκαυστον γέγονεν· καὶ παντελος ἠρίμωται καὶ ἠφάνησθαι. καὶ ἡ ἁγία τοῦ θεοῦ ἐκκλησία κεχάλασμικός ἔκειτο καὶ ἀλητούργητος. εἰδῶτες δὲ ἡμεῖς τὴν κατάπτωσιν τοῦ τόπου. καὶ φουούμενοι διὰ τοῦ θανάτου· σοὶ τῷ ἐυλαβεστάτω καθειγουμένω λεοντίω τῆς μονῆς τῆς ἁγίας τρίαδος τῆς κάυας· καὶ τοῖς σοῖς διακατοχοις. ἴδει ἀπεντεύθεν παραδίδομεν καὶ ἀφιέρωμεν τὸ εἰρημένον μοναστίριον· λέγωμεν δεὶ τὴν

† Signum manus Lucae Tromarchi.
† Signum manus Pancratii fratris ipsius.
† Signum manus Nicolai fratris ipsius.
† Signum manus Candidi filii Cleptae.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Nos suprascripti Lucas , et Pancratius, et Nicolaus, et Candidus germani fratres, qui signa venerandae crucis propria manu exaravimus , quae sequuntur praecipimus. Monasterium habemus , et locum quemdam ex paterna nostra hereditate in pertinentiis Calabriae: quod (*monasterium*), derelictum hisce Francorum diebus, possidemus immune et liberum , et omnino deletum et exustum , et prorsus desertum atque vastatum; sanctumque Dei templum eversum , divinoque cultu destitutum extabat. Nos autem, videntes loci vastationem , interitumque metuentes , tibi piissimo Leontio praeposito monasterii Sanctae Trinitatis Cavensis et successoribus tuis

μονὴν τοῦ ἀποστόλου ἀνδρέου σὺν πάσῃ τῇ διακρατήσῃ αὐτοῦ· ἔστιν δὲ ὁ περιορισμὸς τῆς ἁγίας μονῆς ταῦτης· ἀπὸ μὲν ἀνατολὰς ἄρχεται ἀπὸ τῆς φούρκας τῶν ποταμῶν καὶ ἀναυέννει και ἀποδίδει τὸν μέγαν κρημνὸν καὶ ἀπὸ τῶν κρημνῶν ἀναυέννη ἕως τὴν κεφαλὴν τοῦ μεγάλου ἄτζου. καὶ ἀπὸ τοῦ ἄτζου ὡς κρατεῖ τὰ εἶσα καὶ ρείχτει εἰς τὴν μεγάλην ὁδὸν. καὶ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σκελλίζει καὶ ρήχτει εἰς τὴν βαθεῖαν τὴν μεγάλην· καὶ ἀπὸ τοῦ ἄρκτρου μέρος ἄρχεται ἀπὸ τὴν στράταν τὴν μεγάλην· καὶ ὡς ὑπάγει ἡ στράτα ἕως τὴν ἀλόνην τοῦ σικέλου καὶ ὡς καταυέννη τὴν ἀλώνην καὶ διδει εἰς τὸ σήφωνε. καὶ ἀπὸ τοῦ σήφωνε ἀποδίδει εἰς τὸ ρυάκιν τοῦ γαννουλούτου καὶ ἀπὸ τοῦ ρυάκειν ὡς καταυέννει καὶ δίδει εἰς το ρυάκειν τοῦ μαύρουυοῦε. καὶ ἀπὸ τοῦ ρυακειν τοῦτου ρήχτει εἰς την μεγαλην τύνπαν τῆς καθθοῦσα· καὶ ἀπὸ τῆς καθθούσα σκελλίζει τὸν υουνὸν καὶ δίδει εἰς τον μεγαν ποταμὸν· καὶ ὡς κατέυει ὁ ποταμὸς ἕως τοῦ ποταμοῦ ὃς καταυέννει ἀπὸ τοῦ κεραμίδι καὶ κλύη. δῶμεν καὶ ἀφιέρωμεν σοῖ τῶ προειρημένω οιγουμενω καὶ τοῖς σοῖς διακατόχοις ἵνα ἔχειτε εξουσίαν ἐν αυτῶ τῶ πρωειρημένω μοναστιρίω· ὡς κυριοι καὶ αυθένται ὡς παρ' ἡμῶν ἠλειφῶτες τὴν ἐξουσίαν, τοῦ ἔχειν ἐξουσίαν σὺ καὶ οἱ ὑπὸ σοὺ προυαλλομενοι πάντοτε ποιεῖν ἐν ἀυτῶ, ὅσα οἱ θεῖοι νόμοι παρακελεύοντε ἵνα εὔχεσται ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτήχοις ὑπερ ημῶν μὴ τολμωμεν δε ἡμεῖς ἀπὸ σήμερον ὁρίζην· ἡ ἐν-χλῆν ἕν τινι ἡμῶν. ἀν δὲ φάνωμεθα ποτὲ καιρῶ ζήτισιν. ποιούμενοι ὑπὲρ τοῦ παρ' ἡμῶν σοὶ ἐγγράφω παραδοθέντος μοναστιρίου. ὁμολογοῦμεν ἐν πρωτοις ήναι ἡμεῖς ἄρνητι του τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. καὶ ὑπόκλήνωμεν ζημιοῦσθαι εἰς τὸ δημόσιον νόμισματα. ιζ'. καὶ προς σὲ τὸν ὀνομασθέντα λεόντιον διδεῖν αλλα. ζ'. καὶ ούτο στέργειν καὶ ἐμμένειν τὸ παρὸν παραδωτηκὸν εις αἰώνα αἰώνος. ἐγράφη καὶ τὸ ὅλον ἦφος παρακλήσει ἡμῶν τῶν παρευρεθέντων ἀνθρωπων· δια χειρὸς θεοφειλάκτου προτοπάπα τοῦ αστεος ἁγίου κύρικου. ἐν ἔτει ͵ςφξα' ινδικτίωνος ς'. παρουσία των παρευρεθέντων μαρτύρων.

† νικολαος ηγουμενος του κεραμηδου μαρτυρ υπεγραψα.

† θεόδορος προτομανδρίτης της καλαυρας μάρτυρ υπέγραψα.

iam hinc tradimus et offerimus dictum monasterium, scilicet monasterium Apostoli Andreae, cum omnibus eius pertinentiis. Sunt autem fines huiusce sancti monasterii: ab oriente incipit a Furca fluminum, et ascendit et iungitur magnae rupi, et a rupe ascendit usque ad caput magni Atzi, et ab Atzo imminet locis iuxta positis, et vergit in magnam viam, et a via progreditur atque tendit ad vallem magnam; et a septemtrionis parte incipit a via magna, et ut pergit via usque ad aream Siceli, et ut descendit per aream et pergit ad canalem, et a canali vadit ad rivum Gannuluti, et a rivo descendit et iungitur rivo Maurubue, et ab hoc rivo vadit ad magnum tumulum Catthusae, et a Catthusa pergit iuxta collem, et iungitur magno flumini, et ut descendit fluvius usque ad fluvium qui descendit e Ceramide, et (*his finibus*) circumscribitur. Concedimus et offerimus tibi praedicto praeposito et tuis successoribus (*omnia praedicta*), ut habeatis dominium in supradictum monasterium, tamquam possessores et domini, quippe qui accepistis a nobis (*praefatum*) dominium, ut et tu et qui praepositi a te fuerint potestatem habeatis faciendi in eo quovis tempore quidquid divinae leges praecipiunt, et in sacra diptycha nomen nostrum referatis. Ne vero nos audeamus cuiquam vestrum ab hac die imperare, vel molestiam inferre: sin autem aliquando quaestionem instituerimus de hac monasterii concessione a nobis tibi facta, declaramus in primis proditores nos esse venerandae et vivificae crucis, et poenae nomine Fisco publico solvere teneamur nummos septem et decem, tibique praefato Leontio alios septem; et rata ac firma remaneat praesens concessio in perpetuum. Totum instrumentum rogatu nostrum intervenientium scriptum est manu Teophylacti protopapae civitatis sancti

✝ ἀναστάσιος υἱὸς λουκὰ τρωμάρχου μάρτυρ υπέγραψα.
✝ λούκας αδελφος αὐτοῦ μάρτυρ ὑπέγραψα.
✝ λίκαστος τοῦ οὐρσίνου μάρτυρ ὑπέγραψα.

Cyrici, anno 6561, indictione VI, coram testibus qui interfuerunt.
✝ Nicolaus praepositus Ceramidi testis subscripsi.
✝ Theodorus Protomandrita Calabriae testis subscripsi.
✝ Anastasius Lucae Tromarchi filius testis subscripsi.
✝ Lucas frater ipsius testis subscripsi.
✝ Licastus Ursini filius testis subscripsi.

MCLXXVI

A. D. 1053

✝ In nomine domini duodecimo [1]) anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februario, sexta indictione. Ideoque ego maria filia quondam iohanni, Clarifico me avere rebus in locum rutigini ubi nominatibum ad atrinee dicitur, quod sunt terris cum vineis et terris vacive, cum aliquante quercie pertinentes michi de iamdicto genitori meo per nostre rationis. Set ut secundum lex que in edicto capitulo continet de mulier que res sua vendere boluerit, non in absconsum, nisi in presentia iudicis seu duo aut tres parentes propinquiores suos secum avead, et sic iudicem roget, quia rex mea volo vendere et nullam violentiam se pati non reclamaverit, nisi bona boluntate sua ipsa rex dixerit venumdare, set congruum michi est ipsa mea declarata rebus vindere ad grimoaldus clericus filius quondam nicolai presbyteri et abbati. Proinde convocavit erga me ursus filius quondam conteri, qui est virum et mundoalt mei, et cum illos pariter perreximus ante presentia landemarii iudici, et nobiscum adesset tres propinquiores mei parentes, et pariter cum illis ante ipsum iudicem, et nota fecimus, quia rebus mea de iamdicto loco rutigini volo vendere, bona etenim mea voluntate; set pro nulla violentia aliquit me . . . . esset. Quare ipsum iudicem talia audiente, licentiam michi dedit ipsa mea declarata reddere ipsius grimoaldi clerici, et ipsum virum et mundoalt meum cum ipsi parentes in ac cartula manum posuerunt, et sic michi exinde consenserunt ipsa rebus vindendi per ec finis. Da una parte, sicut ballone discernit a socia quam ividem a pars orientis retinet eredes quondam mirandi cum consortibus suis; a pars occidentis similiter, sicut ballone

---

[1]) Potius *undecimo*.

discernit a socia de eredes quondam iohanni qui fuit de eodem loco rutigini, et ambo ipsi balloni descendunt in vallone maiore de super parte, sicut limite et termiti discernunt inter ec rebus et vineis, quam ividem retinunt eredes ipsius iohanni, quam illut paone ad pastenandum retinet da illorum consortibus, et iunget in ipso ballone priore finis, et est ipsa rebus cum supradicti fini in lucanie partibus. Hec vero predicte rebus de iamdicto loco per suprascripte finis tota et integra illam tibi grimoaldi clerici venumdamus cum introitu et exitu et vice de viis suis, et cum omnia intra ipse finis aventibus omnibusque inde pertinentes, ad securiter et firmiter amodo et semper tu predictus grimoaldus clericus et tuos eredes illut, sicut dictum est, avendum, dominandum, possidendum et omnia exinde faciendum, que tibi tuique eredibus placuerit, absque omni contrarietate nostra, vel de nostros eredes, aut cuiqua hominibus. Unde pro confirmandam et stabiliscendam anc nostra vindictione nunc a presente recepimus a te iamdictus grimoaldus clericus statutum pretium, i sunt in auro solidos triginta unum ana quattuor tari per unum quoque solidum in omni deliveratione, sicut inter nos convenimus. Finitoque vero pretio ipso, ut dictum est, aput nos ea ratione guadia tibi grimoaldi clerici una cum ipsum virum et mundoalt meum dedimus, et mediatorem tibi posuimus domnandus clericus filius quondam andree clerici, et per eadem guadiam et convenientiam obligo me ego maria, una cum ipsum virum et mundoalt meum et nostros eredes, predicta nostra vindictione tibi tuique eredibus defensandum ab omnibus hominibus, ab omnique partibus, etiam et da illis hominibus et partibus, qui pro nostris et earum vel illarum partibus qualiscumque miserint causationis: et quando volueritis exinde esse autores et defensores, per bos ipsos vice nostra licentiam et potestatem abeatis cum ista cartula, seu cum quale alia monimen et rationes inde avere potueritis, simul et cum due cartule scriptionis, que a presentis vobis remisimus, que continunt ipsa rebus michi esse pertinentes, aut cum quale alia monimen inde potueritis avere, sicut dictum est, in omnibus inde causare et finem facere, et illut vobis defensaret. Nam, quando nos nostrosque eredes inde autores et defensores avere quesieritis, nos autem nostrosque eredes illut vobis defensemus, sicut superius legitur; sic tamen, ut remittatis nobis vel ad nostros eredes ipse due cartule et sic cum ille omnia, quod supra dictum est, defensemus et abeamus ille usque ad diffinitam legem; et post finem facta remittamus tibi vel ad tuos eredes ambo ipse cartule sine macula et salve. Quod si de ec omnia quod superius legitur, tibi grimoaldi tuique eredibus non adimpleverimus, et retroare seu removere illut quesierimus, et quodcumque causationis adversus vos exinde preposuerimus per nos aut per submissam nostram, et suprascripta vobis vestrisque eredibus non adimpleverimus; Ideo per convenientiam obligo me ego ma-

ria, una cum ipsum virum et mundoal meum et nostros eredes, ad componendum tibi grimoaldi clerico vel ad tuos eredes, sive cui unc scriptum vice tua in manus paruerit, centum auri solidos constantini; et omnia suprascripta per invitis vobis adinpleamus, per iamdicta guadia et predictum mediatorem. Et taliter guido subdiaconus primicerius et notarius scribere rogavimus, qui et interfuisti.

† Ego qui supra landemarius clericus et iudex.

† Ego grimoaldus diaconus.

MCLXXVII

A. D. 1053

† In nomine domini duodecimo [1]) anno principatus domni gisulfi, mense februario, sexta indictione. Ideoque ego maraldus filius cunteni per conbenientia et salutis anime mee offero omnes meas res, quod abeo per tota fine de lucania et cilenti, in monasterio sancti magni, quod est in mons de cilento, in eo tinore, ut si ego vel meos heredes illud voluerimus retinere, licentiam abeamus sine omni contrarietate pars ipsum monasterium et de eius rectores; tantum per annos demus ad pars ipsum monasterium in natibitas domini quattuor bracchia de ciria et unum pario de oblate in pascha domini, et quidquid fruges abere potuerimus de cuntas res nostre, sint potestate, sine omni requisitione, pars ipsum monasterium; et siamus sub dominio et iudicium de ipsum abbas de ipso monasterio, et, sicut diximus, nos et nostris heredibus ad frudiandum abeamus predictum tenere rebus, qualiter in ipsum monasterio tradite abuimus; et per combenientia recepimus per scripta alia cartula a te domno alfano abbas eiusdem monasterii uno tinore scripta, et guadiam tibi domno abbas alfanus dedimus, et fideiussorem tibi posuimus maraldus filius quondam iohannes qui de giza bocatur; et per ipsam guadiam obligo me ego maraldus et omnes meos heredibus, ut omni tempore adimpleamus per hordine, qualiter diximus, et tota ipsa res nostra in predicto monasterio fiant et nos illam cum nostris heredibus frudiemus, et predictum censum ad ipsum monasterium annualiter demus, et rationem reddamus cum nostris heredibus ad pars ipsum monasterium. Et si taliter nos et nostris heredibus non adimpleberimus et remobere vel contradicere aliquid inde voluerimus per nos vel per summissam nostras, per ipsam guadiam obligamus nos predictus ma-

---

[1]) Potius *undecimo*.

raldus et nostris heredibus componere tibi domnus alfanus abbas et ad vestros posteros et pars ipsum monasterium, et cum scriptum istum pro vice pars ipsum monasterium in manu paruerit, quinquaginta auri solidos constantini; et omnia que supra legitur, in predicto hordine firmiter permaneat, et taliter scribsit ego grimoaldus clericus et notarius qui interfui, actum cilentus.

† Signum manus qui supra Alfanus abbas.

† Signum manus ursi filii citro.

† Signum manus urso filius quoddam maraldu clerici.

MCLXXVIII

A. D. 1053

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense martius, sexta indictione. Ideoque ego guiselmari vicecomite filius quondam martini, quoniam per licentiam domne theodore filie gregorii et de domni guaimarii, et gregorii, et guidoni et iohanni germani filii sui et seniori mei tradidit ad iohannes presbiter et abbas ecclesie vocabulum sancti angeli, que sita est in propria rebus supradicti domni nostri seniori, in locum qui dicitur velanzanu, finibus caput aquis, quod ante hos tempus domnus paldulfus, qui fuit genitor supradicti domni nostri seniori, et virum supranominate domne nostre theodore, paratam illam abuit da dauferius filius quondam disidei; set modo per licentiam supradicti nostri seniori et per illorum demandatione tradidit ipsa prefata ecclesie ad iamdictus iohannes presbiter et abbas cum regimen de ipsa ecclesia, idest liver comiti duo, antifonaria de die unum et aliu de nocte, psalteria dua, omelia quaterni vigintiquinque, turibulu de argentu unu, planeta de siricu una, amittu de seta unum et unum orale sestaci de siricu unu, pannos sericos tres, manuli de siricu duo, et orale de siricu unum. Alii orali de linu quattuor, amictora tres, planete de linu due, duo camisa, cingulu unum, et due cortine, sindones quattuor, turibula de rame dua, iuppa una, backe due cum filii dui, dua paria de vovi cum omnia illorum paraturia, asini quattuor, iomenta unam, backe alie due, butti da vinum nobem et tratturia unam, tratturia da vittu tres et tine nobem, capre undecim, edos septem, capessuni tres, obes tres, peculiu unum, et de porci scurie due et porca scuri tres, in auro solidi quattuor, scutelle quinque, duo alvari, colcitra una, plaione unum, lena polemita una, setazza dua, cribu unum. totum, ut supra diximus, per licentiam supradicte domne nostre theodore, et domni

guaimarii, et gregorii, et guidoni, et iohanni seniori nostri illut ei tradidimus. insuper et tradidit ei per illorum demandationem inclite vinee que est veneficium iamdicte ecclesie in ipso supranominato locum, cum inclita rebus et pomis, qui fuit nominatibi radoaldi presbiteri subtus sancti clementi, et inclite terris lavoraturie, que sunt per fine caputaquis, et fuerunt rebus pertinentes predicti sesami et modo est pertinentes iamdicti nostri seniori; totum quantum quantoque supradiximus, illut ei per demandationem supradicti domni nostri seniori tradidit, tali namque ordine, ut amodo et semper ipse iamdictus iohannes presbiter et abbas et eredes eius si clericus aut presbiter fuerit, ipsa ecclesiam tenere, et die noctuque illam officiare, sicut decet ecclesie forinsecus senioribus abbatie, et quanta offerta seu oblatione annualiter in ipsa ecclesia introierit, totum illut tibi iohanni tuique eredibus, sicut supra dictum est, illut vobis aveatis; et nullam sortionem partibus nostri seniori vel illorum eredibus vobis exinde tollere querat, excepto si in ipsa ecclesia introierit pannum sericum, aut vobem, aut cavallum, vel talem oblationem, que at utilitatem ipsius ecclesie esse merear, totum permanead in ipsa ecclesie, et partibus nostri seniori, et illorum eredibus; et amodo et semper ipse iohannes presbiter vel suos eredes retdant rationem, et siant in dominio supradicti domni nostri seniori, vel de illorum eredibus, sicuti et alii liveri abbati de ecclesie abbatie uic terre caput aquis faciunt sui seniori, et quicquit causis mobilibus et stavilibus de ipsa iamdicte ecclesia, quod de super diximus, que modo a presentibus vobis iohanni presbiteri et abbati remisimus potestati, ad obitus tui totum illut redeant in potestatem predicte ecclesie, et partibus nostri seniori, vel de illorum eredibus, cum inclita medietate, que per bos da amodo et semper quantum quantoque in ipsa ecclesie conquidere potuerint. Reliqua vero alia medietate siant vestre potestati et de tuos heredes, faciendum exinde omnia, que tibi tuique eredibus placuerit, absque omni contrarietate pars nostri seniori, vel de illorum eredibus, aut cuique hominibus. Et si post obitus tuis eredes clericus vel presbiteri dimiserit, qui per se ipsa ecclesia regere, officiare vene potuerit, ut omnibus causis vel animaliis, quod de super diximus, siant in eius potestatem in iamdicto ordine, sicut desuper declaravimus; ad suum namque obitum totum redeant in partibus iamdicte ecclesie et domni nostri seniori, et de illorum eredes, sicut supra diximus, excepto ipsa medietate de illius conquisitum, siant in illius potestati, sicuti desuper declaratum est. Et amodo et semper potestatem aveant pars nostri seniori vel illorum eredes ipsa ecclesia vel suis rebus et causis omni tempore requirendi, ut in antea proficiant et non dispereant Et oc dicimus, ut bobis iohanni presbiteri et abbati vel tuos, sicut diximus, eredes omni anno ipse vinee veneficii acto tempore lavoretis et concietis de super et de subtus, sicut ipse locus me-

ruerit, et quicquit vinum vel fruges de ipse vineis et terris inde annualiter tollere et avere potueritis, totum illut vobis vestrisque eredibus aveatis, sicut et de omnia, quod desuper diximus. Tantum omni anno in festibitate sancti angeli detis vobis iohanni presbiteri, vel tuos eredes in partibus domni nostri seniori vel de illorum eredibus, unum parium de oblate, amplius autem nullam dationem pars nostri seniori, vel illorum eredes vobis tollere querat, et est disturbatum in quanto virgulas pro nomine dauferius, et in subtus partibus iterum est disturbatum pro causis movilibus et stavilibus de ipsa iamdicta ecclesia, et iterum bobis iohanni presbiteri remitto potestati sortionem de ecclesia sancti eustasii, ut omnia inde ordinandum, sicuti et alii consortes iamdicta ecclesia faciunt. Unde de omnia quot superius diximus adinplendum, guadia michi ipse iohannes presbiter et abbas dedit, et mediatorem michi posuit landemarium clericum et iudicem filium quondam landolfi, et per ipsam guadiam et convenientiam obligavit se ipse iohannes presbiter et abbas et suos eredes, quod si de omnia, quod superius diximus, in partibus domni nostri seniori, vel de illorum eredibus non adimpleverint, et retroare seu removere illum quesierint, et quotcumque causationis exinde preposuerint per se vel per submissam suam, ideo per convenientiam obligavit seipse iohannes presbiter et abbas et suos eredes ad componendum in partibus iamdicti nostri seniori, vel de illorum eredibus, sive cui unc scriptum pro vice illorum in manus paruerit, centum auri solidos constantinos, et oc scriptum firmum permanead per iamdicta guadia et predictum mediatorem in supradicta ratione. Et taliter scripsi ego guido subdiaconus primicerius et notarius qui interfuit.

† Ego grimoaldus me subscripsi.

† Ego radoaldus clericus.

MCLXXIX

A. D. 1053

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense aprilis, sexta indictione. Ego alferius archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi de intus anc salernitanam cibitatem per combenientia ante idonei testes coniunctus sum cum castelmanno comes germanus meus, propter quod ante os dies per combenientia ante presentia amati iudici per firma cartula, que scripta est per romoaldum notarium, pro parte altrude uxori sue dedit ego ei terra cum casa pertinente eidem ecclesie que est ipsa terra cum casa per finis et mensuria talem pedem manum ominis mensuratu,

quantum cartula ista in capite lata est [1]) pedem unum: a parte orientis fine anditum in quo ipse castelmannus scala et mineaneum abet, et similiter ipsa casa quod ei dedit in ipsum anditum scala et mineaneum factum abet inde pedes biginti, minus uncias tribus: a parte meridie fine predicta ecclesia: ab occidente fine anditum in quo super ipso anditum et in ipso anditum mineaneum et scala ipsa casa abet, inde pedes decem et nobem, et uncie due: a parte septemtrionis fine strectola et, sicut inter nos combenit, guadia mihi ipse castelmannus dedit et fideiussorem mihi posuit petrus filius quondam iaquinti notario; et per ipsam guadiam obligavit se et eius eredes, ut omines, qui residet ipsa casa, per firmum brebem a parte mea nullam molestationem ad ipsi omines faciant, amodo et usque constitutum, quod ipsi brebi continet, sed firma remaneant. ipse castelmannus et eius eredes cum ipsi omines, sicuti illis michi et ad pars predicte ecclesie sunt obbligati per ipsi brebi, et omnis censum, quod inde ego vel pars predicte ecclesie tollere et abere debemus, totum illud nos faciamus dare ipsius altrude et ad eius eredes, et ad ipso constitutum, que ipsi brebi continet, licead ipsi omines inde exire cum omnis illorum causa, sicut ipsi brebi continet; et qualiter michi vel ad pars predicte ecclesie ipsa terra cum casa ipsi omines vel illorum eredes remictere debunt per ipsi brebi, taliter ipsa terra cum casa perbeniant ad potestatem predicte altrude et de illius eredes, ad faciendum inde, quod boluerint, et ipso brebem, quod inde ipsi omines abunt firmatum de ipsa casa a parte mea, scriptum est per dauferium notarium vicesimo anno principatus domni guaimarii, et primo anno principatus domni iohanni eius filii, et primo anno principatus eorum capue, mense agustus, sexta indictione. Et in eum subscripti grimoalt comes et iudex et alderissi notarius; et sic permaneant ipse castelmannus et ipsa uxor sua vel illorum eredibus cum ipsi omines qui ipsa casa per ipsum brebem retinunt. qualiter per ipsum brebem inde eorum ego sum obligatum, vel pars predicte ecclesie, et sic licead ipsi omines inde exire cum omnis illorum causa, qualiter ipso brebem continet. Et si taliter, sicut superius scriptum est, ille et eius eredes, ipse castelmannus et eius eredes, michi vel ad pars predicte ecclesie non adinpleberint, et suprascripta vel exinde remobere aut contradicere presumpserit, per ipsam guadiam ipse castelmannus obligavit se et eius eredes componere michi, vel ad pars predicte ecclesie centum auri solidos costantini; suprascripto disturbatum legit: ille, quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

---

[1]) 34 Centimetris.

MCLXXX

A. D. 1053

† In nomine domini domno [1]) constantino divina gratia imperatore augusto, deo propitio, mense haprelis, sexta indictione. Ideoque ego vir nomine adelbertus fil ius cuidam musandi protospathario, qui sumus commorantes intus cibitatem luceria, clarefacio enim intus in ac predicta cibitate luceria, qualiter ante presentiam iohanne iudicem et aliis vonis ominibus qui ic subter conscripti, quia habeo aliquantulum de terra vacua propinquo vallone predicte cibitatis luceria, iusta ipsa via que badit in vicum qui dicitur lauri, et per dibersis aliis locis, quem isdicta terra ex predicto genitorem meum michi est pertinentem. Nuc autem pro meis utilitatibus perficiendum eadem predicta terra michi vindere congruum est, et exinde mea congruitate perficiendum. Quapropter, dum michi congruum et aptum esse videtur, vona etenim mea voluntate per hanc quoque videlicet cartulam vindedimus tivi cuius dicto grimoaldo dei nutu Abbati ex ecclesia sancti iacobi hapostoli que sita est in lama cupa ipsa supradicta terra, que superius patefecimus nobis esse pertinentem: que abet fines de prima pars, quod est ha medio limite et ipsa terra sancti iacobi, inde sunt passi quaddraginta et sex: de secundo scilicet kapite quod est av ipsa via publica inde sunt passi triginta et tres: de tertio autem latere a medio limite et ipsa terra iohannis filii roffrit, inde sunt in longitudo passi sexsaginta et tres: de quarto autem kapite et medio limite et vinea benedicti: similiter et ipsa terra sancti iacobi, inde sunt usque in prioras fines numero passi viginti septem. Inter iste namquo finis et mensure que superius cernitur et legitur de fine in fine, quantum infra claustrum est et per girum mensuratum, unde nec nobis neque ad eredibus nostris, neque quartula uxori nostre, neque ad nullumquempiam ominem ibi aliqua portio reserbavimus requirendi, ut qualiter se iacet ipsa terra, una cum mediis limitibus, et cum biis et anditis suis, cum suis omnibus pertinentiis, in integrum ipsa terra vindedimus tivi grimoaldo abbati emtori nostro possidendum. de quo pro constaviliscendam tivi adque confirmandam anc nostram vinditionem manifesti sumus, quod a presente recepimus a te emtorem nostrum duobus tari ex auro voni; finitum dicimus aput nos receptum abere ipsum pretium, ea videlicet ratione, ut hamodo et semper eadem nostram vinditionem, sicut supra legitur, abere et possidere habeatis et faciatis exinde quemammodum tivi tuisque eredibus, vel tuis posterioribus placuerit. Unde guadia tivi dedimus et mediatorem tivi posuimus syfi filius sillicti presbiteri, et obligamus nos et nostros ere-

[1]) Anno XI imperii eius.

dibus tivi nominato grimaldo abbati tuisque posterioribus, ut hanc nostram vindictionem nos vobis ab omnibus ominibus ab omnique partibus antistare et defendere debeamus eam a vobis per hinvitis. quod si noluerimus, aut si nos ipsis per quabis ingenium illam vobis tornare aut removere quesierimus, primis omnium questio nostra inanis et tacita sint, et decem aurei solidi voni penam vobis vostrisque eredibus nos et nostros eredes componere placitamus et exinde adversus vos semper taciti et confusi maneamus per invitis, in eadem guadia et ipsum vestrum mediatorem, qui se tribuit vobis ad pignerandum omnia sua pignera legitima et inlegitima; tamdiu donec adimpleamus tivi, qualiter ic superius scriptum; de colludio autem, si a vos pulsati fuerimus ad sancta dei evvangelia legibus vobis satisfaciemus, ita ut nostrum non sit colludio, et unc brebem firmum et stavilem permaneat. Ut in posterum recordentur quia pro commemoratione unc brebem vindictionis scribsit Ego desiderio notarius. Actum in civitate lucerie, indictione feliciter.

† Ego iohanne iudex.

† Ego maio teste sum.

† Ego alerisi teste.

MCLXXXI

A. D. 1053

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense magio, sexta indictione. Ego consilio diaconus filius quondam alechisi presbiteri de locum tusciano ante subscribendis testibus coniunctus sum cum mirandus presbiter et abbas ecclesie sancti mathie, quem domus guaimarius principes et dux a nobo fundamine construxit in locum tusciano, et ipse abbas per combenientia per iussionem suprascripti domni nostri gisulfi tradidit michi de res pertinente exdicte ecclesie una pecia de terra cum binea et aliquanti arboribus et salicetum et bacuum uno teniente per finis et mensuras iusto passu ominis mensuratum. A parte orientis passi septuaginta octo: A parte septemtrionis passi quattuordecim et rebolbit in ipsa parte septemtrionis passi biginti quattuor, et rebolbit in parte occidentis passi nonaginta octo, et rebolbit in parte meridie passi sidecim, et rebolbit in parte occidentis passi sexaginta quattuor. A parte occidentis fine arcaturia domnica inde sunt passi triginta, et rebolbit in ipsa parte occidentis passi quinquaginta duo usque flubio tusciano. Et rebolbente in parte meridie fine ipso flubio et passi centum biginti octo, et rebolbit in ipsam partem orientis passi octuaginta sex, usque

ipsa priore fine. Iamdicta pecia de terra per iamdictas fines et mensu ras inclitam illam michi tradidit cum bice de via sua Tali tinore, ut amodo et semper, natos nascentes, ad mea et de meis heredibus sint potestatis illam teneamus, et dominemus, fovee et omnis nostre utilitatis iusta rationem ibidem faciamus, et unde meruerit, illut cludamus, et amodo per omnis annum ipsa tradictione lavoremus et cultemus, et ipso bacuum amodo per omnis annum pastenemus et propaginemus de vono arbusto bitato et vinea, et pomis, et salices, sicut meruerit, ut in completi duodecim anni abeamus tota ipsa tradictione pastenata et surta de vono arbusto bitato, et vinea, et pomis, et salicetum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit. Et da inde in antea et amodo per omnis annum tota ipsa tradictione apto tempore lavoremus, potemus, propaginemus, inpalemus, aremus, lighemus cum boni pali, sicut meruerit bona binea et arbustum de ipso locum, ut semper in melius proficiant et non dispereant, et per omnis annum perfectum pareat lavoratum et cultatum et salbum, et ipso arbustum de subtus seminatum, et unde meruerit clusum tantum ubi abuerit infra ipsa tradictione terra arida, et per tertiam bice plantationis ibi posuerimus et non comprehenserit, nos siamus inde culpabiles in pars ipsius ecclesie, set illut teneamus in suprascripta ratione. Et per tempore de are et per vindemie, et quando ipse salices abscidere per tempore boluerimus, faciamus scire pars predicte ecclesie, ut ibidem dirigat missum suum, et nos tote ipse salices rationabiliter abscidamus, et ipsa binea de tota ipsa traditione inde lighemus bona sicut meruerit, et quante inde remanet dividamus ille in tres partes; pars predicte ecclesie tollat inde tertiam partem et nos due sortis, et per aree toti ipsi lavori indeque metamus et adunemus ibi ad area, et tritulemus, et conciemus, et de omnis victum et lavores quam inde exierit, pars predicte ecclesie tollat tertiam partem et nos due sortis. Et per tempore de vindemie amodo per omnis annum tota ipsa vinea et arbustum bindemiemus et vinum ipsum ibidem ad palmentum procuremus, et de omnis vinum quam inde exierit, pars predicte ecclesie tollat tertiam partem et nos due sortis, et pars predicte ecclesie semper nobis dare in ipsa tradictione organeum bonum da vinum, et nos semper ipso organeum conciemus et studiemus bonum, sicut meruerit, et reponamus illut in domus nostra, que facere debemus in ipsa tradictione, et mittamus ibidem ipsam sortionem de ipso binum predicte ecclesie, et salbum illut faciamus, donec pars ipsius ecclesie illut tulerit absque degeneratione et ingne; missum predicte ecclesie, dum per vindemia et per aree ibidem steterit, nos illut nutriemus secundum nostram possivilitatem, et per omnis annum demus in pars ipsius ecclesie per vindemie palmentaticum, sicut consuetudo est per ipso locum. Et quale tempore da ipsi duodecim anni in antea eadem res tenere et lavorare noluerimus, inclita suprascripta tra-

dictione bona lavorata, sicut superius legitur, salba cum ipso organeum remittamus in pars ipsius ecclesie, et liceat nos inde exire cum omnis nostra causa, que iustum fuerit, et ire ubi voluerimus, et amodo et dum rebus ipsa tenuerimus in iamdicta ratione, licentiam abeamus si voluerimus omines ad residendum et abitandum ibidem mittere, qualiter voluerimus, et abeamus. Et per combenientia per iussionem suprascripta gloriosa potestate guadia michi ipsum abbas dedit et mediatore michi posuit iohannes filius quondam gautii. Et per ipsam guadiam etc. *Sequitur consueta formula, statuta mulcta quinquaginta auri solidorum constantini.* Sic tamen, si ortum de cepolle ibi fecerimus, demus inde in pars ipsius ecclesie quartam partem, et nos tres sortis. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego qui supra mirandus presbiter et abbas.

† Ego grimoaldus me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCLXXXII

A. D. 1053

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense iunius, sexta indictione. Ego alfanus comes filius quondam guidoni comitis declaro quoniam mihi et landoni germani mei pertinet habere una pecia de terra in locum dufiano, ubi a la castanieta dicitur, et est per finis et mensurie iusto passu hominis mensurato: A parte septemtrionis fine romualdi filii quondam iohanni, inde passi triginta sex: Ab occidente fine de aliis, et passi decem et octo: a meridie fine de aliis, et passi triginta quadtuor: Ab oriente fine media sepe iusta ipsa sepe, et passi quadtuordecim. Et congruum est mihi vice mea, et de ipso germano meo illut in commutationis ordine dare exdicto romualdi. Et ideo, sicut mihi congruum est, bona mea voluntate, per conbenientia per anc cartulam ante subscriptos testes do tibi romualdi vice mea, et de ipso germano meo integram ipsam pecia de terra per iamdictas fines et mensuras cum omnia intro eam habentibus, cuntisque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, et ipsa via trabersat per ipsa rebus, tum predicto romoaldo et suis heredibus illut habendum et faciendum inde omnia, quod volueritis, et propter confirmationis uius commutationis, suscepi a te vice mea et de ipso germano meo una pecia de terra tuaque romoaldi in eodem loco propinquo sancti mathei pertinente nostra, et est per finis et mensuras: A parte orientis fine

nostra et passi quadtuordecim : a parte meridiei similiter fine nostra , et passi quinquaginta: A parte occidentis fine de aliis, et passi decem et octo. A septemtrione fine limite et passi quinquaginta, mensurati ad iusto passum homini. Ista pecia recepi a te nominato romoaldo vice mea, et de ipso germano meo, pro ipsa commutatione, sicut inter nos conbenit per alia cartula que aput me remisisti. Insuper et adiunsit tibi romoaldi pro ipsa commutatione undecim auri tari faciendum inde quod volueritis , et guadiam tibi iamdicti romoaldi dedi et fideiussorem tibi posui sico comes filius quondam guala. et per ipsam guadiam etc: *Statuta mulcta triginta auri solidorum Constantini.* Et talia vobis adimpleamus. Ipso disturbatum legit recepi a te nominato , et taliter te petrus notarius scribere rogavimus.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

MCLXXXIII

A. D. 1053

† In nomine domini duodecimo hanno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iulius, sexta indictione. memoratorium factum a me raidolfus presbiter et abbas, et filius quondam domnelli de locum balnearia , eo quod ante subscripti testes , per bona convenientia tradidi ego sesamus germanus noster, et filius supradicti domnellus genitore nostro de locum balnearia , una pecia de terra nostra pertinentes ecclesia sancte lucie , quod ego raidolfus abbas a nobo fundamine construxit et edificabit in rebus mea in iamdicto locum balnearia , et pro parte et bice de ipsa ecclesia tradidit ipsius sesami ipsa pecia de terra , que est in ipsum locum balnearia in plano de montecellum da sanctum archangelum , que est terra ipsa per finis et mensuria ; da pars septemtrionis fine bia, que pergit ad ipsa ecclesia sancti archangeli, inde passi octoaginta ; a pars meridie fine de consortibus nostris, sunt inde passi nonaginta; de capite a parte occidentis fine de ipsa ecclesia sancti archangeli, sicut inde limite discernit, inde passi viginti octo; de pede a parte orientis fine nostra, inde abet passi decem et nobe , totum mensuratum ad iusto passum homini. Hec vero rebus per iamdicte finis et mensuria cum omnia intro se abentibus homnibusque suis pertinentiis, et cum vice de via sua, pro parte et bice ipsius ecclesie sancte lucia nostra pertinentes, tradidi ego ipsius sesami in tali ordine, ut amodo et semper omni tempore, natos nascentes, a sua et de suis heredibus sint potestatem illut

eos tenendum, et dominandum, et fobee, et omnis sue utilitate iusta ratione ibidem faciant, et pastenarent illut ibidem in ortu ipsa rebus arbores et vites de bono bitineo; sic itaque, ut completi amodo, et usque duodecim anni abeant illut et suis heredibus in tota ipsa rebus perfectum arbustum bitatum, surtum, operatum et cultatum, sicut de tantos annos locus ipse meruerit, et in antea et omni tempore, ubi meruerit, arbores et bites illut eos pastenaret, et cultaret, et propaginaret, et cultaret, et studiare, ut in melius proficiant et non dixpereant. et amodo et usque octo hanni completi quantum binum ibidem fecerint vel quicquit fruges inde tollere, vel abere potuerint, totum illorum sue sint potestatem, septo de quo amodo et semper ibidem seminaberint, deant illut in partibus ipsius ecclesie sancte lucie terraticum secundum consuetudine de ipsum locum. et da ipsi octo anni in antea omni tempore demus illorum organeum bonum da binum, et illut vel suis heredibus annualiter conciare et studiare ipso organeum, sicut meruerit. et per tempore de vindemie faciant illut, vel suis heredibus nobis seum in partibus ipsius ecclesie, ut pergamus aut dirigamus ibidem missum nostrum pro bigilandum et recipiendum ipsa nostra sortione de ipso binum, et illut vel suis heredibus abto tempore illut vindemiare et ad palmentum ipso vinum procurare, et sic ipso binum ad palmentum per medietatem inter nos dibidamus; pars ipsius ecclesie tollamus exinde medietatem, et ipse sesamus vel suis heredibus alia medietate, et ipsa ecclesia medietatem, et ipse sesamus vel suis heredibus adducat ipso binum usque ubi abitaberit ipse rector de ipsa ecclesia propinquo ad ipsa ecclesia, et mittant de ipso binum in organeum, quod per illum est conciatum, et studiatum per annum de ipsa ecclesia propinquo ad ipsa ecclesia, et mittat ipso binum in organeum quot per illum est conciatum et studiatum per annum. missum de ipsa ecclesia qui ibidem steterit, illut nobis nutrire secundum suam possivilitatem, et deant illut in partibus ipsius ecclesie palmentaticum iusta rationem; et si da ipsi duodecim anni in antea qualecumque tempore ipsa rebus tenere et lavorare noluerint aut non potuerint, et illis diebus causa sua mobilia ibidem abuerint, licead illut inde tollere, et portaret ubi boluerint, et tota ipsa rebus pastenata et cultata remittant ad potestate de ipsa ecclesia. Unde pro taliter per bona combenientia guadia michi ipse sesamus dedit et fideiuxorem michi posuit iaquintus filius quondam iohannis francu de ipsum locum balnearia; et per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus, ut si taliter omnia suprascripta noluerint adimplere in partibus ipsius ecclesie, per ipsa guadia obligavit se et suis eredibus ad componendum michi, vel meis subcessores pars iamdicte ecclesie biginti auri solidos constantini, et omnia suprascripta illut adimplere in partibus de ipsa ecclesia, et semper nos illius defensemus da omnis

omines omnique partibus in omni ordine et ratione, sicut superius diximus. verumtamen oc recordamus et de quod parutus fuerit inde vinum exierit, medietatem illut deant in partibus ipsius ecclesie, et unc brebem scripsi ego iohannes notarius.

✝ Ego ademari.

✝ Ego petrus presbiter.

MCLXXXIV

A. D. 1053

✝ In nomine domini duodecimo anno principatus domini nostri gisolfi gloriosi principis, mense augustus, sexta indictione. Ego iohannes clericus filius quondam ursi presbiteri pro parte domne theodore domina mea, et relicta domni paldulfi filii bone memorie domni guaimarii holim principis, et de filiis eorum, ad laborandum tradidi terram cum arbustis eorum pertinentem de locum tabellaria, ubi ad sanctu vitu dicitur finibus salerni, que est per hec finis et mensuria, iusto passu hominis mensurata: ex omni parte fine de ipsa domina mea et de ipsi filii eius, et ab occidente abet passi sedecim, et a meridie abet passi quinquaginta duo; ab oriente sunt passi decem et septem; A parte septemtrionis fine limite et passi quinquaginta septem. Hec autem predicta terra per suprascriptas fines et mensurias tradidi ante subscripti testes mirandi de locum aputmonte filii quondam romoaldi, pro parte de ipsa domina mea et de suprascripti filii eius, eo tinore, ut semper ipse mirandus et heius heredes ipsa tradictione teneant cum vice de via sua, et fobee et omnis illorum utilitatis ibi faciant iusta rationem; et annualiter apto tempore ipsa tradictione tota laborare et studiare faciant, sicut meruerit, ut semper bonum pareat laboratum et cultatum, et qualiter cotidie proficiat et non dispereat, et arbores et vites de bono bitinio ibidem plantent et propaginent ubi meruerit, et semper illud clusum abeant, unde meruerit, et de aree et de vindemie semper faciant scire pars de ipsa domina mea et de ipsi filii eius et de illorum heredes, ut ibi dirigat missum suum, et de omnia, que ibi fecerint de subter, deant inde terraticum ad ipsum missum ibique ad area, secundum consuetudinem de ipsum locum, et ipsum arbustum et poma que ibi abuerit, apto tempore faciant salba et illud vindemient et colligant, sicut meruerit, et omnem vinum, quem inde exierit, ibique portarent ad palmentum, et inclita medietate de ipso vinum, et de ipsa poma portent ad cellarium de ipsa domina mea, indeque de ipsi monaci, et reponant illud in organeum, quod per ipsum mirandus et per eius heredes semper flat bonum conciatum.

reliquam medietatem de ipso vinum et de ipsa poma sivi abeant; et ipsum missum et hequum suum, dum ibi steterit, nutricent, ut iustum fuerit, et palmentateca inde deant, sicut meruerit, et omni tempore liceat pars de ipsa domina mea et de suprascriptis l eius, et de illorum heredibus, perquidere ipsa rebus, et si non esset bona operata, liceat inde pignerare usque ad legem, et in nativitas domini, et in pasca maiore salutent ipsi seniori mei et illorum heredes, sicut meruerit, et quando ipsa tradictione tenere noluerint, liceat illis et homines eorum inde exire cum omni causa eorum mobilia, et ire ubi boluerint. Tantum ipsa tradictione salba et clusa et operata, quale meruerit, assignent ad pars de ipsi seniori mei, vel de illorum heredibus. Unde in eo tinore per convenientia guadia mihi dedit ipse mirandus pro parte de ipsa domina mea et de ipsi filii eius, et fideiussorem mihi posuit pro illorum parte petrus castaldus filius quondam iohanni castaldi, qui dictus est galiardu; et per ipsam guadiam etc: *Statuta mulcta quinquaginta auri solidorum constantinianorum*. Quod scripsi ego iohannes notarius.

✝ Ego iohannes clericus et notarius qui et subscribsi.

✝ Ego Alderissi notarius me subscribsi.

MCLXXXV

A. D. 1053

✝ In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense agustus, sexta indictione. Memoratorium factum a nobis lidto filius quondam musandi et citro filius quondam sesami, eo quod ante subscripti testes prestituimus mulieri nomine Ida relicta quondam iohanni filii sesami, et satelgrimi et romoaldi germani filii suprascripti iohannis, qui sunt mater et filiis, quinquaginta auri tari voni, et illis pro taliter per combenientia in fiducia bendiderunt nobis inclita una tertiam partem de due pecie de terra quod illis abunt a subtus loco angre ubi arciliane, et inclita una tertiam partem de una alia pecia de terram que est cum castanietum et quertietum, que est a super ipso loco angre ubi gorgite dicitur, et inclita tertiam partem de una alia pecia de terra cum arbustum, ubi at pratu dicitur finibus nucerie. prima pecia da Arcilone per ec finis et mensuria: a parte meridie fine nostra, inde passi decem et octo; a parte occidentis fine que fuit de consortibus nostris, inde passi quadraginta tres: a parte sebtemptrionis passi sidecim: A parte orientis fine de heredes ademari notario, inde passi alii quadraginta quadtuor. Secunda alia pecia in ipso loco arcilone ibique propinquo per

ec finis : A parte meridie fine bia publica passi duodecim : a parte occidentis fine de eredes petri clerici et notarii, inde passi centum sidecim : a parte sebtemtrionis inde passi biginti octo : a parte orientis fine nostra, inde passi quinquaginta quattuor, revolbi in parte occidentis inde passi nobem, et inde revolbente in pars meridie per ipsa fine nostra et coniungente se ipsa bia priora fine inde passi quinquaginta nobem, ipsa pecia da gorgite per ec finis : A parte orientis fine bia passi quadraginta tres : A parte meridie fine nostra, inde passi octuaginta duo : a parte occidentis passi sex et a parte septemtrionis passi sidecim, revolbi in ipsa parte sebtemtrionis, inde passi triginta nobem, et inde revolbente in parte orientis et coniungente se usque in ipsa bia priora fine passi octuaginta dui. ipsa pecia da pratum per ec finis et mensuria: a parte orientis fine, sicut limite dixernit, inde passi undecim et medium: a parte meridie fine de consortibus nostris passi quadraginta trex et medium : A parte occidentis fine nostra passi undecim: revolbi in parte orientis passi dui et medium : revolbi in parte sebtemtrionis per fine nostra inde passi triginta trex; et inde revolbi in parte orientis per fine bia combentiaria inde passi decem et sebtem : et inde revolbi in parte meridie fine, sicut inde terminatum, inde passi triginta trex: et iterum revolbi in partibus orientis et coniungente se usque at priora fine inde passi biginti unum et medium. tota suprascripta rebus mensurata fuit at iuxto passu ominis. ec vero suprascribte quattuor pecie de terris per iamdictis locis, ut superius legitur, per ipse iamdictas finis et mensurias, inclitam unam tertiam partem ipsi mater et filiis nobis obligati sunt per lavorem de ipsi atrii cum omnia infra se abentes et cum bice de bie sue tali ordinem, ut amodo et usque duobus anni completi introire integra ipsa tradictio quod est tertiam partem de tota suprascripta mensuria, nostre potestatis illut abeamus et lavoremus, fobee et omnis nostre utilitatis iuxta rationem ibidem faciamus, sicuti iuxtum fuerit; et quicquit frugens quod inde tollere potuerimus, inclitum illut nobis abeamus faciendum quod voluerimus; at completo ipso constitutum obligaberunt seipsi mater et filiis retdere nobis nostrisque eredibus de propia illorum causa alii quinquaginta auri tari voni de moneta, ut si vel unam illut dare possemus et ipsa tradictio ad omnis frudia recollecta eorum remidtamus, et si in iamdicto constitutum ipsi tari de propia illorum causa nobis nostrisque eredibus non rediderit, da inde in antea per ista cartula omni tempore securiter et firmiter illut abeamus, faciendum nos et nostris eredibus quicquit voluerimus; et amodo et semper integra ipsa tradictio, ut superius legitur, ipsi mater et filiis et illorum eredibus, nobis nostrisque eredibus illut defenset cum bice de bie sue ab omnibus ominibus: et quando voluerimus nos et nostris eredibus potestatem abeamus modis illam defendere, qualiter voluerimus cum omnibus moniminibus

et rationibus, quas inde ostederimus; et per combenientia guadiam nobis ipsi mater et filiis dederunt; tamen ipsa mulier per voluntate de ipsi filii sui, et fideiuxorem nobis posuerunt iaquintus germanus ipsius Ide filii quondam iohanni; et per ipsa guadia obligaberunt se et illorum eredibus, quod si taliter omnia suprascripta nobis nostrisque eredibus non adimpleverint et aliquit exinde contradixerint, per ipsa guadia obligaberunt se et illorum eredibus componere nobis nostrisque eredibus triginta auri solidos constantinos, et suprascripta nobis adimplere. Sic tamen ut ipsi tari de que amodo non prestet per nullum modum, set retda illis nobis da propia sua causa per iamdicta guadia et pena obligata. quod scripsi ego mirandus notarius.

† Ego guisenolfus.

† Ego petrus notarius me subscribsi.

MCLXXXVI

A. D. 1053

† LEO episcopus servus servorum dei ecclesiae et monasterio sancte et individuae TRINITATIS intra barensem civitatem constructae, et per eam abbati marco nostro dilecto filio cunctisque ipsius successoribus canonice illuc intrantibus in perpetuum. Omnium iustis petitionibus gratanter annuimus, quoniam iusta et pia rogata deo semper noscuntur placita et amicabilia. Videntes igitur ecclesie tibi commisse iustitiam de sancti nicolai ecclesia quam prephatae civitatis nicolaus dictus episcopus ecclesiae iamdictae sanctae trinitatis volontaria oblatione optulit et in perpetuum confirmavit, nobis omnino placuit atque apostolica auctoritate ita in perpetuum valere nostra decretalis institutio decrevit. Et sicut a prephato nicolao prenominato episcopo predicta sancti nicolai ecclesia cum omni beneficio et hortu atque viridiario et cum transitu et exitu suo ecclesiae sancte trinitatis stabiliter atque inrevocabiliter sub anathematis pena colligata, ita ut nec ipsi, neque alicui hominum cuiuscumque conditionis, seu dignitatis, vel potestatis liceat prephatam sancti nicolai ecclesiam cum omnibus secum concessis a prelibata sancte trinitatis ecclesia vel monasterio quocunque modo seu ingenio subtrahere vel alienare, sic omnino confirmamus, decernimus, atque corroboramus. Quicunque igitur huius nostri privilegii temptaverit refragari instituto, sit sub anathematis pena donec resipiscat. Conservator vero apostolica refertus benedictione a sancta et individua trinitate perpetualiter eternam consequatur salutem.

Leo Papa, Bene valete.

Datum IIII nonas Septembris, Per manus Friderici diaconi Sancte Romane Ecclesie Bibliotecarii et Cancellarii, Vice domni Herimanni Archi-Cancellarii et Coloniensis Archiepiscopi. Anno Domini Leonis noni Papae V. Indictione VI. [1])

Locus ✝ Sigilli [2]).

MCLXXXVII

A. D. 1053

✝ In nomine domini tertiodecimo [3]) anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense octuber, septima indictione. Ideo qui ego petrus filius quondam rackisi, Clarefacio me retinere rebus in locum.... et per aliis locis per finibus caputaquis pertinentes michi da iamdicto genitore meo et pro nostre rationis. Set qualiter est michi pertinentes congruum est michi . . . . . idoneis ominibus subscribti testes per convenientia per . . . . . anime mee omnibus supradictis meis declaratis rebus illut offerire in ecclesia Sancti angeli, que sita est intus rebus domni guaimarii , et gregorii , et guidoni, et iohanni germani filii domni paldulfi in loco ulmo fine caputaquis. Unde nullam nobis dicimus remanere sortione per tota fine caputaquis de ipsis declaratis rebus , neque ad eredes meos aut a qualecumque omo, set tota et integra, qualiter est michi pertinente fine caputaquis pertinentes vineis terris sua cibis, cultum vel incultum, cum scribtum vel foris scribtum, ubicumque est michi pertinentes per tota fine caputaquis de rebus mea stavile, seu quantum conquidere potuero diebus vite mee, totum siad in potestate de ipsa ecclesia sancti angeli, ubi domnus iohannes venerabilem sacerdos et abbas preest. hec vero iamdictas rebus, qualiter declaratum est, tota et integre ille in predicta ecclesia damodo offerimus cum introitu et exitu et vice de viis suis, et cum omnia intro ipsis rebus aventibus omnibusque inde pertinentes, ad securiter et firmiter, amodo et semper illut, sicut dictum est, avendum, dominandum , possidendum, et omnia exinde faciendum , que partibus ecclesie sive rectores qui ividem preest placuerit, absque omni contrarietate mea, vel de meos eredes, aut cuique hominibus. Hec prenominata offertione firmandum guadiam ipsius domni iohanni abbati dedimus, et mediatorem ei posuimus alderissi filius quondam balsami ; et

---

[1]) Ut advertit etiam A. Di Meo, lege VII.

[2]) Vide fac-simile in fine Vol.

[3]) Decimo secundo.

per eadem guadiam et convenientiam obligo me ego petrus et meos eredes predicta mea offertione defensandum in partibus ipsius ecclesie ab omnibus ominibus ab omnique partibus, etiam et da illis ominibus et partibus que pro nostris et earum vel illarum partibus aliquando tempore qualiscumque miserint causationes. et quando voluerint partibus ipsius ecclesie vel rectores per se ipsis inde esse autores et defensores, vice nostra licentiam et potestatem aveatis cum ista cartula, seu cum quale alia monimen et rationem inde avere potuerint, in omnibus inde causare et finem facere, et illut sivi defensaret. Nam, quando nos nostrosque eredes inde autores et defensores avere quesierint, nos autem nostrosque eredes illut eis defensemus, sicut superius legitur. Tantum usque dum ego petrus vibus fuero, omnes predicte rebus mea, qualiter declarata est, ad meam retineo potestati ad frudiandum. ad meum namque obitum totum veniad in potestate de iamdicta ecclesia sancti angeli cum inclita tertiam partem de omnibus rebus mea mobile. de ipse relique due sortis de ipsis movilibus vadat pro anima mea, qualiter tando quidem ego voluero. et usque dum vibus fuero, semper siad sub potestatem ipsius ecclesie et per eam siad divisum ab omnibus partibus et malo conducione. Tantum in festivitate sancti angeli que de mense magius venturi sunt, demus pro censum de ipsa rebus in ipsa ecclesia oleo candela una capientes de oleo follari quattuor. Quod si taliter omnia, ut superius legitur, illut ego vel meos eredes in partibus ipsius ecclesie non adimpleverint et retroare seu removere illut quesierint, vel si aliquis causationis in partibus ipsius ecclesie exinde preposuerint, per nos aut per supmissam nostram, ideo per convenientiam obligo me ego petrus et meos eredes ad componendum in partibus ipsius ecclesie, sive cui scribtum vice sua in manus paruerit, centum auri solidos constantinos et oc scribtum firmum permanead per iamdicta guadia et predicto mediatore. Et taliter scribere rogavimus tibi guidoni subdiacono primicerii et notarii scriba domni seniori.

† Ego romoaldus subdiaconus.

† Ego maraldus clericus et notarius.

MCLXXXVIII

A. D. 1053

Summarium

Anno XII Gisulfi, mense Novembri, VII Indictione. *Memoratorium* quo Iaquintus concedit monasterio S. Archangeli de monte Coraci in Cilento, terram sitam in loco dicto

Ancilla Dei ad *pastenandum*, finibus designatis et pactis consuetis; idest *ipsa rebus fobere, laborare, vinea, et poma et salices plantare, et vestre utilitatis ibidem facere; et licentiam habeatis in rebus eiusdem monasterii introire et iuxta rationem arbores incidere pro clusurie, et pedamen faciendum* etc: *ad septem annos, pro tertia parte vini et frugum cum iure habendi hortum cum platea*. Pro securitate statuta fuit mulcta viginti auri solidorum constantinianorum. Petro advocato et Ioanne filio Petri, qui dicitur Misureccla, fideiussore. Finis textus; *Et unc brebem scripsit ego lando presbiter et notarius. Actum cilentu.*

† *Ego grimoaldus clericus et notarius me subscribsi.*

† *Ego iohannes.*

MCLXXXIX

A. D. 1053

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisulfi glorioso principis, mense december, septima indictione. Ego machenolfus filius quondam machenolfi clarifico, quoniam michi firma mente corpori meo sum detentum; Unde si dibina dei misericordia michi non obbiaberit citius de ac luce bitam finiri credo, Set datam michi protectionem a domino sanam et rectam in me cognosco abere memoriam, ut loquere possam; cogitabi enim Umana fragilitas et oc mundum instabilemque dei sunt iudicia, et subito die mortis michi ebeniat, Ideo de rebus et facultatibus meis Iudicare et dixponere prebidi, qualiter post meum obitum dixpositum et iudicatum siat; probterea per unc scribtum testamentum ante subscripti testes iudico et statuo, et in manum me illut commidto guisenolfi cognato meus, filius quondam guisenolfi, et Iohanni presbiteri custos ecclesie sancti biti nostra pertinentem, ut post meum obitum deant richardus, et petrus et iohannes germani filii mei per manum ipsorum guisenolfi et iohanni presbiteri biginti quinque auri solidi ana quadtuor tarenos per solidos, Ut dixtribuat . . . . anime, sicut eorum deus melius inspiraberit. caballum meum saurum et una equa relinquo ad arodta et maranda germane filie mee, faciendum quicquit voluerit, et iudico ut atiungam eorum ipsi filii mei pannos et rame et alia scirpha, sicut iustum fuerit, Ut legitimum ille dare possa at pares nostros, et usque ille in casa mea steterit iudico, ut deant illorum ipsi filii mei per tempore bictum, et binum, et linum, et siricum, sicut iuxtum fuerit, faciendum quicquit illorum placuerit. Et si ipsi filii mei taliter ipse filie mee dotare et parare, vel omnia suprascripta

eorum adimplere noluerit, aut non potuerit, iudico, ut omnis rebus mea stabilem et mobilem inter se ipsi filii et filie mee fratres et sorores inter se illis vel illorum eredibus dibidant, et deant illis ab ipse filie mee sortionem, sicut legibus langobardorum ille tollere et succedere debet. tantum de ec omnia suprascripta omnis rebus mea stabilem et mobilem iudico, ut prius inde tollat mulier nomine aloara uxor mea, inclitam quartam partem, qualiter ego ei emsit in die nostre copulationis per suum morgincap, at faciendum inde illa quicquit ei placuerit, absque omni contrarietate de meis eredibus vel a quacumque ominibus pro illarum partibus. Et iterum iudico vel relinquo ipsius uxori mee, dum illa casta lectum meum custodierit, et non nubserit, abeant et deteneant a super suum morgincap de omnis rebus mea stabilem et mobilem inclitum usumfructum usumfruendi nomine, qualiter ego ei per legem relinquere et iudicare possum, in casis meis illam residendum, et de ipsa frudia faciendum quicquit ei placuerit. Si illam nubserit aut mortua fuerit, integra ipsa omnis rebus mea stabilem et mobilem, quod illa pro ipso usumfructum tenuerit, extra ipsa quarta sua perbeniat at potestate de ipsi filii et filie mee, vel at illorum eredibus . . . . superius scriptum est. Et per combenientiam ego suprascriptus machenolfus guadiam vobis nominati guisenolfi et iohanni presbiteri dedit . . . . romoaldi. Et per ipsa guadia obligo eredes meas, ut si de omnia, qualiter superius dixposui et iudicavi, aliquit exinde eredes meas contradixerint per quabis modum, per ipsa guadia obligo eredes meas componere vobis suprascriptis guisenolfi et iohanni presbiteri, et cui scriptum istum in manum paruerit, centum auri solidos constantinos, et, sicut superius scriptum est, adimpleret. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego guandelferi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCXC

A. D. 1054

† In nomine domini quadragesimo tertio anno principatus domni paldolfi gloriosi principis, et sextodecimo anno principatus domni landolfi filii eius, mense ianuario, septima indictione. Memoratorium factum a me salfreda filia cuidam petri presbiteri, eo quod intus cibitate abellini hante iaquintus principalis iudes et aliis supscriptorum testium coniunxit mecum iohannes filius cuidam (*deest nomen*) et cum deusdedit presbiter et primicerius filius quoddam petri propter ipsa rebus mea de loco qui dicitur baneo; et ideo ipsi supra-

nominati iohannes et deusdedit presbiter et primicerius, vone sue bo luntatis per combenientie ordine iusta legem manifestaberunt se mihi de ipsa iamdicta rebus mea de iamdicto loco baneo, sicut esse videtur, Infra ec fines: de una parte fine bia publica, de suprano capite fine rebus domnica, sicut termitatum est; de alia parte fine ipso ballone, qui dicitur da ipsa calcarola, unde aqua decurrit; de alia parte fine rebus ursi magistri fictiliarii filii (*deest nomen*) et fine rebus petri filii (*deest nomen*), sicut sepe decernit; de alia parte fine rebus ipsorum iohannis et deusdedit presbiter et primicerius, sicut sepe decernit, abinde qualiter vadit in prioras fines. Infra omnes iamdictas fines, sicut superius legitur, de ex eadem rebus quibus prelegitur, ipsi supranominati iohannes et deusdedit presbiter et primicerius mihi se manifestaberunt, ud aliquando tempore nec ipsis nec illorum eredibus exinde mecum, neque cum meis eredibus causare aut contendere nullo modo debeat, nec per testes, nec per monimen, nec per nullam qualibet inbenta ratione. quod si aliquando tempore ipsis supranominati iohannes et deusdedit presbiter et primicerius, vel illorum eredibus, ex predicta rebus mea, mecum aut cum meos eredes causare aut contendere presumserint, per qualicumque inbenta ratione querendum nobis exinde aliquit tollere aut contrare, vel amminuare; Ideo ante omnia quinquaginta solidos aurei constantinos voni ipsis supradicti iohanne et deusdedit presbiter et primicerius et illorum eredibus mihi meisque heredibus pena componere obligabi, et in antea per invitis exinde adversus vos semper tacitis et contentis permaneat per iamdicta pena obligata. Et hoc brebe scripsit ego fusco harchisubdiaconus et notarius et interfui.

† Ego qui supra iaquintus.

† Ego iohannes. [1])

MCXCI

A. D. 1054

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februarius, septima indictione. Ego muscatus domini gratia abbatem ecclesie sancti angeli et sancte sofie de intus anc salernitanam cibitatem, pertinente de eredes quondam paldulfi comitis, mecum adesset adbocatorem eidem ecclesie, per combenientia ante idoneis omines ad tenendum et laborandum tradidit iaquinto filio manni de rebus pertinente

[1]) Vide fac-simile in fine Voluminis.

eidem ecclesie, que abet in locum caputaquis, ubi a la senareca dicitur, que est illut quod eidem iaquinti tradidit terra cum pastino et est per fines et mensuras iusto passu ominis mensurata, et ex omni parte est finis rebus eidem ecclesie : a parte meridie abet passos quadraginta; ab occidente abet passos quinquaginta sicut revolvit, a septemtrione et passi triginta duo; ab oriente et passi viginti sex. ec autem suprascripta pecia de terra per suprascripte fines et mensurias ego ipsius iaquinti tradidit tali ordine, ut amodo et semper natos nascentes ad sua et de suis heredibus sint potestatis illut tenendum, fobee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ibidem facere; simulque et potestatem abeant illis foras ipsa mensuria in rebus ipsius ecclesie ibi coniuncta pastenare vinea et poma quantum boluerit in suprascripto ordine , et casa ibi coniuncta foras ipse finis et mensuria ibidem facere, et aberet semper ille et eius eredes ibi residere et abitare; et amodo et semper per omnis annum abto tempore totum illud propaginare et pastenare poma ubi meruerit , et vinea de bono bitineo ut in completi decem anni, ut amodo se compleant, abeant illis tota ipsa tradictione nostra surta et operata vinea de bono bitineo , et ubi meruerit poma et clusa ab inde in antea omni tempore illis illud laborare bonum de super et de subter sicut meruerit, ut semper proficiant et non dispereant, et unde meruerit illis illud cludere et semper clusum et salbum illud abere , ut per omnis annum bonum paread laboratum et studiatum; et a quo binum inde exierit per omnis annum semper per tempore de vindemie faciant illis nos scire, ut ibi dirigamus missum nostrum , et illis abto tempore ipsa traditione vindemiare, ibique ad palmentum, et omnis poma que ibi fuerint, illis illam colligere suo tempore, et de omnis binum et poma, quod de tota ipsa rebus exierit , deant inde ad ipso missum da pars predicte ecclesie inclita quarta pars ; relique tres sortes inde sibi abeant, ipsa sortio nostra da ipso binum illis illud portare salbum usque ad cellarium, quod pars predicte ecclesie ibi abet in eodem loco, et mictant illas illud in organea que ei assingaberimus , et per illis organea ipsa semper siant bona conciata et studiata, et intus ipso cellario siant posita. ipso missum, dum pro ipso vino recipiendum ibi steterit, illis eum notrire secundum illorum possibilitate, et quale tempore ab ipsi decem anni in antea illis ipsa tradictione laborata et operata bona surta vinea, et ubi meruerit poma cum illud quod ibi pastenaberit foras ipsa mensuria , sicut suprascriptum est, totum bonum, surtum, sicut meruerit, remictant ad potestate mea , vel ad pars predicte ecclesie faciendum inde quod boluerit, et licead illis inde exire cum omnis illorum causa mobilia; et per combenientia ipse iaquintus guadiam mihi dedit et fideiussorem michi posuit seipsum, et apice germano suo, et per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes, ut si sicut superius scriptum est, michi et ad pars predicte ecclesie non adim-

pleberint, et suprascripta vel exinde remobere aut contradicere presumserint per ipsam guadiam obligavit se ipse iaquintus et suos eredes componere michi et ad pars predicte ecclesie quinquaginta auri solidos constantinos. quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego grimoaldus me subscripsi.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

MCXCII

A. D. 1054

† In nomine domini domno constantino dibina gratia imperator augusto deo propitio, duodecimo hanno imperii eius, mense februario, nona [1]) indictione. Ideoque ego vir nomine urso torto, et eluisa que sum uxor eius et filia (*deest nomen*) qui sumus commorantes hintus cibitate luceria, clarefacimus nos hante presentia domno sadelberto iudice et haliorumque supscriptorum testium, qui hic supter conscripti sunt, quoniam cogitare cepimus ea que dei sunt, et que remedium atque salbationem animarum nostrarum qualiter premia eterna adipisci mereamur, propter hoc remedium et salbationem animarum nostrarum, bona etenim nostra boluntate offeruimus domino, et in ecclesia sanctorum apostolorum filippi et iacobi, ubi domno maynardo notus dei benerabilis sacerdos et abbas regimen tenere bidetur, ibidem offeruimus kasis, vineis et terris, et omnia et in omnibus stabile et mobile, que modo habemus et quod hamodo et cunctis diebus vite nostre parare et conquidere potuerimus cuntis diebus vite nostre in integras ipsas quam et personas nostras in prefata hecclesia offeruimus sempiternaliter habendum ea ratione, ut si dominus deus omnipotens unum de nobis de hoc seculo bocare dignatus est, heredet medietate de omnia causa nostra stabilem et mobilem in ipsa sancta hecclesia, et ille qui postea remanserit, abeat ipsa reliqua medietate de ipsa causa nostra in bita sua, et postea similiter beniat in integrum in ipsa iamdicta hecclesia ad sempiternaliter habendum, etiam ex quibus hanc cartam offertionis obligamus nos et nostris heredibus; quod si nos vibentes aut si post nostrum obitum qualiscumque nostros heredes hoc quod nos in ecclesia sancta offeruimus, si nos ipsis remobere aut retornare quesierimus, et ab omnibus hominibus ab omnique partibus ipsos a pars sancta hecclesia filippi et iacobi apostoli et ad eius rectores non defensaberimus, et qualiscunque intentio exinde mittere presunserimus per qualiscun-

---

[1]) Septima.

que ingenio, tunc quinquaginta auri solidos constantinos et nostros heredes ipsius sancta hecclesia et ad eius rectores componere obligamus, et exinde adbersus pars prefate hecclesie et . . . . eius rectores nos et omnes nostros heredes semper taciti maneamus per inbitis. Quapropter nos nominati urso et heluisa per precatu meo supra . . . . . sancti apostoli anathematizabit in futura, ut quicumque de re ista, quam deo et sanctis apostolis filippi et iacobi offeruimus stabile atque mobile ad usum sunt, tollere boluerit vel adminuare, sit anathematus binculo nudatus, perditus et anathematus: in die domini ihesu habeat partem cum dathan et habiron, et sociis eius , qui cum corpore et hanima desscenderunt in infernum , et partem habeat cum iuda traditorem domini et magistri sui. Maledictus vero siat a trecenti decem et hocto patres, segregatus vero fiat a corpore et sanguine domini nostri ihesu christi, extorrens et alienatus ab omni ingressu in hecclesia et quicumque adiutor de oc sancta hecclesia extiterit, bideat claritatem dei cum electis eius et mereat audire cum is qui ad dexteram positi sunt: benite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi . . . , ...

. . . .

. . . .

te alderissi notarius hanc cartulam offertionis scribere rogabimus qui et interfuit. Actum in civitate lucerie indictione feliciter.

† Ego qui supra sadelberto iudex.

† Ego cotuneo teste.

MCXCIII

A. D. 1054

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisolfi glorioso principe, mense februario septima indictione. Nos iohannes et gaido germani filii quondam teuderici , sicut nobis congruum est vone nostre voluntatis per anc cartulam ante subscripti testes venumdedimus adque ad semper avendum confirmamus vobis iohanni filio quondam lupeni presbiteri, et gaiderisi filio quondam iaquinti, qui sitis consobrini fratres, avitatori de locum airole actu mitilianense, tota et inclita terra cum casa nostra fabrita, quod nos abuimus intus anc salernitanam civitatem in plaio de monte ubi residunt apumontisi ominibus, qualiter conciata et edificata est; et est ipsa terra cum casa fabrita per as fines et mensurias: de subter a parte meridie fine anditu, et inde sunt pedes quindecim; a parte

occidentis avet inde erga ipso muro de ipsa casa pedes decem et septem et uncie tres; de super a parte septemtrionis erga muro de ipsa casa et inde avet pedes sidecim minus uncie tres. a parte orientis fine medio muro de ipsa casa et de alia casa nostra et coniungente ad ipso anditum priore fine et inde sunt pedes sidecim et uncie quadtuor, totum mensuratum ad iusto pede manum omini. ec vero supradicta terra cum casa . . . . qualiter conciata et edificata est per ipse finis et mensuria et cum omnia intro se aventes omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipso anditum, inclitam illam vobis nominati iohanni et gaiderisi venumdedimus ad securiter et firmiter amodo et semper vos nominati iohanni et gaiderisi et vestris eredibus illam abendum, dominandum et omnia exinde faciendum quod volueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus, aut cuiqua hominibus contrarietate vel requisitione. Unde pro confirmandam et staviliscendam anc nostra venditione nunc a presentis recepimus nos a vos nominati iohanni et gaiderisi auri tari voni sedecim, sicut inter nobis combenit in omnis deliveratione, de qua nos supradictus iohannes et gaido per vona convenientia guadiam vobis supradicti iohanni et gaiderisi dedimus et mediatorem vobis posuimus iohannes filius quondam ursi et nos ipsis. et per eadem guadiam obligavimus nos et nostris eredibus amodo et semper defensemus vobis vestrisque eredibus tota et inclita suprascripta terra cum casa per suprascriptas fines et mensuras, qualiter superius legitur, cum vice de ipso anditum da pars de uxoribus nostre et da riganda genitrice nostra, relicta suprascripti teuderici, filia quondam iohanni, et da omnis omines omnique partibus, et quando per vos ipsis de suprascripta nostra vindictione volueritis inde esset auctoris et defensoris, potestatem aveatis omnimodis exinde causare et finem facere, qualiter volueritis, cum ista carta et cum omnibus muniminibus et rationibus, quas inde avere potueritis; et si, sicut superius legitur, nos et nostris eredibus illut vobis vestrisque eredibus non defensaverimus, et aliquit vel exinde removere aut contradicere presumserimus per qualecumque ratione, per vona convenientia, et per suprascriptam guadiam componere obligavimus nos supradicto iohannes et gaido et nostris eredibus vobis nominati iohanni et gaiderissi et ad vestris eredibus quinquaginta hauri solidos constantinos; et omnia, sicut superius legitur, vobis adimpleamus. et taliter scribere rogavimus te truppoaldus notarius, actum salerno.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

MCXCIV

A. D. 1054

† In nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense februario, septima indictione. Declaro ego Amatus, divina misericordia sancte pestane sedis pontifex, quoniam theodora, vestem sancte dei genitricis et virginis marie induta, que est filia domni gregorii romanorum ducis et consulis, et fuerat uxor paldulfi filii serenissime recordationis domni guaimarii principis: In rebus suis propriis in finibus lucanie, ubi proprie subarci dicitur, a novo fundamine ecclesiam construxit in onore sancti apostoli et evangeliste mathei quam ego dedicavi. Nunc autem venit at nos ipsa theodora querens securitatem recipere de eadem ecclesia et de rebus ipsius ecclesie, sicut inferius declaramus, qualiter amodo et semper secura et livera a parte nostri episcopii maneret et illa cum boluntate mundoalt suorum cum qua omnia que in hac cartula scripta et scrivenda sunt feci, daret libras argenti quinque. Tunc cepimus inde havere colloquium cum madelmo notario nostro atvocatore et cum radecisio clerico nostro ministeriale et cum aliis nostris clericis honoratis. Inito consilio nobis omnibus complacuit talia facere. Set ud pleniter. et firmiter hec perficere valeremus Hec omnia per memetipsum supradictum domno principi nuntiavi, ut per eius licentiam hanc faceremus convenientiam. Ipse namque piissimus princeps, dum per suam exquisitionem agnovisset, quod vonum ad partem nostri episcopii eveniret, solutionem nobis dedit talia faciendi et de suis presentiis inter medium nostrum essendum direxit Iohannem iudicem suum fidelem et nos utrisque partibus observantes, que in lege langovardorum de convenientia continentur, et per partes convocavimus idoneos homines, ut quod faceremus, firmum et stabile permaneret. Sic itaque perhactis ego iamdictus Amatus, domini gratia pontifex, ante presentia ipsius iudicis et subscriptorum testium recepimus a te iamdicta Theodora, una tecum adessent mundoalt tua, ipsas quinque libras argenti pro utilitate ipsius nostri episcopii et per convenientiam dum una mecum esset ipse advocatus et ipse radicisius clericus, per hunc scriptum confirmamus tivi iamdicte Theodore, dum una tecum adessent ipse mundoalt tue, Inclitam iamdictam ecclesiam cum omnibus rebus stavilibus et movilibus, quantum ivi modo est, aut in antea havere videvitur, Sive per vos, seu per heredes tuos, sive per alios homines, aut per qualecumque modum in ipsa ecclesia offertum aut donatum aut concessum fuerit, aud qualemcumque oblationem abbati vel custodis, qui in ipsa ecclesia per te, aut per tuos heredes ordinati fuerint simul cum ipsa ecclesia, tibi tuisque heredibus confirmamus atque liveram concedimus, ut omni tempore a parte nostri episcopii secura et livera

maneat et semper sint in potestate tua et heredum tuorum presbiteri vel clerici seu monachi, qui in ipsa ecclesia per te aut per tuos heredes ordinati fuerint. Et potestatem haveant in ipsa ecclesia missas cantare et divinum officium celebrare qualiter melius potuerint et vobis placuerit, absque omni nostra et successorum nostrorum et partis ipsius nostri episcopii aliqua contrarietate aut molestationem, simulque concedimus in eadem vestram ecclesiam ut liceat abbatem, presbiteros, clericos seu monachos per te aud per tuos heredes in ipsa ecclesia ordinatos letanias excutere ab ipsa ecclesia et ubicunque voluerint in aliam ecclesiam asportare et alias letanias recipere et ex oblatione que in ipsa ecclesia oblata fuerit, facere quod voluerint: et potestatem haveant per vicos et vicinantes infirmos visitare, cruces de cera ponere, aquam benedicere et sanctificatam aquam aspergere, et mortuos undecumque atductos recipere et in circuitu ipsius ecclesie sepelire, et cereum in die sancti sabbati et fontem benedicere, et in eodem fontem secundum canonum precepta baptitiare, et in cena domini que est quinta feria, ego et successores mei demus custodibus ipsius ecclesie sine aliqua datione chrisma et sanctum oleum et firmata, et neque ego predictus Amatus, domini gratia pontifex, neque successores mei, neque pars nostri episcopii aliquam angariam aut servitium vel censum aud quamcumque dationem presbiteris seu clericis aut monachis, qui per vos aut per vestros heredes in ipsa ecclesia fuerint ordinati inponamus, set sicut iam supra diximus, omni tempore per omnia et in omnibus securos et liveros permaneant a parte ipsius nostri episcopatus; et quotiescumque ipsa ecclesia contaminavitur, ego et successores mei sine aliqua datione custodibus ipsius ecclesie demus aquam sanctificatam propter ipsius ecclesie vel altaris reconciliationem: et si qualicumque modo reliquie ipsius ecclesie sublate fuerint, ego et successores mei reedificemus eam sine aliqua datione; et qualiscumque causa movilis aud stavilis per te aut per tuos heredes aut per quamlivet aliam personam quocumque modo data aut offerta fuerit, semper securiter et firmiter sit in potestate ipsius ecclesie. et potestatem haveatis tu et tui heredes seu custodes in ipsa ecclesia per te, aud per tuos heredes ordinati fuerint, inde facere quod volueritis, et nec ego nec successores mei, neque pars ipsius nostri episcopii haveamus potestatem aliquo tempore per qualecumque modum vel rationem aliquit ex ipsa ecclesia tollere aut contrare seu minuare, aut ipsam ecclesiam vel hereditatem pertinentem ipsius aecclesie ad nostram potestatem retinere aut in beneficium dare aut in qualivet partem alienare vel qualicumque ratione ipsam ecclesiam, aut presbiteros vel clericos qui per vos in ipsa ecclesia ordinati fuerint excommunicare vel inde substraere; set semper ipsa ecclesia presbiteri seu monachi per vos ividem ordinati aut per vestros heredes cum omnibus rebus stavilibus et movilibus, sicut diximus, omni tempore tue et tuo-

rum heredum sint potestati omnia exinde faciendum et peragendum qualiter tivi tuique heredibus placuerit, absque omni nostra nostrorumque successorum, absque ipsius partis nostri episcopii aliqua contrarietate vel requisitione. Et per convenientiam obligo me ego Amatus dei misericordia pontifex et meos successores et partem ipsius nostri episcopii tivi theodore, dum una tecum adessent ipse mundoalt tue, semper defendere integra suprascriptam ecclesiam cum omnibus rebus suis stavilibus et movilibus, quemammodum supra legitur, ab omnibus hominibus et partibus; et per convenientiam guadiam ego Amatus domini gratia pontifex, dum una mecum adesset madelmus noster advocatus, Tivi theodore dum una tecum adesset ipse mundoalt radecisium clericum guadiam dare feci, et fideiussorem tivi ponere landemarium clericum filium quondam landolfi qui postmodum monachus fuit, et per ipsam guadiam obligo me et meos successores et partem ipsius nostri episcopii ut, si sicut superius scriptum est, ego et successores mei et pars ipsius nostri episcopii tivi tuisque heredibus non adimpleverimus et super suprascripta vel ex eis quicquam removere aud contradicere presumpserimus, componere tivi theodore et ad tuos heredes mille auri solidos constantinos. et taliter te ursum subdiaconum et notarium qui interfuisti, scrivere precepi.

† Ego qui supra amatus episcopus.

† Ego qui supra iohannes iudex.

† Ego qui supra madelmus advocator me subscripsi.

† Ego Iohannes subdiaconus et notarius.

† Ego nicolaus diaconus et notarius.

† Ego qui supra radecisius clericus.

MCXCV

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense aprili, septima indictione. Ante me Ioannem iudicem lando infans intra etate filius quondam petri, dum una cum eo essent ursus castaldus et ioannes abunculi ipsius infanti, hac filiis quondam iohannacii castaldi, quos ego venire feci, coniunctus est cum disiio filio quondam petri, qui cognominatus est barbutu, ad faciendum inter se finem de causationibus, quibus ipse infans cum ipso disiio dudum ante me causaverat, ut ipse disiius malo hordine introisset in terra cum casa ipsius infantis, ubi viri habitant intra anc civi-

tatem et in res ipsius infantis foris ac civitate in loco locubia et ipsa casa disturbasset et ex ipsis rebus arbores et vites abscidisset et fructus tulisset et ipsam terram cum casa et ipsas res eidem infanti contrasset. Ipse disiius responderat intra anc civitatem plures terris cum casis haberi et in ipso loco locubia plures res haberi, sed nescire de quali terra cum casa et de qualibus rebus cum eo causaret. Ego autem iudicavi et ipse infans cum ipso disiio guadiare feci, ut mecum et cum notario et cum ipsis parentibus ad ipsam terram cum casa et ad ipsas res pergerent et infans mostraret ipsi disiio de quali terra cum casa et de qualibus rebus ipse infans cum ipso disiio causaverat et per partes plicarent se cum suis rationibus et secundum legem inter se de eo finem faciant. Postmodum vero mecum et cum notario et cum ipsis parentibus ipse infans cum ipso disiio . . . . . casa infra ipsas res perrexerunt et ipse infans monstravit ipsi disiio illud de quo , sicut suprascriptum est, cum eo causaverat. Nunc vero, ut dictum est, ante me coniuncti sunt ad finem inter se de eo faciendum et per partes ostenderunt singula iudicata de suprascriptis causationibus et ipse infans ostendit cartulas decem et ipse disiius ostendit cartulas quattuordecim et per partes manifestaverunt plures cartulas inter se exinde hostendere. Et legere feci ipsas cartulas quas ipse infans ostendit : prima ex eis sextodecimo anno principatus domni gisulphi, mense ianuarius, septima indictione. Andrea filius maionis per ipsam cartulam donaverat petro, qui roffi vocatur, filii landonis, medietatem omnes res substantias et casis et movilibus suis, que ei a genitrice et genitrice sua habere successerat seu quomodocumque per qualecumque ratione ei pertinebat et quod tando ille tenebat tam casis et rebus intra civitatibus et foras casalibus, vineis, arbusta, olibeta, querceta, castaneta, campis, silbis, pratis, pasquis et aquis, finis et viis, montibus quam et in planis ubicumque per diversis locis rebus sua fuerit inventus, medietatem illut ei donaverat semper ipse petrus et cui per eum datum paruerit securo nomine eos haberent, exinde facerent, qualiter eis placuerint, scepto personas donate et abrase ancille sue, unde ei sortione non donaverat: reliqua medietate de omnibus rebus et casis stabilibus et movilibus sue reserbaberat potestatem sub eo hordine, ut diebus vite sue sue essent potestatis et suas utilitates ibidem faceret; et si filios aut filias non abuerit, sicut et tandoque tantummodo habebat unam filiam nomine mira, que nupto tradere debebat atenolfo filio landenolfi castaldi, si alias filias vel filios non habuerit, non haberet potestatem de ipsa medietate cuicumque vel ubicumque exinde dare aut alienare per qualemcumque ratione, nisi ipsi petro, vel cui per eum obligatum paruerit, illos dent ad iusto ab eis recipiente pretium sicut iuste fuerit appretiatum; et quo ille vel cui per eum obligatum paruerit, exinde scire fecerint, haberent spatium ad eum emendum usque dies triginta sex ; et si

infra ipso constituto noluerint illos emere cum iusto pretium, liceat illos ipsos dare cui boluerint. Nam si ante ipso constituto sine illius voluntate cuicumque per qualemcumque rationem exinde dederint, tunc illos que exinde datum aut obligatum paruerit, sicut per vinditionis cartulam, reverteret ad potestate sua vel cui per eum fuerit obligatum, omni tempore firmissime habendum: preter si de ipsa medietate in ecclesiis offerire voluerit, liceret ille in ecclesiis offerire de ipsa terra vacua de ipso loco locubia usque duobus modii tritici seminationis, et de ipse terre vacue de bespanicu usque tribus modia tritici seminationis, et de rebus ipsa de apulia finibus . . . . quattuor modia seminationis. Nam alia omnes rebus et casis et serbis et ancillis et movilibus eius per illo hordine haberent, sicut dictum erat, sicut ipsa carta continet, scriptam per petrum notarium, in qua subscripti sunt ipse andreas et pando et lambertus. Secunda de sexto decimo anno principatus domni nostri gisulfi, mense februarius, septima indictione. Petrus qui roffi vocabat, filius landonis, clarificaverat . . . . andreas filii maionis medietatem omnibus rebus, substantiis et casis et movilibus suis stavilem et movilem tam de casis et rebus infra civitatibus vel foras casalibus cum finis et viis et cum omnis sua pertinentia in montibus et in planis ubicumque fuerit exinde inventus medietatem funditus . . . . exinde faciendum quod ei placuerat tantum septuaverat personas donate et abrase . . . . reserbaverat potestate, ut si alios filios vel filias non habuerit nisi mira que . . . . non haberet potestatem exinde dare aut alienare per qualemcumque rationem, nisi ipsi petro vel cui per eum obligatum paruerit illos dare ad iustum pretium et faceret illos scire. . . . . triginta sex et si eos emere noluerint infra ipsum constitutum, liceret illud dare cui voluerint. Nam . . . . . . , ... voluntatem eos dederint tunc illos que inde datum paruerit rediret . . . . fuerit obligatum sicut per cartulam vindictionis omni tempore firmissime habendum. Et ipse petrus sua voluntate per ipsam cartulam donaverat ipsi mire cuncta . . . . tam casis et rebus et movilibus stavile et movile sicut per ipsa cartula . . . . fuerit sic in integrum eos eidem mire donaverat atque obligaverat . . . . faciendum que eis placuerit et illa alia medietate haberent illa et eius heredes obligata per illa ratione, sicut ab ipso andrea per ipsam cartulam obligatum fuerat. Et dederat ipsi mire ad defensionem habendum ipsam cartulam quod ipse genitor . . . . andreas ad frudiandum vite sue reserbaverat in ecclesiis offerire boluerit . . . . sicut ipsa cartula continet. Scripta per ipsum petrum notarium, in qua subscripti sunt ipsi andreas et pando et lambertus et petrus. Tertia : vicesimo nono anno principatus ipsius domni gisulfi, mense iunius, quarta indictione. Declaro . . . . . absque filiis filiabus esse;

tantum unam filiam habebat nomine mira que nupto . . . . . . haberet petri iudici, qui roffo vocavatur filii landonis, cuncta et inclita omnis rebus sua medietate, qualiter continebat carta, que inde ei emiserat, et per ipsum petrum totum datum erat ipsi mire filie sue. Ipsa alia medietate obligatam habuerat ipsius petri . . . . non haberet potestatem cuicumque exinde dare aut alienare, preter ipsius filie sue, vel ad eius heredes . . . . filia sua propter cartam ipsam, quam ille emiserat ipsius petri, et ipse petrus illud dederat ipsius mire propter ipsam obligationem, tradiderat ipsi mire filie sue, stante ermenandus clericus filius maionis varbanem suum, cuncta rebus, substantia sua, omnibusque suis faccultatibus, quantum quantoque undecumque, vel quomodocumque ei fuerat et erat, vel fuerat pertinente casis intus anc civitatem . . . . primitus terra et casa frabrita, in qua camminata habebat, que coniuncta erat de subtus ad viam, et sicut assendebat in susu usque inclito pariete, qui erat subtus arco subtano, et ibat usque parietem inclitum quod discernebat a fine monasterii sancti benedicti. et descendebat usque ipsa via. Et tradiderat ei inclita terra vacua ibique coniuncta, que coniuncta erat ad ipsa via, sicut . . . . illorum que erat erga curte communale, et terram ipsius ermenandi clerici, et ab occidente ibat usque pariete de casa que ibi edificatum erat. Et tradiderat exdicte mire inclita alia casa et terra, in qua residentem erat, que coniuncta erat de caput ad plateam. Et de alia parte in ipsa curte commune; et aliut caput tenebat in veridiarium ecclesia illorum sancte marie, et de alia parte coniuncta . . . . . . et subtus ipsa curte commune tradiderat ei terram suam coniuncta cum ipsa curte et cum pariete et alium applictum de terra et casa erga ipsa platea, que est dua applicta. Istud totum infra ipse finis ei tradiderat cum vice de ipsa curte commune et cum vice de ipsa ecclesia sancte marie et sancti petri, et cum vice de viis et pertinentiis suis, et cum vice de vie ipse ecclesie; et tradiderat ei inclita . . . . inventus quomodocumque ei fuit et erat, vel fuerat pertinentem ad faciendum exinde illa et eius heredes quod voluerint, preter diebus vite sue liceret ille res suas de foras ipsa medietatem ad frudiandum et illud de casa potestatem haberet vindere, et pretium medietatem dent ipsi mire et medietatem sibi habere, et de ipsa medietate potestatem haberet in ecclesiis offerire quantum . . . . subscripti sunt ipsi ermenandus clericus et andreas et aliis. Quarta: de vicesimo nono anno principatus suprascripti domni gisulfi, mense iunius, quarta indictione. Ipsa mira filia andree, una cum ea adesset atenolfus vir eius, manifestaverat ei ermenandus clericus barbaneum suum filii maionis, ut nulla scriptionem aut qualemcumque rationem habuisset, aut haberet de terris . . . . tum ipse genitor qui ei tradiderat . . . . . . eius quantum similiter ei tradiderat, et per nullis rationibus nec ille,

nec suis heredibus, nec quavis homo pro eius partibus cum eis exinde causare aut contendere non potere. Et manifestaverat ut nullam manifestationem neque nullam scriptionem habere a parte ipsius andree genitori suo de quacumque causa, sicut ipsa carta continet: scripta per iohannem notarium . . . . clericus et iohannes notarius et aliis. Quinta: . . . . . anno principatus domni Iohanni et quinto anno domni guaimarii eius filii, mense nobember, septima indictione. ipsa mira relicta ipsius atenolfi et pando filio eius per ipsam cartulam donaverat urso filio iohanni una peciola de terra vaciva, in qua casa habebat iohannes presbiter, per fines et mensuras. Ab oriente fine, sicut media pariete fabrito discernebat, et pedes quattuordecim et summisse . . . . de casa stefani capizuto et heredes ursi, et pedes nobem; ab occidente fine platea que ducebat ad monasterium sancti benedicti, et pedes quindecim et summisse; et de capite fine via carraria sua et de sortifices eius et pedes nobem mensuratum ad iusta manum homini, ad faciendum inde ille et eius heredes quod ei placuerit. In tali hordine ut aliquando non haberet potestatem cuicunque illud dare per nullis modis, sicut de illorum potestate esset substractum . . . filiisque illorum et heredibus illud vinderent ad iustum pretium, sicut ipsa carta continet, scriptam per iohannem notarium, in qua subscripti sunt teudericus maraghdus et mascinu. Sexta· de primo anno principatus domni iohanni et domni guidoni eius filii, mense magius, duodecima indictione. ursi filii iohanni in partionem ad pastenandum vinea et pomis, et cannetum, et salicetum tradiderat ei ipse pando filio atenolfi terram campensem . . . . infra fines et mensuras. A meridie fine via et passi nonaginta duo; ab oriente fine locubia, et passi triginta; et revolvit per ipsa locubia in occidente passi triginta sex, et revolvit per ipsa locubia in septemtrione passi undecim rectum mensurati ab intro sepali de ipsa locubia, et de super fine ipsius pandonis passi triginta duo; Ab oriente fine eius passi triginta octo, de super capite fine via passi decem et octo; ab occidente fine via puplica et sunt passi quadraginta nobem mensurati ad passum, quod signatum fuerat in columna marmorea sancti mathei de archiepiscopio salernitano; ut in completo constituto haberet bonum lavoratum, et operatum, et cultatum; et divideret illud inter se per medietatem . . . . exinde compreenderent; et si ipse ursus habuerit vinditura aut datura ipsa eius medietate, non haberet potestatem alteri illud dare, preter eorum illud venderent ad iustum pretium . . . . . . continet scriptam per ursum notarium, et in ea subscripti grimoaldo, teudericus et alii. Septima: de anno tricesimo principatus domni guaimarii et tertio anno domni iohanni eius filii, mense aprilis, prima indictione: qualiter nicola grecus filius iohannis . . . . . . iudicaverat iohanni et petro filii sui et urso filiastro eius, ut in omnibus rebus suis stavile, et in casa sua

de intus hanc civitatem et in omnibus rebus stavilibus et casa . . . . . . quod pertineba ipsi urso ut ipsi filii et filiastro . . . . . et equales inde permaneret ad dividendum inter se illud in tertiam partem ipse filiastro eius, et eius heredes haberent de totum tertiam partem , et ipse filii eius et illorum heredes . . . . . sicut ipsa carta continet , scriptam per mirandum notarium , in qua subscripti sunt iohannes et radoaldus. Octaba : de duodecimo anno principatus suprascripti domni nostri gisulfi, mense magio, sexta indictione . . . . comitem et iudicem ipse lando infans filius petri coniunctus fuerat cum iohanne filio lamberti, et cum gemma filia iohannis de mala, et filiastra erat ipsius iohannis, et cum petro germanus ipsius gemme, ad faciendum inter se finem de causationibus, unde ante eum causaverat ut malo hordine introisset in res pertinentes ipsius landonis de loco locubia propinquo ecclesia sancti eustasii , et in terra cum casa de intus hec cives, et fovea ibi fecisset . . . . . disturbasset, et arbores, et vites de ipsis rebus abscidissent, et sepes rupissent , et ipsis terra cum casa et rebus eidem landoni contrasset : illi dixerant plures terra cum casa intus hec cives et rebus haberi in ipso loco; sed nescire unde cum eis causarent , et inter eis iudicaverat , ut cum iudice et notario ad ipsam terram cum casa et res pergerent, et ipse lando monstraret eis unde cum eis causaverat. set antequam ad ipsas terras . . . . per partes ostenderunt illorum munimina de quibus in ipsa carta declarate sunt. Cum autem fuerant lecte, et plurima altercantio interessent, antequam per legem illud finirent , ipse ursus castaldeus dederat ipsorum iohannis , et lamberto , et ipsis gemme et iohanni viro eius viginti et octo auri tarenos , et illis pro parte eorum et de ipso petro germano supradicte gemme remiserant ad ipsum ursum castaldeum, pro parte ipsius landonis et de germani eius cartule que ostenderant, et unum iudicatum scriptum per mirandum notarium , ad faciendum de ipsis cartulis et de ipso iudicato ille et ipse germanus eius et illorum heredes quicquid voluerit, et obligaverant se et suos heredes, ut non aliquando tempore cum ipsis germanis, filii suprascripti petri, nepotes ipsius ursi castaldei, vel cum illorum heredibus de ipsis terra cum casa et rebus que fuerat ursi, quod ei in sortem evenerat, per cartam divisionis , causare aut contendere per qualibet inventa ratione, vel per quolivet modum, et aliut continebat, sicut ipsa cartula continet, scripta per iohannem notarium , in quam ipse sico comes et iudex subscriptus est. Nonam: in nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri iohanni , et octabo anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosi principibus , mense febroario, decima indictione. Memoratorium factum a me pando filium quondam atenolfi, eo quod ante subscripti testes coniunctus sum ad bonam convenientiam cum urso filio idem ursi, una cum ipse urso adesset teudericus advocatorem suum propter ad dividendum inter

nos terra cum vinea et pomis, et cannietum, et salicetum de locum locubia, finibus salernitane, quod iam ante hos hannos ego in partionis ad pastenandum datum habuit suprascripto genitori eius, per fines et mensurie, sicut ipsi brebi de ipsa pastenatione continunt, et constitutum que inde positum habuimus iam transiit, et in eadem terra vinea et pomis, et cannietum, et sallicetum factum et operatum habunt, sicut inde obligati fuerunt. Modo autem uti diximus propterea sunt coniuncti rebus ipsa ad vindendum; et statim, sicut inter nos convenit, ipse ursus una cum ipso suo advocatore diviserunt ipsa rebus, et fecerunt inde due sortionis: unam sortem fecerunt esse in partibus orientis coniuncta ad aqua de ipsam locubia, et alia sorte fecerunt esse in partibus occidentis: unde prius ego nominatus pando comprehensit ipsa sortionem da parte orientis, et ipsius ursi tradidit ipsa sortione da parte . . . . A parte orientis finis ipsa sortione quod comprehensit, sicut termini ficti sunt, et inde sunt passi sexaginta duo; de pede fine via, et inde sunt passi viginti octo. A parte occidentis finis via, et inde sunt passi quinquaginta, et abinde revolbente in ipsa via in parte orientis, inde passi viginti duo; totum mensuratum ad passum, quod signatum est in columna marmorea de ecclesia sancti mathei de archipiscopio salernitano; per iamdictas fines et mensure, totum et inclitum cum omnia intro se . . . . . . et cum vice de via sua, illud ipsi tradidit pro sua sortione, faciendum inde quod voluerint, semper defensatum per me et per meos heredes da omnes homines. et ille pro taliter guadiam michi dedit et mediatorem michi posuit grimoaldus filius quondam landenolfi. et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, ut si aliquando illud daturum aut venditurum habuerit, non aberent potestatem cuique illud dare per nulla ratione, ud de illorum potestate esse substractum . . . . illud vindant ad iusto valiente pretium, que iuxte fuerit appretiatum, et faciant nos inde scire pro illud emendum per tertium constitutum usque diebus triginta sex. et si infra ipsa constituta noluerimus illud emere et dare inde nobis iuxto baliente pretium, tunc post ipsa constituta liceat vos illud dare cui volueritis. Nam si ante ipsa constituta cuicumque illud dederitis absque nostra solutione, sic ut de nostra potestate esse substractum, tunc sine . . . . potestate. quod si aliquit de quomodo superius legitur, quesierit removere aut contrare, et taliter omnia suprascripta nobis non adimpleberint, et in supradicta divisione firmiter non permanserint, per ipsam guadiam componere obligavit se et suos heredes michi meisque heredibus viginti aurei solidos constantinos, et in suprascripta divisione, sicut dictum est, omni tempore firmiter permanerent; et hunc brebem scripsi ego iaquintus notarius qui interfui. ego petrus. ego qui supra teudericus me subscripsi. Decima: In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domni nostri guaimarii, et quinto anno princi-

patus domni guaimarii eius filii gloriosis principibus, mense december, sexta indictione. Memoratorium factum a me petrus filius quondam pandoni, eo quod ante subscriptis idoneis hominibus per bona convenientia tradidi ursi, iohanni et petri, qui sunt uterini fratres hac filii gemme, habitantes in locum locubia rebus mea de ipso loco locuvia, ista pars ipsa locubia, quod ipse genitor meus a iam preteritis annis tradiderat ad pastenandum et lavorandum cuique nicole, qui fuit genitor ipsorum iohanni et petri, et patrinius fuit ipse nicola predicti ursi, et est ipsa pecia, ubi ipse nicola debuit facere arbustum, per has fines et mensuras. a pars meridie fine mee, sicut vinea discernit, quod modo similiter eorum tradidi, sunt inde passi viginti septem: a pars orientis fine mea, sicut sepe discernit, inde passi viginti quattuor; a parte septeıntrionis fine via puplica inde passi quattuordecim; a parte occidentis fine ipsius ursi, quod ab ipsum genitor meus ei in sortem evenit per hordine pastenationis, sicut termini inde ficti sunt, et inde sunt passi viginti quinque; et da inde revolvente per fine mea in pars orientis passum unum et summisse. et iterum revolvente per ipsa fine mea de ipsa vinea, quod inferius eorum tradidi, et coniungit in ipsa priore fine, inde passi septem: totum mensuratum ad passum quod signatum est in columna marmorea de ecclesie sancti mathei de archiepiscopii salernitano. et ipsa pecia de terra cum vinea, quod eorum tradidi, est per hec finis. de super fine iamdicte pecie cum arbustis: a parte occidentis fines ipsius ursi, quod per ipsam pastenationem habet a parte ipsius pandoni genitori meo, sicut terminatum est. A parte meridie fine via puplica: A parte orientis fine, sicut decurrit aqua de ipsa locubia, et exiente de ipsa locubia, et ascendente usque in ipsa priore fine. Ambo supradicte pecie per iamdictas fines et mensuras eorum tradidi cum vice de ipse bie, sceptuavi de ipsa pecia ubi est ipsa vinea sortione ipsius ursi filiastrum ipsius nicole de cannietum, quod coniunctum est cum ipsa locubia et cum ipsa via que commune mecum habet. Nam illo aliud, sicut dictum est, inclitum illud eorum tradidi, Tali hordine, ut amodo et semper ad illorum, et de illorum heredibus sint potestatem natos nascentes illud tenendum, et dominandum per subscripto hordine, et fovee et omnes sue utilitatis ibidem facere iusta ratione, et tota ipsa pecia per iamdictas fines, ubi est ipsa vinea, annualiter apto tempore laborarent et studiarent de super et de subter, hoc est scalciarent, adimplerent, propaginarent, potarent, ligarent, impalarent et ararent, sicut locus ipse meruerit, quatinus proficiat et non dispereat, et bona pareat lavorata et cultata, et clusam illam haberent, et de sortione mea de ipso cannietum, quod ibi infra ipse finis habemus . . . . . per omnis annum in ipsa vinea et pastinu, quod facturi sunt in ipsa alia priore pecia; et salices illorum demus quante illorum ibique sufficiat ad ipse ambe pecie et reserbarent sibi ipsi uterini fratres in ipsa

priore pecia tantum vacibum, quantum bene iusta ratione sufficiat illorum ad sedilia, ubi habitare debeant, et ubi faciant ortum, et ubi habeant redita pro animalia sua. Nam ipso aliud pastenarent vinea de vono vitinio, vel si pomis et illud lavorarent et studiarent..... amodo et usque nobem anni completi vinea facta, et impalata, et cultata bona ibi habeant, sicut de tantos annos locus ipse meruerit: et licentiam habeat ipso arbusto inde destruere et abscidere, pro qua ipsa..... illud meruerit, et profectionem nullatenus ibi habuit; et da ipsi nobem anni completi in antea.... ipsa vinea ibi facta habuerit, ut diximus, omni tempore sue potestatis tenere, et omnis suae utilitatis ibi facere, iusta ratione; et annualiter apto tempore illud lavorarent de super et de subter, sicut locus ipse meruerit, ut proficiat et non dispereant, et bona pareat lavorata; et de tota ipsa traditione curam et vigilationem haberet, et salbum illud facere iusta rationem, et amodo et semper annualiter apto tempore pro vindemia de ipsa vinea facerent scire me vel meos heredes, ut illuc dirigamus missum nostrum, et pro vindemia de ipso pastino, quod illis pastenaverint, a quo vinum inde exierit, annualiter apto tempore similiter nos scire faciant, ut missum nostrum illuc dirigamus, et illis totum illud vindemiarent, et vinum ipsum ibique ad palmentum procuremus, et poma quas ibi fuerit colligerent; et de omnis vinum et poma, quam inde exierit, tollamus nos medietatem, vel missum nostrum, et ipsi fratres et illorum heredes medietatem per partes faciendum, quod voluerimus. Et dum pro ipsa vindemia illuc steterimus nos vel missum nostrum illis nos nutrire, secundum illorum possivilitate, et palmentateca nobis daret; de ortum autem quod ibi fecerint, quacumque frudium inde exierit, tertiam partem ibique ad missum nostrum inde darent, et due sortis inde sibi haberent, et quod in antea ipsa traditione seminaverint per annum similiter tertiam partem ibique ad missum nostrum inde daret, et due sortis inde sibi haberet. et si de hanc terram salernitanam exierit pro aliubi ad avitandum pro ira seniori, aut pro generatione, inclita ipsa rebus perveniant nostre potestati. et si infra tribus anni in hanc terram ad avitandum redierint, et voluerint illud recolligere in supradicto hordine, potestatem haberent tanto illo anno quod redierit ibidem, si rebus ipsa lavorata invenerint, non querant illo anno de ipso frudio, et stetimus semper illud eorum defensandum per hoc tinore, que isto brebem continet da omnis hominesomnique partibus. Et sicut illorum brebem continet similem, de istum quod illorum modo emisimus, et per ipsi priori brebi qui fuerunt facti in nomine de ipsum nicola pater et patrimonio illorum, nulle occasiones aliquando eorum preponamus. Et quale tempore da ipsi nobem anni in antea rebus ipsa tenere et lavorare noluerint, aut non potuerint, inclita rebus ipsa cultata et studiata, sicut supra dictum est, revertat nostre

potestati, et illis et suis heredibus liceat inde exire cum omnia illorum causa movilia, et pergant ubi voluerint. Unde in eo hordine per convenientia guadia michi ipsi uterini fratres dederunt, et mediatorem michi posuerunt se ipsis : ut si taliter omnia suprascripta illis et suis heredibus michi meique heredibus non adimpleberint, et aliquid inde contradixerint, per ipsam guadiam componere obligaverunt se ipsi uterini fratres et suis heredibus michi nominato petri, quam et ad meis heredibus, decem auri solidos constantinos, et omnia suprascripta nobis adimpleret. Veruntamen ipsa sortione nostra de ipsa poma illis et illorum heredes per omnis annum, postquam illam collexerit, nobis illam adducere ad domus nostra de hanc cives. quod scripsi ego mirandus notarius qui interfui; quam et hoc recolimus, ut per omnis annum per vindemie conciarent michi meisque heredibus ipsi uterini fratres, vel illorum heredes, una bucta da vinu, que capiat tantum vinum, quantum de supradictis rebus nobis in sortem evenerit per supradicta guadia et obligata pena. et si ego nominatus petrus defunctus fuero et heredes de me non fuerit, et pervenerit ipsa rebus ad extraneam personam, tunc ipsa bucte iam non concietis ad ipsam extraneam personam, quod subiunxi ego supradictus mirandus notarius. Ego ademari me subscripsi. Ego alderisi notario me subscripsi. Deinde feci legere ipsas cartulas que ipse disidius ostendit ; prima sexto anno principatus domni iohanni, et primo anno domni guaimarii eius filii, mense magius, secunda indictione. petrus filius petri iudici venundederat giczo filio iohannis pro vice anne uxoris eius applictum de terra cum solario ad hortum magnum. Ab oriente fine ipsius petri, sicut facie de arcora fabrita discernebat, et pedes septem: A septemtrione fine eius, et pedes decem et octo : Ab occidente fine eius et pedes septem et summisse unum et uncie tres : A meridie fine de consortibus eius, sicut facie de pariete fabbrita discernit, et pedes decem et septem et uncie tres, mensurate ad talem pedem, quantum cartula ipsa in capite erat lata, cum omnibus intro se habentibus et suis pertinentiis, et cum vice de andito de ipsa venditione usque platea maiore, ut iusta ratione cum illorum congruitatibus ingredere et regredere poteret, et cum sericidio extra ipsa mensura: a septemptrione in suo cecidente, et a meridie haberet sericidium in ipsa mensuria. et ipsa uxor eius et eius heredes infra ipsa mensuria erga ipso pariete de consortes eius canalem ponere et habere, ut aqua que discurserit de ipsa venditione cecideret in ipso canale, et de ipso canale discurreret in ipsa fine sua ab occidente ad faciendum inde ipsa anna et eius heredes, quod voluerit. et si illud eis defendere non potuerint, de colludio eis iurarent et traderent eis ibique alia tanta et consimilem rem cum suis edificiis, qualis diebus esse paruerit. et si aliquando tempore ipsa venditione vinditura habuerit ipsi petro et illius heredibus, illud vinderent

iusto valiente pretium , sicut ipsa carta continet scriptam per petrum notarium , in qua subscripti sunt ipse petrus et iaquintus notarius. Secunda: decimo anno principatus domni iohanni , et quinto anno domni guaimarii eius filii, mense magius, sexta indictione. ipse petrus filius petri iudici in causationes fuerat cum maraldo clerico et vestarario ipsius domni principis de ipsum aplictum de terra cum casa ad hortum magnum, quod ille venundederat ipsi anne uxori giczi, sicut suprascripta cartula continet; et dicebat ipse maraldus, ut ipsa anna donasset ei ipsum aplictum, qualiter ei datum fuerat per ipsius petri solutionem; et ipse maraldus ostenderat due cartule: una erat suprascripta carta , altera qualiter ipsa anna per ipsius petri solutionem donaverat ipsi maraldo ipsa terra per ipse fines et mensurie cum vice de via sua, et cum sericidio, et omnia, qualiter ab ipso petro ei datum fuerat, ipse maraldus et suis heredibus, seu cui vel ubi per illis datum paruerit, illud habendum et faciendum quod voluerint. et ipse petrus manifestaverat, ut cartulas ipsas veraces esse, et sicut inter eos placuerat, tradiderat ipse petrus ipsi maraldo ipsa terra per ipse fine et mensurie cum vice de ipsa via, et cum ipsa sericidia, et qualiter continebat ambo ipse carte; sic inclitum illud ipsi maraldo tradiderat securiter semper ille et eius heredes et cui vel ubi per eos datum paruerit , et illorum heredes eos habendum, et omnia exinde faciendum quod voluerit , sicut ipsa carta continet scriptam per petrum notarium: in ea subscripti lando , petrus comes , romoaldus notarius. Tertia: decimo anno principatus domni iohanni, et quarto anno domni guaimari eius filii, mense februarius , sesta indictione. ipsa anna relicta giczi clarefecerat ei pertinere ipsum applictum de terra cum casa ad hortum magnum per datum suprascripti petri filii petri iudicis per finem et mensuras cum vice de via sua da ipsa vinditione usque platea, et cum ipsa sericidia quemammodum suprascripta carta continet. et ipsa anna per ipsam cartam per absolutionem ipsius petri filii petri iudicis, et illo astante donaverat suprascripto maraldo clerico et vestarario totum et inclitum quantum dixerat ei per ipsum petrum datum fuerat, securiter ille et eius heredes, seu cui vel ubi per eos datum paruerit et eius heredes illud habendum et faciendum quod voluerint , sicut ipsa carta continet scripta per romoaldum notarium, in qua subscripti sunt iaquintus et romoaldus notarius et amatus. Quarta: duodecimo anno principatus domni iohanni , et sesto anno domni guaimarii eius filii, mense nobember , octaba indictione. maraldus clericus filius falconis presbiteri coniunctus fuerat cum marum, que fuerat uxor suprascripti petri filii petri iudici propter pariete, quod ille fabricaverat in terra ipsius marum intus hanc civitatem ad hortum magnum in quam arcora fabrita fuerat, que erat erga casis ipsius maraldi, quem ipsa marum cum ipso viro suo ei confirmaverant, et ipsa marum tradiderat ei de ipsa terra sua

in omni loco summisse tres, et per longitudo pedes nobem et summisse: ut in ipsa terra fabricare parietem in altum quantum fuerat ipsa casa ipsius maraldi; et si plus voluerit fabricare, potestatem haberet in altum quantum voluerint. et in ipso pariete nullam foramen facere, unde una pars ad alteram aspicere poteret. et omni tempore ille, et cui per eos datum paruerit et illorum heredes haberent medium ipsum parietem ab occidente faciendum quod voluerint. et ipsa marum et eius heredes haberent medietatem ab oriente: ut omni tempore parietem ipsum salvum fieret iusta rationem, sicut ipsa carta continet scripta per romoaldum notarium, in ea subscripti adenolfus, teudericus, aghenardus notarius. Quinta: decimo anno principatus domni Iohanni, et quinto anno domni guaimarii eius filii, mense iunius, sexta indictione. ipse petrus filius petri iudicis et marum uxor eius clarefecerat ipse petrus, quoniam per firmam cartulam venumdederat ipse anne relicta giczi ipsum applictum de terra cum casa, quemammodum suprascripta carta continet; et ipsa anna donaverat illud suprascripto maraldo clerico et vestarario, qualiter ei datum fuerat. et ipse petrus per suprascriptam cartam confirmaverat illud ipsi maraldo clerico et mensurant pro sericidio suprano tota ipsa venditione da facie de pariete de ipsi consortes eius, que erat a meridie da ipso pariete in septemtrionem usque finem ipsorum erga arcora illorum, que erant in oriente pedes octo et summisse unum, et mensurant illud ab occidente da ipso pariete de ipsi consortes eorum in septemtrione pedes nobem et uncie tres; et per longitudo a septemtrione pedes decem et octo: securiter illud haberet ipse maraldus et cui per eum datum paruerit et illorum heredes, cum vice de ipso andito ad faciendum quod voluerit. et de illud quod posuerat a septemtrionis fine illorum donaverat ipsi maraldo per fines et mensuras: Ab oriente fine facie de ipsa arcora illorum fabrita pedem unum: A meridie fine ipsius maraldi pedes decem et octo: Ab occidente fine illorum, que inferius ei donaverat, pedem unum: A septemtrione fine andito et pedes decem et octo. et donaverat ipsi maraldo de ipsa terra illorum, ab occidente per fines et mensuras: A meridie fine facie de pariete ipso de ipsi consortes illorum pedes sex: Ab oriente finis ipsius maraldi, quod ei confirmaverat, pedes decem et uncie tres: A septemtrione fine ipso andito pedes sex: Ab occidente fine eorum et de consortibus illorum commune pedes decem et uncie tres, cum omnia intro se habentibus, et suis pertinentiis et cum vice de ipso andito de quantum retinebat ipsa donatio, et usque platea; ut iusta rationem cum omnibus illorum congruitatis inde ingredere et regredere poterent, et cum sericidio extra ipsa mensuria a septentrione, ut cecideret in ipsum anditum; et a meridie potestatem haberent in ipsa mensuria erga pariete de ipsi consortes illorum canalem ponere et habere, ut aqua que discurserit cecideret in ipso canale; et ipsa aqua de ipso canale discurreret

in ipsa terra illorum commune, que erat ab occidente, ad faciendum inde ille et eius heredes et cui vel ubi per eos datum paruerit et illorum heredes quod voluerint, sicut ipsa carta continet, scripta per petrum notarium, in qua subscripti sunt friderisi, alfanus et pando. Sexta: duodecimo anno principatus domni iohanni, et septimo anno domni guaimarii eius filii, mense iunius, octaba indictione. ipse maraldus clericus et vestararius coniunctus fuerat cum ipsa marum que fuerat uxor ipsius petri filii petri iudici et lando erat uxor petri filii leonis propter terra et casa de intus hac civitate ad hortum magnum, quod ipse maraldus residebat; unde ille cum ipsis marum et vir eius in causationes fuerant, ut illi ipsa terra et casa et andita de ipsa casa ei contrasset; et ipse maraldus sex scriptionibus ostenderat, de quibus in ipsa carta declaratum erat. Cum autem lecte fuerant, dicebat ipse maraldus: ut ipsa marum et iamdictus vir eius contrasset ei terra, et casa et andita que ipse scriptionibus continebat. Ipsi vir et uxor dixerant, ut ipsa terra et casa et ipsa andita que ipse scriptionibus continebat non ei contrasset, nec de ipse scriptionibus aliquid contradixisset. etiam et manifestaverant, ut omnia quantum ipse scriptionibus continebat veracem esse et nulla inde contradicere poterent, sicut ipsa carta continet, scripta per aghenardum notarium, in qua subscriptus est adenolfus. Septima: tertiodecimo anno principatus domni iohanni, et septimo anno domni guaimarii eius filii, mense december, nona indictione. suprascripta mira filia andree, que fuerat uxor atenolfi castaldi, et pando filii eorum clarificaverat ipsa mira ei pertineret per successionem ab ipso andrea et per sua ratione terra cum parietibus fabritis, et terram vacuam cum curticella ibique coniuncta intus hanc civitatem ad hortum magnum. et ipse pando per sua ratione ibi sortionem habere debebat, et ipsi mira et pando venundederant ipsi maraldo clerico et vestarario ipsa terra cum parietibus fabritis et terra vacua et curticella de intus hanc civitatem ad hortum magnum per fines et mensuras: a meridie fine medio pariete fabrito, qui discernebat a casa landemarii clerici, pedes viginti octo; ab oriente fine strectola erant a meridie ipso pariete pedes decem et summisse et uncie tres, et revolvebat in oriente pedes tres et summisse et uncie quattuor, et revolvebat in septemtrione pedes duo et summisse et uncie tres, a septemtrione fine ipsius maraldi, et fine terra quam ei venundederant et pedes triginta et summisse et planta. ab occidente usque medium ipsum parietem pedes quattuordecim minus uncie tres. et venundederat ipsi maraldo ipsa terra vacua coniuncta cum illud, quod superius ei venundederat, per fines et mensuras. a meridie fine illud quod ei venumdederat, et pedes sex: ab occidente fine facie de pariete fabrito et exiebat in andito commune, pedes decem et summisse; a septemtrione fine ipso andito commune et pedes sex: ab oriente fine ipsius maraldi, et pedes decem et uncie tres,

mensuratum ad talem pedem, quantum ipsa cartula in capite erat lata, cum omnibus intro se habentibus et suis pertinentiis et cum vice de ipso andito, ad faciendum inde ille et eius heredes, et cui per eos datum paruerit, et eius heredes, et cui carta ipsa in manu paruerit, quod voluerit. et dederat eis due scriptionis pertinentes de ipsa venditione, sicut ipsa carta continet, scriptam per petrum notarium, in qua subscripti sunt madelfreda et disiiu, landoarii et adenolfus. Octaba; quintodecimo anno principatus domni guaimarii, mense september, secunda indictione. dumnellus presbiter et abbas ecclesie sancte marie pertinente supradicto principi et iohanni fratri eius declaraverat quoniam per firmam cartulam ipse petrus filius petri iudicis confirmaverat arechisio filio petri omnes res suas staviles, ubique inde dederit inventus tum intra hanc civitatem, quam et foris locis bespanicu et iufuni, et locubia, et pandola, et forinu et per fines et pertinentia ipsorum locorum, et per aliis locis ubique exinde dederit inventus per totum principatum salerni, cum omnibus muniminibus ex ipsis rebus pertinentibus, ad faciendum inde ille et cui per eum datum paruerit quod voluerint, et ipse arechisius donaverat illud sicelgaite principisse, et ipsa sicelgaita illud confirmaverat in prefate ecclesie sancte marie ad faciendum inde pars ipsius ecclesie quod voluerit, et ipse dumnellus presbiter et abbas per convenientiam tradiderat ipsi petro medietatem iamdicte rebus de ipsis loco bespanicum, iufuni, locubia, pandola, furinu, et per fines et pertinentia suprascriptorum locorum, et per aliis locis ubique exinde inventus dederit foris hac civitate per totum principatum salerni de rebus ipsa pertinentibus ipsius petri filii petri iudicis ipsi petro filii iaquinti sculdais tradiderant cum omnibus intro se habentibus et suis pertinentiis, et cum vice de via sua, et cum muniminibus inde continentibus, ad faciendum inde ille et eius heredes quod voluerit, sicut ipsa carta continet scriptam per romoaldum notarium, in qua subscripti sunt adenolfus et ipse dumnellus presbiter et abbas et aliis. Nonam: quintodecimo anno principatus domni guaimarii, mense september, secunda indictione. declaraverat ipse dumnellus presbiter et abbas ipsius ecclesie sancte marie, quoniam per domnam sicelgaitam principissam confirmatum erat in ipsa ecclesia, res que fuerat ipsius petri filii petri iudicis, et per eum datam fuerat suprascripto arechisii. et ipse arechisius illud dederat ipsius principisse; unde ipse abbas cartam offertionis et aliud scriptionis. ipsa carta offertionis continebat, qualiter ipsa domna princeps clarificaverat, ut ipse petrus filii petri iudicis tradidisset ipsi arechisio omnes res suas staviles ubique dederit inventus, tum intus hanc salernitanam civitatem, quam et foris locis qui dicitur vespanicu, et iufuni, locubia, pandula, et forinu, et per fines et pertinentia ipsius locis ubique dederit inventus cum munimine ex eis pertinentibus, exceptuaverat res suas quod habebat in benevento et in ca-

pua, et ipse arechisius illud donaverat ipsi principisse, qualiter ei per ipsum petrum datum fuerat. et ipse abbas per convenientia tradiderat ipsi petro filio iaquinti sculdais inclitum quantum ad pars iamdicte ecclesie fuit et erat, seu fuerit pertinente de ipsis terris, et casis, et presa, et curte, et andita intus hanc civitatem, que fuerat ipsius petri filii petri iudici, que ad pars iamdicte ecclesie pertinebat, vel undecumque ad iamdicta ecclesia fuerat et erat pertinente, vel esse debuerat, cum omnibus infra se habentibus et suis pertinentiis, et cum vice de bia sua, ad faciendum inde ille et eius heredes quod voluerint, sicut ipsa carta continet, scripta per petrum notarium, in qua subscripti sunt truppoalt stolsaiz et comes, et adenolfus et ipse dumnellus presbiter et abbas et aliis. Decima: sexto decimo anno principatus domni nostri guaimari filii domni guaimarii, mense ianuarius, secunda indictione. coniunctus fuerat ipse petrus filius iaquinti sculdais cum suprascripto petro filio pandonis, et per ipsum filium iaquinti ostensum erat unum scriptum, et inter cetera que continebat, continebat ut perrexisset super terra cum casa que ipse filius pandonis monstraverat per fines. ab occidente fine platea: a meridie fine anditum: ab oriente fine ecclesie sancte marie: a septemtrione fine magelgardi. et monstraverat ipsum anditum adiunctum ad ipsam terram cum casa a meridie, et dicebat ipse filius pandonis, ut ipsa terra cum casa cum vice de ipso andito et curte ei esse pertinente per ipsa munimina, quod hostenderat ipse petrus, et itta uxor eius dixerant eorum pertinere, et per expleta possessione illud possedissent, et ipsam terram cum casa ipsi petrus et itta possidebant. ideo inter eis iudicatum fuerat, ut ipse filius pandonis pararet sancta dei evangelia, et ipsi vir et uxor per sacramentum ad ipsa evangelia secundum legem iurarent, ut que illi et ipsi petrus et marum genitor et genitrice ipsius itte que ipse dumnellus presbiter et abbas.. abbia ipsius itte per expletos triginta annos, qualiter ipsa terra cum casa monstrata fuerat, cum vice de ipsa curte et ipso andito da meridie, possedissent et dominassent, et legibus eis pertineret, et parati erant cum sacramentalibus suis secundum legem sacramentum ipsum persolvere. set antequam illud persolberent, venerant inde inter se ad convenientiam, et ipse filius pandonis per susceptum launegilt donaverat eis ipsum sacramentum; et ipse filius pandonis manifestaverat ipsi filio iaquinti ad ipsa itta de tota ipsa terra cum casa per supradicta fine et de ipsa vice de ipso andito, et de ipsa curte, quod ipse filius pandonis monstraverat, ut nec ipse filius pandonis, nec eius heredes, nec ullus homo pro eius parte cum ipso filio iaquinti, nec cum ipsa itta, nec cum illorum heredibus exinde causare non poterent, neque per testes, neque per munimen, neque per nulla ratione, sicut ipsa carta continet, scripta per mirandum notarium, in quam subscripti sunt grimoalt comes et ademarii iudices, Undecima; septimodecimo anno principatus domni

guaimarii, mense octuber, quarta indictione. iohannes vestararius ipsius domni principis clarefecerat, ut venumdedisset ei maraldus episcopus sancte sedis sirrentine terra cum casa fabrita solarata cum scala fabrite et serricidiis intus hanc civitatem ad hortum magnum, prope ecclesiam sancte marie, sicut ei carta continebat; et venumdederat ei ipse episcopus inclita res suam de propiciano, ubi tauranico dicebatur, et per alia cartula venumdederat ei ipse episcopus pecie de rebus quod habebat in ipso loco propiciano, et venumdederat ei monimen continente de ipsis terra cum casa et rebus, Unde ipse vestararius ostenderat scriptionibus et monimen exinde pertinentem, ex quibus in ea declaratum erat, et cum fuerant lecte, ipse iohannes vestararius per ipsam cartam venumdederat ipsi petro filio iaquinti sculdais inclita ipsa terra cum casa cum scale fabrite sue et cum serricidio suo, et qualiter conciata et edificata erat, et cum vice de via et andita sua, et venumdederat ei tota supradicta rebus a foras hac civitate de predicto loco propiciano, ubi tauranico dicitur, cum inclito molino et cum casa, que in ipsa rebus edificata erat, de quantum ei fuerat et erat pertinente, intus hanc civitatem predicta terra et casa, et de quanta rebus in predicto propiciano, ubi tauranico dicitur, quod ambo ipse scriptionibus erat continentem, quod ipse episcopus ei emiserat, inclitum illud ei venumdederat cum omnibus infra ipsis rebus habentibus et suis pertinentibus, et cum vice de vie sue, et venumdederat ei tota ipsa munimina que ibi declarata erant cum omnia quantum continebat, ad faciendum exinde ille et eius heredes quod voluerint, sicut ipsa carta continet, scripta per petrum notarium, in qua subscripti sunt landenolfus, alfanus, truppoalt stolsaiz et comes. Duodecima: in nomine domini tricesimo secundo anno principatus domni nostri guaimarii, et tertio anno principatus domni guaimarii eius filii gloriosis principibus, mense octuber, quarta indictione. Memoratorium factum a me petrus filius quondam iaquinti sculdais, eo quod ante presentia ragemprandus iudex, pro vice mulieri nomine itta uxori mea filia quondam petri, per convenientiam tradidi ursi filio quondam (*deest nomen*) terram meam cum casa lignicia solarata ad hortum magnum, quod pertinet ipsius mulieri, coniuncta ad plateam domnicam, que est intra hec finis et mensure: A pars occidentis fine ipsa platea, inde sunt pedes tredecim: A pars meridie inde sunt pedes octo: A pars orientis inde sunt pedes tredecim et planta una: A pars septemtrionis fine anditum nostrum, inde sunt pedes septem; suprascripta mensuria iusto pede manu hominis mensurata. suprascripta terra cum casa per suprascripta fine et mensuria ei tradidit, eo hordine, ut amodo et usque sex anni completi ille et eius heredes ibi residere et abitare, et omnes illorum utilitatis iusta ratione ibidem facere, et ad residendum illam dare usque ipso constituto cui voluerit. et semper quando meruerit iusta ratione ipsa traditio cooperire et conciare faciamus

et ego et meos heredes usque ipsi sex anni completi defensemus ipsius ursi et ad eius heredes integram ipsa terra cum casa per suprascripte finis et mensurie, cum vice de ipsa platea et de ipso anditum ab omnes homines omnique partibus, et non illud eorum ante ipsi sex anni queramus tollere aut contrare. et per convenientiam ante ipsum prefatum iudex guadiam michi ipse ursus dedit, et fideiussorem michi posuit seipsum per partes placentes, et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, ut omne anno, amodo et usque ipsi sex anni completi, dare michi meique heredibus, pro vice de supradicta uxori mee, per omne annum de mense octuber, tres auri tari boni de moneta pesanti, que illis diebus per hanc cives andaverit: a completi ipsi sex anni integra ipsa terra cum casa clusa bona cooperta, sicut meruerit, ad me et de meis heredibus remittat potestatem, faciendum inde quod voluerimus; et liceat ipso urso et eius heredes et homines qui ibi misiti habuerit, inde exire cum omnis illorum causa movilia, et pergeret cum illud ubi voluerit, et si, sicut superius scriptum est, ipse ursu et suos heredes michi et ad meis heredibus non adimpleberint, et illud vel exinde removere aut contradicere presumpserit, per ipsam guadiam obligat se et suos heredes componere michi et ad meis heredibus triginta auri solidos constantinos, et omnia suprascripta adimpleret. quod scripsi ego ademari notario. ego qui supra ragemprandus iudex. Tertiadecima: in nomine domini vicesimo tertio anno principatus salerni domni nostri guaimarii, et tertio anno principatus eius capue, et secundo anno ducatus eius amalfi et surrentu gloriosi principibus, mense september, nona indictione. Memoratorium factum a nobis disidius et dauferi germani filii quondam petri barbuti, eo quod ante presentia ademarii comitis et iudici per convenientia ad tenendum et residendum tradidimus mulieri nomine rogata relicta quondam mansoni et filii quondam (*deest nomen*) terra cum casa nostra lignicia solarata, quod nos habuimus intus hanc salernitanam civitatem ad hortum magnum, qui est per has fines et mensuras. A parte occidentis fine platea, sunt inde pedes tridecim: A parte meridie inde habet pedes octo: A parte orientis habet inde pedes alii tredecim et planta: A parte septemtrionis fine anditum nostrum, et inde sunt pedes septem, totum ad iusto pede manu homini mensuratum. hec autem suprascripta terra cum casa per suprascripta fines et mensurie ipsius rogate ad residendum tradidimus ea ratione, ut amodo et usque tres anni completi, ipsa rogata in ipsa casa residere et habitare, fovee et omnis sue utilitatis iusta ratione ibi facere, et per omne annum, amodo et usque ipsi tribus anni completi, ipsa rogata et eius heredes dare nobis nostrisque heredibus censum pro ipsa casa tres auri tari boni, faciendum nos de ipsi tari, quod voluerimus: et nos ipsa casa conciemus bona, sicut meruerit. et ipsa rogata per convenientia guadia nobis dedit et fidemiussorem nobis posuit seipsam, et per

ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, ut ad ipso constitutum completum tota ipsa terra cum casa, qualiter supra legitur, nobis remittere, faciendum exinde omnia quod voluerimus. et liceant illa et suos heredes inde exire cum omni sua causa movilia, et ire cum illud ubi voluerit, sine contrarietate nostra. quod si taliter omnia suprascripta ipsa rogata et suis heredibus nobis nostrisque heredibus non adimpleberint, et aliquid exinde contradixerit, per ipsam gnadiam et convenientiam componere obligavit se et suos heredes nobis nostrisque heredibus viginti auri solidos constantinos, et suprascripta nobis adimplere. quod scripsi ego trupoaldus notarius, ego qui supra ademari iudex. Quartadecima: in nomine domini duodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense martio, sesta indictione. Memoratorium factum a nobis disiio et dauferii germani filii quondam petri barbuti coram subscribendis testibus, per convenientia ad tenendum et residendum tradidimus maria cacaczola filia quondam stefani inclita terra nostra cum casa lignicia solarata intus hanc salernitanam civitatem in horto magno, que est per fines et mensuras, iusto pede manus hominis mensuratas: a parte occidentis est finis platea, inde pedes tredecim. A parte meridie habet pedes octo: Ab oriente habet pedes tridecim et planta: A parte septemptrionis fine anditum, inde pedes septem. Hec autem suprascripta terra cum casa per suprascriptas fines et mensuras, nos suprascripti germani ipsius marie illam tradidimus ea ratione, ut amodo et usque tres anni completi illa et eius heredes ibi residere et habitare, fovee et omnes illorum utilitates iusta ratione ibi facere, et per omne annum de suprascripto mense in kalendis, amodo et usque completi ipsi tres anni, deant illis nobis nostrisque heredibus tres auri tarenos bonos, faciendum nos de ipsis tarenis quod voluerimus. et per convenientia ipsa maria guadia nobis dedit, et fidemiussorem nobis seipsam posuit; et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, amodo et suprascriptum constitutum completum, in ipsa terra cum casa residere et habitare, sicut suprascriptum est: et nos suprascripti germani suprascriptam casam cooperiamus et conciemus eorum, sicut meruerit iusta ratione: et defensemus illam eorum ab omnibus hominibus. Ad completi ipsi tres anni, tota suprascripta terra cum casa clusa et cooperta remittant illis ad nostram potestatem, faciendum nos exinde quod voluerimus. et liceat illis inde exire cum omnia illorum causa, et ire ubi voluerint, absque nostra et de nostris heredibus contrarietate. Et si, sicut superius scriptum est, ipsa maria et suos heredes nobis non adimpleberint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam et convenientiam obligavit se et suos heredes componere nobis nostrisque heredibus viginti auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est, nobis adimplere omnia suprascripta fecit ipsa maria cum vo-

luntate de mundoalt suum; et taliter scripsi ego iohannes notarius. ego petrus notarius me subscripsi. Cum autem suprascripte carte fuerunt ostense , dixit ipse disiius, ut ipsa terra cum casa, que est intra hanc civitatem , que ante me monstrata fuit, et ipse res foris hac civitate, que ante me monstrate fuerunt sibi et dauferio germano suo pertinere per suprascriptas cartulas quas ostendit. Ipse infans dicebat sibi, et iohanni, et pandoni, et petro iamdictam terram cum casa et ipsas res pertinere per suprascriptas cartulas, quas ipse lando infans ostendit. Et ipse infans dixit, ut ipse tres cartule quas ipse disiius ostendit, que superius per ordinem declarate sunt, quarum una scripta est per ipsum ademarium notarium , altera per ipsum truppoaldum notarium , alteram per ipsum iohannem notarium, false essent. Ipse disius dixit illas veraces esse et secundum legem illas adverare posse. Et dixit ipse disiius, ut suprascripte due cartule, que superius per ordinem declarate sunt, quas ipse infans ostendit, quarum una scripta est per ipsum iaquintum notarium, altera per ipsum mirandum notarium, false essent : Ipse infans respondit illas veraces esse, et secundum legem illas adverare posse. Ego autem dum taliter illos inter se causantes audivi coram ipsis abunculis ipsius infantis , iudicavi et ipsum infantem cum iamdicto disiio guadiare feci , ut per partes pararent inter se sancta dei evangelia , et prius ipse disiius secundum legem per sacramentum ad ipsa evangelia suprascriptas tres cartulas, quas ipse disiius ostendit, que superius per ordine declarate sunt, adverent. Et ubi taliter inter illas adveraverit ipse disiius et iamdictus dauferius germanus eius , et illorum heredes semper securiter habeant ipsam terram cum casa, quam ipse cartule continent secundum textum de ipsis cartulis , et faciant ex eis quod voluerint absque contrarietate ipsius infantis et heredum eius. Et ibique presentaliter ipse infans secundum legem per sacramentum ad ipsa evangelia suprascriptas amba cartulas , quas ipse infans ostendit, que superius per ordinem declarate sunt, adveret : et ubi taliter ipsas cartulas adveraverit, ipse lando infans et iamdictus iohannes et pando et petrus germani eius, et illorum heredes semper securiter habeant ipsas res , quas ipse cartule continent , secundum textum de ipsis cartulis, et faciant ex eis quod voluerint, absque contrarietate ipsius disigi et heredum eius. Et per partes inter se fideiussorem posuerunt pandonem clericum filium quondam landolfi comitis. superius inter virgulos scriptum est de propiciano. et taliter pro parte ipsius disigi te ademarium notarium scribere precepi.

† Fgo qui supra iohannes iudex.

MCXCVI

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri Gisulfi gloriosi principis, mense aprilis, septima indictione. Memoratorium factum a nos mari filius quondam dumnandi de loco nucerie, et muscato filio quondam radoaldi, eo quod coram presentia domni iohannis venerabilis archiepiscopi sancte sedis archiepiscopatus huius salernitane civitatis, et coram ydoneis hominibus, per convenientiam, per iussionem ipsius domni archiepiscopi, pro parte suprascripti archiepiscopii tradidimus nobis iaquintus clericus integram tertiam partem de terra cum arbusto pertinente ipsius archiepiscopii, que est in loco ipso nucerie, ubi floccano dicitur, et est tota ipsa terra per fines et mensuras, iusto passu hominis mensurata; Da una parte fine via puplica que ducit ad stabi, est inde per latitudinem passi septuaginta quattuor: De alia vero parte fine alia bia, que coniungit cum ipsa via puplica, est inde similiter per latitudinem passi octoginta duo; et per longitudinem est ab ipsa via puplica et usque ipsa alia via. De iamdicta vero terra per iamdictas fines et mensuras ipse iaquintus tradidit nobis integram tertiam partem, qualiter illut ego predictus mari. de antea per brebem a parte predicti archiepiscopii tenui, et nunc ipsum brebem remisi ego predictus mari ad partem predicti archiepiscopii faciendum quod voluerit. ego predictus muscato in integrum unam suprascriptam tertiam partem ex ipsa terra per brebem a pars ipsius archiepiscopii teneo, ea ratione, ut integram ipsam terram qualiter illam, ut dictum est, ipse iaquintus nobis tradidit de iamdicta terra per iamdictas fines mensuratas, Amodo et semper ad nostram et de nostris heredibus sint potestate illam tenendum, dominandum, fobeas et omnis nostras utilitates iusta rationem ibi faciamus, et unde meruerit illam clusam bonam semper haveamus, et sicut meruerit salbam illam semper haveamus bona, et amodo et semper tota suprascripta traditio omni anno de super et de supter lavoremus, et studiemus, sicut meruerit, et arbores et vites de bono bitineo ibidem plantemus et propaginemus, sicut meruerit, et sic tota suprascripta traditio, ut dictum est, lavoremus et cultemus bona, ut cotidie in melius proficiat et non dispereat, et semper ibidem haveat arbustum bonum de bono vitineo surtum et operatum, et amodo et semper omni anno apto tempore suprascripta traditio seminemus sementem quale ibi meruerit; et omnis lavores quas in suprascripta traditione seminata fuerit, apto tempore studiemus, sicut meruerit, et semper per tempore de aree et de vindemie faciamus scire pars predicti archiepiscopii, ut illuc missum dirigat, et nos

et nostros toti ipsi lavori ibidem ad area coram ipso missum studiemus, sicut ipse meruerit, et de omne victum, vel quicquit de supter de suprascripta tradictione exierit, deant ibidem ad ipsum missum terraticum secundum consuetudinem de ipso loco, et totum ipso arbustum et poma, que in suprascripta tradictione habuerit, apto tempore vindemiemus, et colligamus, sicut meruerit, et omnis vindemia indeque ibidem ad palmentum coram ipsum missum procuremus, sicut meruerit, et integram medietatem de omne vino, quod inde exierit, et de ipsa poma, vel de quod exierit desuper de suprascripta tradictio, demus ibidem ad ipsum missum, reliqua medietate nobis haveamus. et ipsa medietate ipsius archiepiscopii de ipso vinum portemus ad cellarium ipsius archiepiscopii, quam habet ad sanctam mariam, pertinentem ipsius archiepiscopii de eodem loco nucerie, et reponamus illut salbum in organea, que pars predicti archiepiscopii ibidem nobis vel ad nostros heredes assignaverit; et omni anno de aire de vindemie ad pars predicte ecclesie in ipso cellario dua cercla bona, et ipsum missum et equum illius nutriemus, secundum nostram possivilitatem, dum ibi steterit pro ipso vino et frudia recipiendum. et palmentatica omni anno per vindemie ad pars predicti archiepiscopii demus secundum consuetudinem de ipso loco. et quale tempore suprascripta tradictio nos et nostros heredes tenere et lavorare noluerimus, aut non potuerimus in suprascripta ratione, Tunc inclitam illam laborata, et operata, et surta, et unde meruerit clusa et salba bona remittamus ad pars predicti archiepiscopii faciendum inde quod voluerint; et nos et nostros heredes liceat inde exire cum omnibus nostris causis movilibus, et portare illud ubi boluerimus. et per convenientiam ipse iaquintus guadiam nobis dedit, et fideiussore nobis posuit dalfium clericum filium quondam grisonis, et per ipsam guadiam et convenientiam ipse domnus archiepiscopus obligavit se et successores suos et pars predicti archiepiscopii defendere nobis nostrisque heredibus inclita suprascripta tradictione, qualiter supra legitur, ab omnibus hominibus cum vice de ipsis vils, usquedum illam tenuerimus in suprascripta ratione. et sicut superius scriptum est, ut ipse domnus archiepiscopus et successores suos. et pars predicti archiepiscopii nobis nostrisque heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel exinde remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et successores suos, et pars predicti archiepiscopii componere nobis nostrisque heredibus triginta auri solidos constantinos. Quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego iohannes clericus et notarius qui et subscribsi.

† Ego amatus presbiter et cardinalis.

† Ego marinus clericus et primicerius.

† Ego landolfus notarius me subscripsi.

MCXCVII

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense aprilis, septima Indictione. Nos mulieri nomine rogata filia quondam iohanni maranci, relicta quondam gutti filii leonis atrianensis; et mucza filia quondam sergii, qui dictus fuit ieiuno, relicta quondam leonis filii suprascripti gutti, et rogate et grusa, et marenda, que sumus sorores, et filia suprascripti gutti et rogate; et mulier nomine iemma filia ipsorum gutti, et rogate; que sum uxor sergii atrianensis filius quondam petri, qui dicitur da la scura, mecum predicta iemma esse ipse sergi biro meus ante subscripti testes, coniuncte sumus cum mulier nomine teudenanda filia suprascripti iohanni maranci, relicta quondam mauri filii leoni de gutto, et cum iohannes filii suprascripti mauri et theudenandi ad comprehendendum inter nos sortis de terra cum castanietum, quod comune abemus in loco mitiliano, ubi castaniola dicitur, quod ipsi theudenanda et iohannes mater et filia diviserunt; et fecerunt inde due sortis: Una sorte fecerunt esse in parte orientis, et alia in parte occidentis. Ipsam sortem da parte orientis fecerunt per fines et mensuras: A parte orientis passi sexaginta quattuor: A parte meridie passi biginti duo; A parte occidentis fine alia sors, inde sunt passi quinquaginta duo. A parte septemtrionis passi quaddraginta. Ipsam sortem da parte occidentis fecerunt per finis et mensuras: A parte orientis fine ipsa primam sortem. A parte meridie passi triginta duo, A parte occidentis fine rebus monasterii sancte trinitatis, qui ibi in eodem loco mitiliano constructum est, quod in eodem monasterio offertum fuit per ursum monacho filio quondam leoni, inde sunt passi quinquaginta quattuor. A parte septemtrionis similiter fine ipsius monasterii, et passi triginta sex. Ab ipsa parte orientis fine ipsam primam sortem, inde sunt passi quinquaginta duo, toto mensurati iusto passu hominis. De iamdictis vero duobus sortionibus de suprascriptis rebus prius inde comprehensimus nos ante subscripte mulieres nomine rogata et mucza, et marenda, et ego predicta iemma et grusa ipsam sortem da ipsa parte occidentis, que coniuncta est cum ipsa rebus ipsius monasterii, qualiter superius illam fecerunt esse secundam sortem cum omnibus que intra ipsam sortem sunt, cunctisque eius pertinentiis, et cum bice de bia sua, ad faciendum de ea nos suprascripte rogate, et mucza, et grusa, et marenda, et iemma, et nostris heredibus, et cui per nos datum paruerit, omnia quod voluerimus, absque omni contrarietate ipsorum theudenande, et iohanni et de illorum heredibus. Et ipsa theudenande et iohannes com-

prehenserunt ipsam sortem da ipsa parte orientis, qualiter superius illis eam fecerunt esse primam sortem, cum omnibus que inter ipsam sortem sunt, cunctisque eius pertinentiis, et cum bice de via sua, ad faciendum de ea illis et illorum heredibus omnia quod voluerint, absque omni nostra nostrorumque heredibus contrarietate. Et per combenientia ipsi theudenanda et iohannes mater et filia, secundum legem et romanorum consuetudo, guadiam nobis suprascripte rogate, et mucza, et grusa, et marenda, et gemma dederunt mecum predicta iemma esset ipse sergio biro meus; et mediatore nobis posuerunt leonem atrianensem filium quondam ligori. Et per ipsam guadiam ipsi theudenanda et iohannes et illorum heredibus obligavit se et illorum heredes semper permanendum nobiscum et cum nostris heredibus in suprascripta divisionem, quemammodum superius legitur. Et si taliter in suprascripta divisionem illis et illorum heredibus nobiscum et cum nostris heredibus omni tempore firmiter non permanserint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserint, per ipsa guadia componere obligavit se ipsi theudenanda, et iohannes, et illorum heredibus nobis suprascripta rogata, et mucza, et grusa, et marenda, et iemma, et nostris heredibus quinquaginta auri solidos constantinos; et in suprascripta divisione, quemammodum superius legitur, illis et illorum heredibus omni tempore nobiscum et cum nostris heredibus firmiter permanerent. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego grimoaldus me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCXCVIII

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense magio, septima indictione. Memoratorium factum a me maio presbiter filio quondam maionis de locum rota, eo quod ante subscripti testes per convenientia guadia mihi dedit sicardus filius suprascripti maioni, et fideiussorem mihi posuit seipsum, et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, ut homni tempore lavorare mecum ad communiter inclite rebus de tavellaria, quod ille retinet nasci nascendo a parte domne theodore et de filii eius, et primis ex ea de inde omnia de ipsa rebus que in parte domnica debet esse, et illut aliud totum, que de ipsa rebus ebenire debet ipsius sicardi, vel ad eius heredes, dividamus illud inter nos per medietate, et inclita medietate inde deant mihi vel

at meos heredes, reliqua medietate sibi habeant, et si non convenerit ipsius sicardi germanum meum ipsa rebus mecum lavorare, sicut dictum est, a presente retdad mihi et cui oc scriptum in manum paruerit, toti ipsi solidi, quod ego ei modo prestiavi de tari boni, quali modo ego ei dedi ana quattuor tarenos per solidos, et si, sicut superius scriptum est, ipse sicardus et suos heredes non adimpleverint mihi et cui hoc scriptum in manum paruerit, et aliquit de suprascriptis contradixerint, per ipsam guadiam obligavit se ipse sicardus et suos heredes componere mihi et cui hoc scriptum in manu paruerit, quinquaginta auri solidos constantinos et suprascripta adimplere. Quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego iohannes clericus et notarius qui et subscribsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCXCIX.

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense magio, septima indictione . . . . . clericus filius quondam ursi presbiteri, ante subscripti testes pro parte domne theodore, que fuit uxor domni paldulfi filii domni guaimari principis et de filiis eorum, per convenientia ad tenendum et laborandum tradidi ricardi de loco tabellaria filii quondam maioni inclite due pecie de terra cum arbusto pertinente ipsa domine mee et de ipsi filiis de loco tabellara. Prima pecia est per ec finis et mensuria iusto passu hominis mensurata: de supter capite quod est. . . passi quadraginta octo. Ab occidente, sicut termiti ficti sunt, inde per longitudo sunt passi centum triginta quadtuor. de super a parte que est a super pars occidentis et inde terminatum est, inde sunt passi viginti unum et cubitum unum, et rectum descendente in parte meridie per termini qui ibi sunt, sunt inde passi sidecim, et abinde rectum abiente in parte orientis et passi viginti octo. ab ipsa pars orientis rectum descendente et coniungente in ipsa priore fine, inde sunt per longitudo passi nonaginta octo. Alia pecia de terra ibi propinquo per ec finis et mensuria; ad suprascriptos passos mensurata. A parte meridie fine suaque domine mee et de ipsi filii eius, sunt passi quinquaginta tres. Ab oriente similiter fine ipsius domine mee et de ipsi filii eius, et passi quinquaginta quadtuor; de super a septemtrione similiter fine suprascripte domine mee et de ipsi filii eius, inde passi viginti duo et cubitum unum, et abinde rectum descendente in ipsa parte me-

ridie sunt passi quadraginta, et rebolbente in parte occidentis fine ipsius domine mee et de ipsi filii sui rectum mensuratum passi triginta. Ab ipsa parte occidentis rectum descendente per ipsa fine et coniungente se in priore fine sunt inde passi viginti sex. Hec autem suprascripte ambo pecie de terra cum arbustis per suprascriptos passos mensurate ipsius sicardi tradidi pro parte de ipsa domina mea et de ipsi filii eius, eo tinore ut semper ipse sicardus et eius heredes et homines qui ibi miserint ad laborandum, fobee et omnis illorum utilitatis ibi faciant et abeant iusta rationem; et annualiter apto tempore tota ipsa traditione de super et de subter laborent et studient, ut meruerit, ut cotidie bonum pareat laboratum et cultatum, et qualiter in melius proficiat et non dispereat, et arbores et vites ibidem plantent et propaginent, ubi meruerit, et semper illud clusum abeant unde meruerit. et ipse sicardus et eius eredes ibi resideant et abitent, et non abeant reclamorem alii homini dum ibi ipsi det, nisi de ipsa domina mea et de ipsi filii eius et de illorum heredes, et semper abeant sala, que ibi est cooperta et conciata bona, et palmentum, quod ibi est, abeant copertum. et annualiter de are et de vindemie faciant scire ipsa domina mea et ipsi filii eius et illorum heredes, ud ibi dirigant missum suum, et omnem victum, quod in ipsa traditione fecerint, ibique ad area adunent et procurent ante ipsum missum. et deant ei inde terraticum secundum consuetudo de ipsum locum, et totum ipsum arbustum, et pomis, et glandis, et castanee, que ibi abuerint, faciant salbum, et rationabiliter illud vindemient et colligant; et de omne vinum quod inde exierit, deant inclitam medietatem ibique ad ipsum palmentum ad ipsum missum, reliquam medietatem sivi abeant, et ipsa medietate domnica reponant in organeum domnicum ad ipsa sala, que per eis siat semper bonum studiata et conciata, et salbum illud faciant absque igne et gente puplica, donec illud inde tollere faciat. et ipse glandi collecte deant medietatem ad ipsum missum, et medietate ipse castanee secce bone alia medietate sivi abeant, et ipsum missum et hequum suum nutricent, ut iustum fuerit; et palmentatica inde adducunt ad ipsi seniori mei, sicut consuetudo est, et in pasca maiore, et in nativitas domini salutent ipsi seniori mei, sicut est consuetudo. et quale tempore ipsa tradictione tenere noluerint, liceat illis inde exire cum causa eorum mobilia, et ire ubi boluerint, et ipsa traditione salba, et clusa, et hoperata, et surta cum ipsa sala conciata et cum ipsum horganeum salbum assignent ad pars de ipsi seniori mei. Unde in eo tinore per convenientia guadia mihi dedit ipse sicardus pro parte de ipsa domina mea et de ipsi filii eius, et fideiussorem mihi posui pro eorum parte seipsum; et per ipsam guadiam obligavit se et suos eredes, ut si, sic superius scriptum est, non adimpleberint et aliquit de suprascriptis contradixerint, per ipsam guadiam obligavit se ipse sicardi et suos eredes componere ad

pars de ipsi seniori mei quinquaginta auri solidos constantinianos et de eorum eredes. et quemammodum supra legitur eorum adimplere. ét inter virguli legitur: pars ; et in alio loco legitur: per; et in alio loco legitur: missum. quod scripsi ego iohannes scriba.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCC

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense magius, septima indictione. Cum essem ego amatus iudicem coram presentia suprascripti domni nostri gisulfi serenissimi et adeo conserbatus princeps, tunc In eadem presentia venit domnus alferius venerabilis archipresbiter et abbas ecclesia sancti maximi, que sita est intra anc salernitana cibitate, et pertinet suprascripti domni principi, et ad germani sui. et ipse domnus abbas proclamavit se pati necessitatem, eo quod case et edificia ipsius ecclesie minime conciate et edificate sunt, et cupiebat per combenientiam dare de terram et case ipsius ecclesie, et exinde recipere pretium, unde ipse casis et ipsa edificia conciare et edificare possat. Et ipsam terram cum casa, quod ipse domnus abbas dare cupiebat, dixit esse intus ec cibes in plaiu de monte a super et propinquo ipsius ecclesie per finis et mensurie, iusto pedem manus ominis mensuratas ; a parte meridie fine via ipsius ecclesie, et pedes undecim; a parte orientis fine predicta ecclesia, et pedes triginta; a parte septemtrionis similiter fine ipsius ecclesie, et pedes tridecim; a parte occidentis fine predicte ecclesie, et pedes alii triginta. Dum autem ipse domnus abbas taliter proclamaret, et ipse domnus gloriosus princeps angnobi quod eius proclamatio veram esse, solutione ei dandum illud tribuit, et me inter essendum precepi, ne ipsius ecclesie aliquam damnietas ebenire ; nobissime autem ibidem aderat landulfus filius quondam godeni, et petrus filius quondam constantini, quia dixit, ut si ipse domnus abbas per combenientiam dederit eis ipsa terra cum casa per suprascripte finis et mensurie, daret ei quadraginta tari auri boni. Ipse domnus abbas talia audientes, cum gaudio illud facere cupiebat, quia dicebat ipse domnus abbas, ut nullus omo bolebat tantum pretium inde daret. quo ita factum, sicut ipsius domni abbati congruum fuit, bona sua boluntate, per anc cartula, una cum eum adesset adbocatorem ipsius ecclesie, et ibidem inter essendum subscripti idoneis omines, per combenientiam ipse domnus abbas tradidit ipsorum landolfi et petri inclita suprascripta terra cum casa, que est lignitia solarata per suprascripte

finis et mensuria, cum omnibus infra se abentibus, omnibusque suis pertinentiis et cum vice de ipsa via, ea ratione, ut semper suprascripta traditione sit in potestate ipsorum landolfi et petri, et de illorum eredes: et licead illis et illorum eredes de ea facere quicquit boluerit. et propter confirmationis uius traditionis ipse domnus abbas suscepit a suprascriptis landolfo et petro ipsi quadraginta tari, sicut ipsa terra cum casa appretiata fuit in omni deliberatione. Et per combenientia ipse domnus abbas, dum una cum eum adesset ipsum adbocatorem eidem ecclesie, guadiam ipsorum landolfi et petri dedit, et fideiussorem ei posuit poto clericus eidem ecclesie filii quondam alferii medici. Et per ipsam guadiam etc. *Sequitur consueta formula statuta mulcta centum auri solidorum constantinianorum.* Et due cartule unius tenoris inde scribere precepi, anc quam ipsi landolfo et petro qui sunt cognati retinunt, et altera quam inde retinet ipse domnus abbas. et taliter te romoaldum notarium, qui interfuisti, scribere precepi. et oc memorare feci, quia ipse domnus abbas per eadem combenientia tradidit suprascripti landolfi et petri inclita suprascripta terra cum casa per suprascriptas fines et mensurias, cum integrum mineaneum, quod factum est a foras in ipsa casa a parte occidentis ab ipsa casa in foras, per latitudo ipsum mineaneum pedes tres, et per longitudo pedes duodecim, ad suprascripto iusto pedem, ad faciendum inde ipsi landolfo et petrus et illorum eredibus, quod boluerint, et semper pars ipsius ecclesie illud eis et eorum eredes defendant da omnes omines, sicut et ipso aliut et quando boluerint per se ipsis illut defendant, qualiter boluerint per lamdicta guadia et obligata pena. quod te ipsum romoaldum notarium subiungere precepi.

† Ego Alferius nominatus diaconus archipresbiter et abbas.

† Ego petrus presbiter et primiclericus.

† Ego qui supra amatus iudex.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

MCCI

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi princi pis, mense magius, septima indictione. Cum essem ego amatum iudicem coram presentia supradicti domni nostri gisulfi serenissimi et a deo conserbatus princeps, tunc in eadem presentia venit domnus alferius venerabilis archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi,

que sita est intra hanc salernitanam cibitatem, et pertinet suprascripti domni principi et ad germani sui. Et ipse domnus abbas proclamabit se pati necessitatem etc. *Sequitur instrumentum idem ac legitur in numero praecedenti.* Et due cartule unius tenoris inde scribere precepi: anc quam ipse domnus abbas retinet, et alteram quam inde retinunt ipsi landolfo et petro, qui sunt cognati. et desuper inter virgulas legitur: abbas. et taliter te romoaldum notarium, qui interfuisti, scribere precepi. Et oc memorare feci etc: *ut supra.* quod teipsum romoaldum notarium scribere precepi.

✠ Ego qui supra Amatus iudex.

MCCII

A. D. 1054

✠ In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense magio, prima die intrante septima indictione. Memoratorium factum a me adelferius clericus et archipresbiter qui et abbas ecclesie sancti maximi, que constructa est intra salernitanam cibitatem, qui sum unum ex illis quibus ipsa ecclesia pertinet, ante subscripti testes per combenientia tradidi una cum adbocatorem meum stefano filius quondam (*deest nomen*) integrum molinum pertinente ipsius ecclesie, quod edificatum est in flubio lirno, cum mole et ferraturiis eius, idest cum becte de ferrum et tribus anellis, et securicola et ranola, et cum arcaturia sua et isclis, et cum omnibus suis pertinentiis et sedimen, et cum bice de bia sua, qualiter ipsum molinum legitur macenare possat, cum usus aquarum de ipsum molinum, qualiter illud usque nunc molinatores tenuerunt. Taliter illud ei tradidi, ud amodo et usque unum annum completum, ud se complead in ultimo die de suprascripto mense, et ille het eius eredes licead tenere inclita ipsa traditio et fobee, het omnis sue utilitatis ibi facere et abere, et diu noctuque ipsum molinum custodire ille et heius eredes, et ominibus illorum, et conciare, ud legitime macenare poxsat, et si ipsa ferraturia adconciare abuerit et ego vel successores meos, aut pars predicte ecclesie illud faciant conciare et illis ibi adiubent, proud melius potuerit. Similiter et si ipsa arcaturia pro plena ruperit, pars ipsius ecclesie eam faciat conciare het mundare, et illis et ominibus eorum ibi adiubent, quantum melius potuerint, per omnes bices; et quando mole in ipso molinum necessum fuerit, nos vel pars predicte ecclesie demus ibidem mole bone, et illis ibi reponant ipse mole, qualiter meruerit, et mole beteri deant et adsignent in pars suprascripte ecclesie; et omne mulitura, que ibi tollere et abere potuerint,

totum illud sibi abeant, faciendum inde quod boluerint. Tantum per omnis mense usque completum ipsum . . . . . ad pars predicte ecclesie isto mense magio, dua modia de granum bonum , et medium modium , et de isto mense in antea usque ipso constitutum per omnis mense ana tres modia de granum, quale per ista cibes se bendiderit. Talem granum deant in pars exdicte ecclesie plene bene culme pro ipsa molitura ad modium domnicum platèaticum de isto cibes, et si pro ruptura ipsius arcaturiis, ipsum molino opera perdiderit, vel pro gente puplica quanto tempore opera perdiderit, pro ratio pars ipsius ecclesie imputent sibi de ipso organeo per omne mense pro ratio, sicut iustum fuerit. Tantum ipse stefanus vel suos eredes per omnes bices, quando ipso molino opera perdiderit, sicut dictum est , imputet sibi inde unam diem, ut de ipsa die deant ad pars ipsius ecclesiae molitura pro ratione, sicut iustum fuerit, et cotidie quantum meruerit, et pars exdicte ecclesie boluerit, et ibi granum nostrum direxerimus pro macenandum, faciant illud macenare bonum tantum granum , quantum nobis sufficiad ad totam domum nostra, sine molitura et sine detinentia; et si redidit suo lignamen et de suo espendium ibi fecerint, licentiam abeant a completum ipsum annum, inde exire cum omnia eorum causa, et cum totum edificium de ipsum reditum , quod illis ibi fecerint, et portarent illud ubi boluerint; et inclita ipsa traditio iusta rationem salba et conciata cum mole et ferraturiis, et cum arcaturia, et casa, que facere super ipsum molinum, et cum omnis sua pertinentia salba, ud legitime ipsum molinum macenare possad, adsignent in pars ipsius ecclesie. Et per combenientia guadia michi dedit ipse stefanus et fideiuxorem michi posuit seipsum , et landolfus filius quondam godeni; et per ipsa gaudia obligavit se ipse stefanus et suos eredes adimplendum michi meisque successoribus, et partibus iamdicte ecclesie, sicut suprascriptum est, usque iamdicto constitutum; et si, sicut superius scriptum est, ipse stefanus et suos eredes non adinpleberit michi meisque sucexsoribus, et partibus ipsius ecclesie, et suprascripta vel ex eis quemquam remobere aut contradicere presumpserit, aud si arborem de ipsa traditione inciderit sine nostra licentia, et si ipso granum, quod nobis dederit, non fuerit bonum granum, quale per ista cibes se bendiderit, et non dederit illud nobis, vel ad pars predicte ecclesie ibique ad ipsa ecclesia ac domum nostra, per ipsam guadiam et combenientia obligavit se ipse stefanus et suos eredes componere michi meisque succexsoribus, et ad partibus ipsius ecclesie quinquaginta auri solidi constantiniani, et per eadem combenientia ad pignera obligavit se ipsum landolfus fideiussorem et suos eredes omnis pingnera et causa sua legitima et inlegitima usque ad legem. verumtamen oc memoramus tantum si infra ipso constitutum ipsa molina, que est ibi propinquo de monasterio sancti georgii salierit, deant inde ipse stefanus michi vel in pars predicte ecclesie

per omnis mense ana tres modia de granum bonum et medium modium, et si ipsa molina, qualiter supradictum est, non salierit, deant inde in partibus predicte ecclesie ana tres modia de granum, qualiter supra legitur. Quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego Iohannes notarius me subscripsi.

MCCIII

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense iunio, septima indictione. Memoratorium factum a me polcharo diaconus ecclesie sancti maximi, eo quod coram presentia domni adelferi archipresbiteri et abbatis ipsius ecclesie sancti maximi, et per eius licentiam tradidi ad tenendum et casam faciendam iohanni filio quondam imperati, et iohanni filio quondam visantii, et iohanni filio quondam petri terram pertinentem predicte ecclesie, quam habet intra hanc cibitatem in plaio de monte super ipsa ecclesia, que est per mensuras: de longitudo pedes triginta duo et medium, et latitudo ab oriente et ab occidente ana pedes decem iusto pede manus hominis, ex omni parte finis predicte ecclesie. Tali ordine, ut amodo et usque viginti nobem anni completis predicta traditio sua potestate teneant et casa lignea terrea unius penne ibi faciant, et habeant clusam et coopertam, sicut meruerit, et ibi resideant et habitent, et si voluerit, homines ad residendum mictant, et omnis illorum utilitates iusta rationem ibi faciant; et quod censum inde tollere potuerint usque ipsum constitutum, sibi habeant. Tantum omne annum illis et illorum heredes usque ipsum constitutum deant exinde censum in pars ipsius ecclesie de suprascripta mensuria sexaginta fullaros bonos. Completis vero ipsis viginti nobem annos, liceat illos et illorum heredes, et homines quos ibi miserint, inde exire cum omnibus illorum causis mobilibus et cum medietate de cunctis lignaminibus ipsius case, et medietate ipsius case cluse et cooperte cum tota ipsa terra vacua in pars iamdicte ecclesie, ad faciendum quod voluerit. Tantum, si ipsa illorum medietate de lignaminibus ipsius case in ipsa constituta, vel ante ipsum constitutum daturam aut vindituram habuerint ad pars nostre ecclesie, illam vendant et dent iusto baliente pretio, quod iuste fuerit appretiata. Quam si pars ipsius ecclesie noluerit emere, liceat illos et illorum heredes illam dare cui boluerit. Nam si unicumque illam dederint sine solutione de pars ipsius ecclesie, absque pretio ad pars iamdicte ecclesie rebertat.

Et per combenientia guadiam michi ipsi omnes suprascripti dederunt, et fideiussores michi posuerunt seipsos, et per ipsam guadiam obligaberunt se et illorum heredes, ut si, sicut dictum est, ad pars predicte ecclesie non adimpleberit, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam componere obligaberunt sibi omnes suprascripti et illorum heredes ad pars predicte ecclesie triginta auri solidos constantinianos. De suprascripta terra et casa tradidi ipsis iohanni filii iamdicti imperati et iohanni filio petri tres partes in parte occidentis, et ipsi iohanni filio iamdicti visantii in parte orientis unam quartam partem, et sic exinde dent de supradicto censu michi vel in pars predicte ecclesie per supradicta guadia et obligatione. Quod scribsi ego grimoaldus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscribsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCIV

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iunius, septima indictione. Ego todari grecus filius quondam stefani greci Clarefacio, quoniam mihi est pertinente habere terram cum casa lignea terranea foras ista civitate illa parte aqua de bosanola, que est per has fines et mensuras, iusto pede manu hominis mensurata. A parte orientis fine via, et pedes viginti septem. A parte septemtrionis fine leoni sicellense, et pedes quatuordecim: Ab occidente fine strectola, et pedes alii viginti septem. A meridie fine via, et pedes alii quadtuordecim. Hec autem suprascripta terra cum casa per iamdictas fines et mensuras congruum est michi illam venundare constantini, qui fuit de sicilia et filii quondam leoni. Interea, sicut michi nominatus todari congruum est, bona mea boluntate per anc cartulam ante subscriptos idoneos homines vendo adque ad semper abendum confirmo tivi iamdicto constantini inclita suprascripta terra cum casa, qualiter conciata et edificata est, cum omnia intro ipsam venditionem habentibus omnibusque suis pertinentiis, et cum bice de ipse vie, ea ratione, ut amodo et semper in tua et de tuis heredibus esset potestate illut tenendum, et faciendum de ea quicqnit volueritis. Et propter confirmationem uius mee venditionis, suscepi a te exdictus constantinus ienitorem meum auri tari boni viginti quadtuor, sicut inter nos convenit in omni deliberatione. Ea ratione per convenientia ego iamdictus todari guadiam tibi iamdicti con-

stantini dedit, et fideiussorem tivi posuit constantinus atrianensis, qui clamatur ioncatella et filium quondam ioannaci; et per ipsam guadiam obligo me et meos heredes semper defendere tivi tuisque heredibus inclita suprascripta mea venditione, qualiter prelegitur cum vice de ipse vie ab omnibus hominibus et partibus. Et quando tu iamdictus constantinus et tui heredes de suprascripta mea venditione autores et defensores esse bolueritis, vice nostra licentiam et potestatem habeatis in omnibus inde causare et finem facere, qualiter volueritis cum ista cartula, et cum quale alia monimen et ratione exinde abueritis et ostendere bolueritis. Nam, quando me et meos heredes, tu et tui heredes de suprascripta mea venditione autores et defensores habere quesieritis, Ego autem et meos heredes illut vobis defensemus da omnes homines, sicut supra legitur; et si, sicut superius scriptum est, ego et meos heredes, tivi tuisque heredibus non defensaverimus, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumserimus, per convenientia, per ipsam guadiam, obligo me iamdicto todari et mei heredes componere tivi iamdicto constantino et ad tui heredes, seu cui carta ista pro nostra parte in manum paruerit, triginta auri solidos constantinianos. et, sicut superius scriptum est, adimplere, et questio et causatio nostra et de nostris heredibus adversus nos et de nostris heredibus sit exinde tacita et vacua. Et taliter Te iohannes notarius scribere rogavi.

† Ego landolfus notarius me subscripsi.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCV

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense iulius, septima indictione. Memoratorium factum a me grimoaldus sacerdos et filius quondam grimoaldi, eo quod ante subscripti idoneos homines per convenientia ad tenendum, et regendum, et officiandum tradiderunt mihi desideus et iohannes, qui sunt germani et comites palatii filii quondam iaquinti, qui fuit comes palatii, pro parte illorum et pro parte de infantulu nomine alferius filius quondam landoni comitis thium eorum, et pro parte landoni filii quondam desidei comitis, inclita ecclesia illorum pertinentem bocabolum sancte dei genitricis semperque virginis marie et sancti nicolai, que sita est propinquo flubio siler in rebus illorum, ubi mercatellu dicitur. Ideo inclita ipsa ecclesia cum porticu, et casa et redita, que ibi sunt, et cum omnia causa pertinente ipsius

ecclesie, et cum animalia sua, et cum paraturia, et codices mihi qui supra grimoaldi sacerdoti tradiderunt, sicut dictum est, et est ipsa causa ipsius ecclesie nominatibu; idest liver comite anni circulu et manuale unum, orationale unum, antifanarium de nocte et alium de die, homelia maiore una et alia minore, gestarium de circulum annum quod est in duo bolumina, psalteria duo, unum monachile cum cantu et in mora, calice et patena de argentum et alia de stagnum cum patena, turibulum de argentum, curtine due, planete tres, una de castanea et alia de linu, et alia de furgola, horale unum de seta cum lecte et alium orale de linu tres cum lecte; pannilli afrecazzani serici quadtuor et gifati dui, cum lecte manule dui de siricu, et una sendone cum serico et aurum, et alia sindone de linum undecim, altare andantele unum, squilla una, mappe tres, bacce maiori nobem, et betelli de oc anno nobem, et genci maiori quadtuor, et unum gencu, et una genca de duobus anni, bobi domiti maiori duo cum paraturia sua; iumente maiori nobem et una domita, pullitru unum de duobus anni. Hec autem supradicta ecclesia cum tota ipsa causa mobilia et ipse animalie et omnibus pertinentiis ipsius ecclesie, et cum rebus stabile pertinente suprascripte ecclesie, mihi suprascripti grimoaldi sacerdoti tradiderunt ipsi germani, sicut diximus, ad tenendum et gubernandum, et fobee, et omnis nostre utilitatis ibi faciamus iusta ratione ego et hominibus meis diebus vite mee, et liceat me ordinare ipsa rebus, et mittamus ibidem homines ad abitandum et laborandum, qualiter boluerimus, ut iustum fuerit, et annualiter apto tempore faciant laborare et operare ipsa rebus sicut meruerit, et omni tempore habeamus in ipsa ecclesia mecum unum presbiterum ad officiandum, et die noctuque officiemus et officiare faciamus in ipsa ecclesia, sicut meruerit ecclesia foris civitatem; et omnis offerta, et botatione, et sepultura, et pesa que in ipsa ecclesia intraberint, totum illud nobis abeamus, faciendum quod boluero. Tantum, si animalia viva vel talem causam intraverit in ipsa ecclesia, que ad ornamentum meruerit de ipsius ecclesie, faciamus illud salbum cum ipsum alium mobile ad opus ipsius ecclesie. Tantum per omnis annum pro censum de ipsa ecclesia portemus, vel dirigamus ipsorum germani ad domus illorum in nativitas domini, et in resurrectio domini ana tribus paria de oblate, et ana tres cerea de gubiti, et omnis victum et vinum de ipsa rebus predicte ecclesie habere potuerimus, et poma totum illud nobis abeamus dum vivus fuero, de animalibus qui aput nos fuerit nate, tollamus inde ad nostram proprietatem inclitam tertiam partem, relique due partes gubernemus ad opus suprascripte ecclesie; bobi pro laborandum, quando necessum fuerit, tollamus de commune de ipsa animalia, et caballum pro caballicandum pastori, qui curam abunt de ipsa animalia de commune salbemus, et vestamus et calciemus: Casum de ipse bacce abeamus nos faciendum quod

boluero, et quando necessum fuerit coperire ipsa ecclesia, et ipsum porticum, et ipsa casa, nos faciamus coperire illud, sicut meruerit. A die obitus meum assignemus ad illis vel ad eorum heredibus inclita ipsa ecclesia coperta et clusa cum ipsa casa, sicut meruerit, et cum ipsum porticum, et cum tota supradicta causa stabile et mobile ipsius ecclesie salbum et operatum, quale meruerit. Ego qui supra grimoaldus sacerdoti et hominibus meis licentiam habeamus inde escotere causa nostra propria, que ibi abuerimus de animalibus, qui aput me nati fuerint, tollamus et habeamus nobis inclitam tertiam partem de pullitri et de genci masculi, faciendum inde quod boluerimus, femine vero gubernemus ad opus suprascripte ecclesie. Unde in eo tinore per convenientia guadiam mihi dederunt ipsi germani desideus et iohannes pro parte illorum, et pro parte de ipsi consortis sui, et fideiussorem mihi posuerunt leo filius quondam maghenolfi, pro sua et illorum parte; et per ipsam guadiam obligaberunt se ipsi germani et illorum heredes defensandum mihi inclita ipsa traditione cum bice de vie sue, da omnis homines in suprascripto tinorre. Et si taliter illud nobis non defensaverint, et aliquit inde contradixerint, per ipsa guadia obligaberunt seipsi germani et illorum heredes componere mihi et cui hoc scriptum in manum paruerit, quinquaginta auri solidos constantinianos, et, sicut superius legitur, adimplere. Quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego iohannes clericus et notarius.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCVI

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense septembri, octaba indictione. Ante me siconem comitem et iudicem Urso et iohannes gastaldi germani filii quondam ioannaci castaldi, coniuncti sunt cum stefano filii constantini, qui dicitur spiczacanzone, et ipsi germani clarificaberunt se habere duas pecias de terris, unam cum vinea, et alteram cum arboribus simul coniunctas In loco veteri, a super furca, que dicitur da alfano. Et dixerunt ipsam terram cum vinea esse per fines et mensuras, iusto passu hominis mensuratas. A parte meridie fine media sepes, que discernit inter hanc terram, et aliam cum vinea ipsorum germanorum, et fine terram bacuam ipsius ursonis mensurati rectum intus ipsam terram iuxta ipsam sepem, et terram, passos quinquaginta. A parte orientis fine Iamdicti ursonis mensurati rectum intra ipsam terram prope ipsam fi-

nem ipsius ursonis passi nonaginta. A parte septemtrionis fine ipsam terram cum arboribus, et passi quinquaginta duo. A parte occidentis finis media sepes, que est inter hanc terram et alteram terram cum vinea sancte marie pertinente ipsorum germanorum, que constructa est in eodem loco, mensurati rectum intra ipsam terram iuxta ipsam sepem passi nonaginta. Et in medium per traversum est suprascripta pecia rectum mensurati passi quinquaginta quattuor. Ipsam terram cum arboribus dixerunt esse per fines et mensuras suprascriptos passus mensuratas. A parte meridie finis suprascriptam terram cum vinea, et passi quinquaginta duo. A parte occidentis fine res ipsius ecclesie, sicut media sepes discernit rectum mensurati iuxta ipsam sepem intra ipsam terram passi triginta quinque, usque in pedem de petra maiore immobile que est ibidem. Et abinde abiente in parte orientis per fine ipsius ursonis passi triginta sex. Ab ipsa parte orientis fine ipsius ursonis, et passi quadraginta quinque, usque in priorem finem, et sicut ipsis germanis congruum fuit bona eorum boluntate, per convenientiam per anc cartam vendiderunt ipsi stefano integram ipsam terram cum vinea, et integram ipsam terram cum arboribus per suprascriptas fines et mensurias, quemammodum supra legitur, cum omnibus que intro ea sunt, cunctisque suis pertinentiis et cum vice de via sua, et fiat ipsam viam a via, que dicitur nucerina, ascendentem per ipsam terram ipsius ursonis in parte septemtrionis, iuxta sepem, que est inter hanc terram predicti ursonis, et suprascriptam terram cum vinea ipsorum germanorum usque in predictam venditionem. Ea ratione, ut integra suprascripta venditio semper sit in potestate ipsius stefani et heredum eius, et liceat illum et eius heredes de ea facere quod boluerint. Et propter confirmationem huius venditionis susceperunt ipsi germani Ab ipso stefano statutum pretium aureos solidos centum ana quadtuor tarenos habentem per solidum in omni deliberatione, sicut inter eos comvenit. Et per convenientiam ipsi germani guadiam ipsi stefano dederunt et fideiussorem ei posuerunt Iohannem qui dicitur boccapiczola filius quondam iohannis, et per ipsam guadiam et convenientiam obligaverunt se ipsi germani et illorum heredibus semper defendere ipsi stefano et illius heredibus integram suprascriptam venditionem, qualiter supra legitur, ab omnibus hominibus et partibus. Et ipsi germani tribuerunt ipsi stefano licentiam, ut quando ipsi stefanus et eius heredes voluerint, potestatem habeant suprascriptam vendictionem per se defendere, qualiter boluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea hostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipsi germani et illorum heredibus ipsi stefano et illius heredibus non adimpleberint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presunpserint, per ipsa guadia et convenientiam obligaverunt se ipsi germani et illorum heredibus componere ipsi stefano et illius heredibus ducentos aureos so-

lidos constantinianos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. et inter virgulos legitur: heredibus. Et tibi landolfo notario scribere precepi.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCVII

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense octubri, octaba indictione. Dum in sacro salernitano palatio coram presentia suprascripti domni nostri gisulphi gloriosi principis essem ego Amatus iudex, Tunc ibique in eadem presentia aderat dumnella filia quondam Iannacii atrianensis, que fuit uxor alfani clerici, Et ipse domnus princeps clarificabit se habere terra cum arbustis vitatis et castaneis foris hanc civitatem in locum tusciano ex illa parte flubio qui dicitur tusciano Et congruum est suprascripti domni principi de ex eadem terra cum arbustis donare suprascripte dumnelle pro parte sua et pro parte petri filio suo inclita terra cum arbustis et castaneis, quod ad laborandum retinet a parte suprascripti domni principis petrus qui dicitur de maria filia quondam (*deest nomen*) et aliquantum ibi coniuncta de illud quod a parte ipsius domni principi ad laborandum retinet Iaquintus clericus filius quondam petri, qui dictus est francu, et est totum uno teniente per fines et mensuras, iusto passu hominis mensuratas. A parte orientis fine rebus ipsius domni principis, quod ad laborandum retinet ipse iaquintus clericus, inde passi centum sedecim: A parte septemtrionis similiter fine rebus suprascripti domni principis, quod ad laborandum retinet iohannes qui dicitur de gecza, inde passi centum viginti quinque: A parte occidentis finis via mensurati per ipsa via passi quadraginta quinque, et abinde modicum laxante ipsa via et abiente in ipsa parte orientis iuxta finem ipsius domni principis, quod ad laborandum retinet ipse iohannes de gecza, inde mensurati passi alii quadraginta quinque. et rebolvit in parte meridie per fine suprascripti domni principis, quod ad laborandum retinet ipse iohannes de gecza, inde passi sexaginta quinque. et rebolvit in ipsa parte orientis per fine ipsius domni principis, quod ad laborandum retinet heredes de Andrea, qui dictus est caspanicu et passi triginta. et rebolvit in ipsa parte meridie per ipsam finem passi septem. et rebolvit in ipsa parte orientis per fine ipsius domni principis, quod retinet ipse iohannes de gecza, passi nobem. et rebolvit in ipsa parte meridie per eadem finem passi alii septem. Ab ipsa parte meridie fine suprascripti domni principis, quod retinet ad laborandum

heredes grimoaldi, qui dictus est sculzu, et passi quadraginta tres usque ipsam priorem finem. Et sicut ipsius domni gisulphi serenissimi principis congruum fuit, bona sua voluntate, per anc cartulam donabit suprascripte dumnelle inclita suprascripta terra cum arbustis vitatis et castaneis per suprascriptas fines et mensuras, cum omnibus infra se habentibus, omnibusque suis pertinentiis, et cum vice de ipsa via, Ea ratione: ut semper suprascripta donatio sit in potestate ipsius dumnelle et iamdicti petri filii ipsius dumnelle, et de filii et filie qui de ipso petro de legitimo coniugio horti fuerint, et de eorum heredes; et liceat ipsum petrum et filii et filie, qui de ipsum petrum de legitimo coniugio horti fuerint et eorum heredes, de ea facere quod voluerint. Tantum fideiussio hebenerit et ipsum petrum sine filio vel filia de legitimo coniugio obierit, tunc inclita suprascripta donatio perveniat ad potestatem landelaite filia suprascripte dumnelle, que est sorore suprascripti petri, faciendum inde illa et filiis filiabus suis, quod voluerint. Tantum si ipse petrus de suprascripta donatione quartam datam habuerit illis diebus ad uxorem suam habeat sibi illam ipsa uxor sua, et faciat ex ea quod voluerit. Quam et si ipsa landelaita defuncta fuerit sine filio vel filia, tunc inclita suprascripta donatio perveniat ad potestatem iamdicti domni principis et de illius heredes, faciendum ex ea quod voluerint. Tantum si illis diebus ipse petrus, sicut dictum est, de iamdicta donatione quarta datam habuerit ad uxorem suam, habead illam ipsa uxor sua et faciat de ea quod voluerit. Et si ipsa dumnella illis diebus viba fuerit, tenead suprascriptam donationem ad frudiandum sue potestatis dum vixerit, et de ipso frudium, quod inde exierit, faciat quod voluerit. Et propter confirmationem huius donationis suscepit ipse domnus princeps ab ipsa dumnella, iusta legem langobardorum, launegilt grosinam unam in omni deliberatione. et ipse domnus princeps per convenientiam guadiam ipsi dumnelle dedit, dum una cum ea adesset procuratorem suum; et ipsa dumnella ipsam guadiam suscepit pro parte sua et pro parte de ipsum filium et filia sua; et fideiussorem ei posuit pro sua et illorum parte petrus clericus et medicus filius quondam romoaldi, et iohannis filii quondam alfani notarii. et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere inclita suprascripta donatione ipsius dumnelle, et ad ipsi filium et filia sua, et ad illorum heredes in suprascripta ratione ab omnibus hominibus et partibus. Et si ipse domnus princeps et suos heredes suprascriptam donationem ipsorum mater et filii et ad illorum heredes in suprascripta ratione minime defendere potuerint, tunc sicut in eamdem legem de donum et subsceptum launegilt continet, ita ipse domnus princeps et suos heredes ipsorum mater et filii, et ad heredes de ipsi filium et filia ipsius dumnelle adimplere faciant. Et ipse domnus princeps tribuit licentiam ipsius dumnelle, ut quando voluerint ipsi filium et filia

sua et illorum heredes suprascriptam donationem per se defendere , potestatem habeant qualiter voluerint cum omnibus muniminibus et rationibus quas de ea ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse domnus princeps et suos heredes ipsius dumnelle et ad ipsi filium et filia sua , et ad eorum heredes non adimpleverint , et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes componere suprascripte dumnelle et ad ipsi filium et filia sua et ad eorum heredes, quadringentos auri solidos constantinos, et sicut superius scriptum est adimplere. hec omnia suprascripta fecit ipsam dumnella secundum legem et consuetudo romanorum, et una cum illa adesset procuratorem suum. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi.

† Ego qui supra amatus iudex.

MCCVIII

A. D. 1054

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosus princeps, mense nobembri , octaba indictione. Memoratorium factum a me alferius diaconus archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, qui sum unum ex illis quibus ipsa ecclesia pertinet, Ante subscripti idoneos homines, per combenientia tradidi constantini molinator filii quondam basili integrum molinum pertinente ipsius ecclesie , quod edificatum est in flubio lirino cum mole et ferraturiis eius , idest cum becte de ferrum , et tribus anellis, et securiccla, et ranola , et cum arkaturia sua , et isclis , et cum homnibus suis pertinentiis et sedimen, et cum bice de bia sua, qualiter ipsum molinum legitimo macenare possad, cum usu aquarum de ipsum molinum, qualiter illut usque nunc molinatores tenuerunt. Taliter illut ei tradidi, ut amodo et usque unum annum completum , ut complead in ultimo die de suprascripto mense. et ille et eius heredes licead tenere inclita ipsa tradictione , fovee et omnis sue utilitatis ivi facere et abere iusta rationem , et die noctuque ipsum molinum custodire ille et eius heredes, et ominibus illorum, et conciare, ut legitime macenare possa, et si ipsa ferraturia adconciare noluerit, ego vel successores meos, aut pars suprascripte ecclesie illud faciat conciare, et illis ivi adiubet, prout meliut potuerit. Similiter et si ipsa arkaturia per plena ruperit, pars ipsius ecclesie ea faciad conciare, et ille et ominibus suis ivi adiubent, quanto melius potuerint, per homnes vices ; et quando mole in ipsum molinum necesse fuerit , nos vel pars predicte ecclesie

demus ividem mole, et illis ividem pona, et mole veteras deant et adsignent in pars predicte ecclesie, faciendum quod boluerimus; et omne molitura que ivi tollere et abere potuerint, totum illut sivi abeant faciendum, quod boluerint: tantum per omne mense, usque completum ipsum annum, deant ad pars predicte ecclesie tres modiola de granum bonum mundum ad modium domnicum, quod est plateaticum , culma mensura ; et si per plena, aut pro generatione puplica, ipsum molinum opera perdiderit, pro ratione illut nobis inputemus, et cotidie, quando meruerit, et pars iamdicte ecclesie boluerit , et ividem granum nostrum direxerimus pro macinandum, faciad illum macenare bonum , tantum granum, quantum nobis sufficiad totum domum nostra , sine molitura et sine detinentia. ad completum ipsum annum licead illa inde exire cum omnis suas causas , et ipsum molinum et ipsa alia suprascripta traditione iusta rationem salbum et conciata cum mole, et ferraturiis, et cum arkaturia, et casa, que facta est super ipsum molinum cum omni sua pertinentia salba, ut legitimum ipsum molinum macenare possad, adsingnent ad pars predicte ecclesie , faciendum quod boluerimus ; et guadiam mihi dedi et mediatorem michi posui leo greco faver filius quondam petri greci. Et per ipsa guadia obligavit se et suos heredes, quod si taliter omnia suprascripta per supradicto ordine nobis non adimpleverit et aliquit inde contradixerint , per conbenientia per ipsa guadia componere obligavit se et suos heredes michi, seu in pars predicte ecclesie, trigirita auri solidos constantinianos. et stetit inter nos , ut quantis bicibus ipse generatione super anc cartam venerit , per omnes vices ipsa ferraturia salba nobis adsignent , et ipse mole illis salbe abeant. Et quando ipsa generatione de ac carta perrexerint , ipsa ferraturia ei adsingnemus. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego truppoaldus notarius me subscripsi.

MCCIX

A. D. 1055

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis , mense ianuarius , hoctava indictione. Ego iohannes clericus et abbas ecclesie sancte marie, que constructa est intra hanc salernitanam civitatem, ubi lama dicitur, pertinente suprascripto domno principe et heredibus iohanni cii comitis filii mansonis castaldi, coram subscriptis testibus, per convenientiam et licentiam ipsius domni principis et heredum pre-

dicti iohannacii, tradidi ad tenendum et residendum maraldo presbitero filio quondam petri integram terram cum casa lignea solarata pertinente ipsius ecclesie per fines et mensuras, iusto pede manus hominis mensuratas; et est ipsa terra et casa a super et prope ipsam ecclesiam: A parte meridie erga anditum ipsius ecclesie pedes duodecim; a parte occidentis pedes duodecim; A parte septemtrionis pedes duodecim; a parte orientis pedes alii duodecim, ex omni parte finis ipsius ecclesie. Tali hordine ut amodo et usque viginti novem anni completi, iamdictà terra et casa per iamdictas fines et mensurias cum scala lignea, que ibi posita est a parte meridie et cum mineaneo, quod est super ipso andito, et cum stillicidiis suis estra ipsam mensuriam, et qualiter modo conciata et edificata est, ad suam et suorum heredum sit potestate, et illud teneant, et resideant; et si voluerint homines ad residendum in hea mictant, et omnis illorum utilitates iusta rationem ibi faciant, et ipsa casa cum ligneaminibus bonis, et cooperiant sicut meruerit, et si voluerint a parte meridie iusta ipsum anditum pariete fabritum ibi faciant et baleant qualiter voluerint. Et quidcunque census usque ipsum constitutum inde tollere et habere noluerint, totum illud sibi habeant. Tantum omne annum usque heundem constitutum compleat, ipse maraldus vel eius heredes dent michi vel partibus iamdicte ecclesie in suprascripto mense ianuario in festivitate Sancti felicis duos aurei tarenos bonos. Completis vero ipsis viginti novem annis, predicta terra et casa ligneam solarata conciatam, et clusam, et coopertam, et salvam, sicut meruerit, cum scala sua lingnea remittant michi, vel partibus ipsius ecclesie, et tunc liceat illum et eius heredes inde exire, et homines quos ibi miserint cum omnibus illorum causis mobilibus; et per convenientiam guadiam michi ipse maraldus presbiter dedit et fideiussorem michi posuit iohannacium atrianensem filium quondam iohannis, qui dictus fuit argosa. Et per ipsam guadiam obligavit se ipse maraldus et suos heredes: ut si, sicut superius scriptum est, michi vel partibus ipsius ecclesie non adimpleverint, et suprascripta vel ex heis quicquam removere aud contradicere presumpserit, componeret michi vel partibus predicte ecclesie quinquaginta auri solidos constantinianos. Tantum completa ipsa constituta, predicta traditio conciata, qualiter supra legitur, cum ipso pariete fabrito, si ibi factus fuerit, remictant michi vel in partibus iamdicte ecclesie, per supradictam obligationem. Et taliter scripsi ego grimoaldus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCX

A D. 1055

† In nomine domini tertiodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense Februario, octaba indictione. Ante me sico comitem et iudicem grimoaldus comes filius quondam rottelgrimi comitis, et rottelgrimus et petrus filii ipsius grimoaldi coniuncti sunt cum grimoaldo vicecomite filio quondam iohannis notarii, et ipsi rottelgrimus et petrus, presente ipso genitore suo, et per illius absolutione, per quem omnia que in hanc cartula scripta et scribenda sunt fecerunt, clarificaverunt se habere integram medietatem de terra vacua, que est foris hanc salernitanam civitatem in loco tusciano prope ecclesiam sancte marie, que dicitur zita; et dixerunt totam ipsam terram esset per finis et mensuras iusto passu hominis mensuratas. A parte septemtrionis finis via pupiica, et passi viginti duo: A parte occidentis finis aliorum, et passi ducentos quattuordecim: A parte meridie finis via, et passi viginti duo; A parte orientis fines aliorum, et passos ducentos quinque. Et sicut ipsis rottelgrimo et petro germanis congruum fuit, bona illorum voluntate, per convenientiam per hanc cartulam venumdederunt ipsi grimoaldo vicecomiti integram ipsam medietatem que, ut dictum est, clarificaverunt se havere de tota suprascripta terra per iamdictas fines et mensuras, cum omnibus infra ipsam medietatem haventibus, cunctisque eius pertinentiis, et cum vice de ipsis viis; ea ratione, ut integra suprascripta venditio, qualiter supra legitur, semper sit in potestate ipsius grimoaldi vicecomiti et heredum eius, et licead illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipsi germani susceperunt ab ipso grimoaldo vicecomite statutum pretium auri solidos quadraginta in omni deliberatione. Et per convenientiam ipsi grimoaldus et rottelgrimus et petrus guadiam ipsi grimoaldo vicecomiti dederunt et fideiussorem ei posuerunt maionem comitem filium quondam landonis comitis. et per ipsam guadiam ipsi rottelgrimus et petrus obligaverunt se et illorum heredes semper defendere ipsi grimoaldo vicecomiti et illius heredibus integram suprascriptam venditionem ab omnibus hominibus et partibus. et tribuerunt ipsi grimoaldo vicecomiti licentiam, ut quando ille et eius heredes voluerint, potestatem haveant suprascriptam venditionem per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ea ostenderint. et si, sicut superius scriptum est, ipsi rottelgrimus, et petrus, et illorum heredes ipsi grimoaldo vicecomiti et illius heredibus non adimpleverit, et supra-

scripta vel ex ipsis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipsi germani obligaverunt se et illorum heredes componere ipsi grimoaldo vicecomiti et illius heredibus centum auri solidos constantinianos. et, sicut superius scriptum est, adimplere. et ipse grimoaldus filius suprascripti rottelgrimi per suprascriptam guadiam et convenientiam obligavit se, si suprascripta vel ex ipsis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere ipsi grimoaldo vicecomiti et eius heredibus centum auri solidos constantinianos. et quod superius scriptum est, semper firmum permaneat. et taliter tibi iohannem notario scribere precepi.

† Ego qui supra sico comes et iudex.

MCCXI

A. D. 1055

Transumptum.

Concessio terrae in loco Priato facta cuidam Musando filio Musandi ab Alferio Abbate S. Maximi pro medietate fructuum.

Romoaldus notarius hoc instrumentum exaravit.

† Ego Romoaldus me subscripsi.

† Ego Ademari notarius me subscripsi.

MCCXII

A. D. 1055

† In nomine domini, quartodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense Aprili, hoctava indictione. Memoratorium factum a me iohanne diakono ecclesie sancti maximi filio quondam sergii, eo quod coram subscribendis testibus per convenientiam mulier nomine aloara relicta machenolfi de loco nucerie et rico, qui sunt mater et filius, dederunt michi quadraginta auri tarenos ad faciendum ex heis quod voluero, et ego pro talibus per convenientiam tradidi ipsis matri et filio ad frudiandum integram partem meam, que michi evenire debet de una pecia de terra cum arbusto, quam ego in beneficium retineo a parte iamdicte ecclesie sancti maximi in heodem loco nucerie ubi terme dicitur, et illam ad laborandum retinet cicerus et maralda de heodem

loco. Tali hordine, ut amodo usque hocto annos completi quantum frudium michi ex hea evenire debet, de super et de supter a parte de ipsis laboratoribus, quam illam retinent, totum illud ipsi iamdictis mater et filius het illorum heredibus sibi tollant et habeant, et faciant ex heo quod voluerint. Et obligo me ego iamdictus iohannes diakonus, ut omnia heis adimplere faciamus ipsos laboratores, qualiter michi adimplere debet, amodo usque ipsum constitutum completum. Completis vero ipsis hocto annis, integram suprascriptam traditionem, qualiter superius legitur, remictant michi, vel in parte iamdicte ecclesie, ad faciendum quod voluerimus. Et per convenientiam guadia michi ipsa suprascripta mater et filius dederunt et fideiussorem michi posuerunt seipsum ricum: et per ipsam guadiam obligaberunt se et illorum heredibus si suprascripta, vel ex heis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se et illorum heredes componere michi meisque heredibus triginta auri solidos constantinianos. hec suprascripta fecit ipsa aloara per voluntatem ipsius r ci filii sui cum quo omnia, que in hac carta scripta sunt, fecit. Et taliter scripsi ego grimoaldus notarius.

† Ego Alderissi notarius me subscripsi.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

MCCXIII

A. D. 1055

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense aprilis , hoctaba indictione. Ego madericus de loco nucerie filius quondam balsami, vice mea et pro vice machenolfi, qui fuit de finibus capue filius quondam petri, de eo . . . . . . , ante vonis hominibus et subscriptis testibus, per licentiam et absolutionem domnus muscatus domini gratia venerabilis abbas ex monasterio sancte sophie, que sita est intus cibes salerni , per conbenientia ad tenendum et lavorandum tradidit alferi de locum balentino filio quondam mari de rebus pertinente ipsius ecclesie quadtuor pecie de terris, quod pars predicti monasterii habet in iamdictum locum valentinum. Prima pecia de terra cum arbustis et vacuum in locum, ubi dicitur ad ortale, que abet finis et mensuras: a parte orientis fine domnica , et passi viginti hocto; a parte meridie fine palude, inde passi nobem et cubitum unum ; a parte occidentis fine de consortibus , et passi viginti hocto; de super capite a septemtrione , et passi undecim. secunda pecia cum arbusto et aliquantum bacibum in eodem loco balentinum per as fines et mensurias : a parte

meridie fine vià iusta ipsa mensuria, et passi sidecim: ab occidente fine gisolfi, et passi septuaginta hocto: a septemtrione fine padule et inde passi viginti et sex; ab oriente fine episcopio sarnense, et passi septuaginta otto. tertia vero pecia de terra cum arbusto, ubi dicitur casalina, que abet finis et mensuras: a parte orientis fine via conventiaria iusta ipsa via mensurati passi viginti duo et due sorti de passi. a septemtrione fine rebus ipsius ecclesie. inde passos septuaginta quadtuor; a parte occidentis fine media sepe, iusta ipsa sepe mensurati, passi quinque et medium: et revolvit in oriente passi triginta quadtuor, et rebolbit in meridie per fines laidulfi passi quadtuordecim et medium. et abinde revolbit in parte orientis per fine suprascripti alferii, et coniungente se in priora fine. et sunt inde passi quadraginta, ad iusto passu mensurati. Ec vero suprascripta rebus cum arbustis et vacuum per suprascriptas fines et mensuras, tote et inclite illud ego iamdictus modericus vice mea, quam et pro vice suprascripti machenolfi, per licentiam et absolutionem suprascriptus domnus venerabilis abbas, pro parte ipsius monasterii, ipsius iamdicti alferio tradidit cum una margine, que pars ipsius monasterii abet in ipsum locum valentinum, ubi at colomnole dicitur, cum quantum intus ipsa padule estra suprascripta mensuria de ambo ipse supradicte pecie, illa que dicitur ad ortale, et illa vinea que dicitur propinquo ad portilionem, intus padule intrare potueris ad lavorandum. Tali tinore, ut amodo et semper natos nascentes tota et inclita suprascripta traditione ipse supradictus alferio et suos eredes tenere, et dominare, et fobee, et omnis utilitatis ibidem faciant iusta rationem, et intus ipsa pecia, que dicitur da casalina, tuburum ibidem faciant, et ille et suos eredes suprascripta traditione per omnem annum apto tempore lavorent et cultent, et studient vonum de super et de subter, sicut meruerit, et ubi meruerit arbores et vites de vono vitineo ibidem plantent et propaginent, sicut meruerit, ut cotidie in melius prophiciant et non dispereant, et de quod per annum ibidem seminaverint in tota suprascripta traditione, illud apto tempore cultemus et studiemus vonum, sicut meruerit; et semper per omnis annum per tempore de aree et de vindemie faciant scire pars ipsius monasterii, ut ibi pergant aut dirigant missum suum, et de omnis fruges vel quicquit quas de supter de suprascripta tradictione exierint, deant inde ad pars ipsius monasterii, vel ad ipsum missum, iusto terraticum, sicut est vel fuerit consuetudo loci illius, et tota ipsa tradictione per annum faciamus salba, et abto tempore illa vindemiemus rationabiliter, et illut at palmentum procurent, sicut meruerit; et de omnis ipso vino quas de suprascripta tradictione exierit, deant exinde ad pars ipsius monasterii, vel ad ipsum missum; qui pars ipsius monasterii ibidem direxerit inclitam medietatem, et reliquam medietatem inde sibi abeant, et ipsa medietas de ipso vino, que ad pars ipsius monasterii in

sortem evenerit, ille vel suos heredes salbum illud reponant intus ipso tuburio, qui ibidem intus ipsa pecia, que dicitur ad casalina, fecerint, in organea da vino, que pars ipsius monasterii ei assignaverint, qui per ipsum alferium et per suos eredes per annum vona siat conciata et studiata semper, et salbum illud faciant, donec illud inde tulerit, absque ignem et generationem. Dum ipsum missum qui ibidem direxerint propter ipsa vindemia vigilandum, et terraticum recipiendum, et equum suum nutricent secundum illorum fuerit possivilitatem, et palmentaticum ei deant per omnis annum gallina una; et liceat pars predicti monasterii per annum perquirere ipsa traditione, et si non esset vona lavorata et cultata, liceat inde pingnerare usque ad legem. Tantum quale tempore in iamdicto hordine ille vel suos heredes suprascripta traditione tenere et lavorare noluerint, aut non potuerint, liceat illis inde exire cum causa illorum movilia, quod iustum fuerit, et iret cum illud ubi voluerit. et inclita ipsa tradictione per iamdictas fines et mensuras lavorata et cultata vona, qualiter meruerit, remidtant ad potestatem pars predicti monasterii, faciendum inde pars ipsius iamdicti monasterii quod voluerint. Verumtamen dum ipse alferius et suos heredes, dum ipsa suprascripta tradictione in suprascripto hordine tenere et lavorare noluerint, ipse supradictus domnus venerabilis abbas et suos successores suprascripta traditione ipsius suprascripti alferii et a suis heredibus defensent cum vice de vie sue da omnis omines omnique partibus, et non illud ei tollere aut contrare querant. Unde in eo tinore per combenientiam guadiam michi ipse alferius dedit, et ego madericus vice mea, et pro vice suprascripti machenolfi, per absolutione supradicti domnus abbas, et pro sua parte ipsa guadia subscepi, et mediatorem michi posui guaiferius de ipsum locum valentino, et filium quondam iohanni, qui dicitur de grima, et per ipsam guadiam hobligavit se ipse alferius et suos eredes, si, sicut superius scriptum est, ad pars predicti monasterii non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, per supradictam guadiam hobligavit se ipse alferius et suos heredes componere ipsius domni abbati et ad suis successoribus, seu omini illi cui brebem iste pro pars et vice predicti monasterii in manum paruerit, quinquaginta auri solidos constantinianos, et omnia suprascripta adimplere. Veruntamen recolimus, quod superius non memoravimus omnia suprascripta fecit exere ipse supradictus domnus abbas per largietatem et absolutionem domni guaimarii comitis et de germani sui filii quondam domnus paldulfus comes, qui sunt advocati ipsius monasterii; et inter virgulas dicit: quadraginta. Seum et tradidit ipsius alferii in suprascripto hordine alia pecia, que est terra cum arbusto propinquo portilione. que est per as fines et mensurias: ab occidente fine padule, passi viginti duo; a meridie fine laidolfi, et passi quinquaginta duo; a septem-

trione fine domnica, quinquaginta; ab oriente fine via puplica et coniungente in priora fine, passi quadtuordecim et medium, iusto passu mensuratos. Quod scripsi ego iohannes clericus et notarius.

✝ Ego Angelus presbiter.

MCCXIV

A. D. 1055

✝ In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri Gisulphi gloriosi principis, mense aprili, hoctava indictione. Memoratorium factum a me urso de maria, eo quod subscribendis testibus per convenientia tradidit michi ad tenendum et residendum iohannes clericus et abbas ecclesie sancte marie, que constructa est intra hanc salernitanam civitatem, ubi lama dicitur, terra cum casa fabricata et lignea pertinente ipsi ecclesie, que est per fines et mensuras, iusto pede manus hominis mensuratas. A parte septemtrionis est finis platea, et pedes tridecim et medius. A parte occidentis finis tabolicium de casa pertinente ipsi ecclesie, et pedes tridecim: A parte meridie finis ipsius ecclesie, et pedes quattuordecim et medius. A parte septemtrionis anditum ipsius ecclesie, et pedes alii tridecim et medius; et a foras ipsas mensurias in ipsa parte septemtrionis ipsa casa mineaneum et scalam ligneam habet, et a foris ipsis mensuriis stillicidia ipsius case fluere debet predicta terra et casa per supradictas fines et mensuras cum ipso mineaneo et scala et stillicidiis suis foris ipsis mensuriis cecidentibus, et qualiter conciata et edificata est, ipse abbas una cum voluntate heredum iohannis comitis, filii mansonis castaldi, et domni guidonis serenissimi ducis, quibus ipsa ecclesia pertinet, michi tradidit: Tali hordine, ut ab istis kalendis magii mensis in antea usque viginti anni completi, predicta tradictio ego et mei heredes, quos ibi ad residendum miserimus, nostra potestate teneamus, et in hea resideamus et avitemus, et omnes nostras utilitatis iuxta ratione ibi faciamus, et frudiamus ad residendum illam demus, et ipsa casa per annum quando meruerit cooperiamus, et ipsud mineaneum conciemus, qualiter voluerimus, et quodcumque censum usque ipsum constitutum ex hea tollere et habere potuerimus, totum nobis habeamus. Tantum omni anno usque ipsos viginti novem annis completi in kalendis magii mensis ego et mei heredes demus ipsi abbati, vel partibus predicte ecclesie, duos auri tarenos bonos. Completis vero ipsis viginti novem annis, liceat me et meos heredes, et homines quibus illud ad residendum dederimus, inde exire cum omnibus nostris causis movilibus, et integram ipsam casam

coopertam et salvam cum ipsa scala lingnea remictamus in partibus predicte ecclesie, ad faciendum ex hea, quod voluerit; et per convenientiam guadiam mihi ipse abbas dedit et fideiussorem michi posuit radoaldum filium quondam iohannis, et per ipsa guadia ipse abbas obligavit se et successores suos, et pars supradicte ecclesie, usque ipsos viginti novem anni completi predicta tradictione, quemammodum superius legitur, michi meisque heredibus et homnibus, quibus illud ad residendum dederimus, defensare cum vice de ipsa platea et andito ab omnibus hominibus, et in antea ipsum constitutum querant illam nobis tollere aut contrare. Et si, sicut superius scriptum est, illud nobis non defensaverimus, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam obligavit se ipse abbas et successores suos, et pars supradicte ecclesie componere michi meisque heredibus, et cui hoc scriptum in manu paruerit, triginta auri solidos constantinianos. Verumtamen hoc memoramus, quia illud parvum quod superius distractum est, legitur: tarenos bonos, et in alio loco: cum ipsa scala. Taliter scripsi ego grimoaldus notarius.

† Ego qui supra iohannes clericus et abbas.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

MCCXV

A. D. 1055

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense magius, octaba indictione. Memoratorium factum a me alferius diaconus et archipresbiter ecclesie sancti maximi, eo quod ante idoneos homines tradidi teudericus filio quondam iohanni, et petri filio quondam sergii presbiteri terra pertinente ipsius ecclesie, quod pars predicte ecclesie abet intra anc salernitanam civitatem in plaio de monte, a super ipsa ecclesia, et est per finis et mensuria iusto pede manu hominis mensurata. A parte occidentis sunt pedes decem et octo; a parte meridie sunt pedes quadtuordecim; a parte orientis sunt pedes decem et octo: a parte septemtrionis sunt pedes quadtuordecim. ex omni parte est finis predicte ecclesie. ec vero ipsa terra baciba per suprascriptos fines et mensurias, inclitum illut ipsorum teuderici et petri tradidi tali hordine, ud amodo et usque biginti nobem anni completi, illis et illorum heredibus illut tenere et casa lignea ividem facere, et ividem residere et abitare, fovee et omnis illorum

utilitatis iusta rationem ividem facere, et amodo et usque ipso constitutum completum, quicquit reditura et ditionem inter illis tollere et abere potuerint, illorum sit potestate faciendum que boluerint. tantum per omne annum de mense ipso magius illis et illorum heredibus deant michi, seu ad pars predicte ecclesie, censum follaros bonos biginti faciendum, quod boluerimus; et ad ipso constitutum completum inclita suprascripta traditione cum medietate de ipsa lingnamina remittant illis ad nostra potestate faciendum. quod boluerimus; et illis licead inde exire cum omnis illorum causa mobilia et cum alia medietate de ipsa lingnamina, et ire cum illum ubi boluerint. tantum si ego seu pars predicte ecclesie ipsa sortione illorum de ipsa lingnamina tollere boluerimus ad iusto baliente pretium, illis et illorum heredibus illum nobis bindant. et si ego seu pars predicte ecclesie illut tollere noluerimus iusto baliente pretium, tunc licead illis et illorum heredibus inde facere omnia quod voluerint. et guadiam mihi dederunt et mediatorem michi posuerunt seipsis; et per ipsa guadia obligaverunt se et illorum eredibus, quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine nobis non adimpleverit, et aliquit inde contradixerit, per combenientia per ipsa guadia componere obligaverunt se et illorum heredibus michi seu in pars predicte ecclesie biginti auri solidos constantinianos. quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego petrus notarius me subscripsi.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

MCCXVI

A. D. 1055

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis, mense magius, octaba indictione. Memoratorium factum a nobis petrus et falco qui sumus germani filii quondam iohanni ballense; ante subscriptis testes coniuncti sumus cum mulier nomine biba, filia basili, relicta leonis, filii quondam basili, et ostedimus quattuor scripta: una ex ille continebat: Nos petrus et falco germani fili quondam iohanni ballensi divisimus una pecia de terra cum binea et bacuum de locum uliaria, quod commune abemus cum biba, filia basili, relicta leonis filii basili, quod ab ipsa biba in socia compreensit, ad dividendum cum casa fabrita que in ipsam terram abemus, et fecimus exinde due sortis, unam sortem fecimus esse in parte orientis, aliam in parte occidentis. Ipsa sors da parte occidentis per fines et mensuras: A meridie fine media sepe, et passi

undecim, Ab oriente passi quattuor. et rebolb.t quasi in parte occidentis per termini quos ibi fiximus, passos biginti quinque et cubitum, usque media reiale da parte meridie, que est in media ipsa casa fabrita ; et abinde trabersante per media ipsa casa, et pergente rectum in parte septemtrionis, et abiente usque in bia, que est in ipsa parte septemtrionis, passi sex et cubitum et baraccum. A septemtrione finis ipsa via, passi quinque usque alia bia; A parte occidentis fine ipsa alia bia, passi triginta quattuor. De totum istut fecimus esse primam sortionem cum medietate ipsa casa in ipsa parte occidentis ; et cum bice de ipse vie. Ipsam sortem da parte orientis per fines et mensuras : A parte septemtrionis fine ipsa bia intus ipsa res, erga ipsa sepe, mensurati passi decem et octo et gubitum et planta. A parte orientis fine media sepe, passi biginti duo: A meridie et a parte occidentis est finis ipsa prima sortione, sicut ipsi termini fixi sunt, et est per toti ipse partis, usque medium ipsum reiale de ipsa casa fabrita, passos biginti quinque et cubitum, et da ipso reiale trabersante ipsa casa, rectum in parte septemtrionis, et abiente usque ipsam biam da ipsa parte septemtrionis, passi sex et cubitum et baraccum. De totum istut fecimus esse secundam sortem cum medietate ipsa casa fabrita in parte orientis, et cum bice de ipsa bie. Ipse scriptum, quam ipsa biba ostendit, continet. Ego mulier nomine biba filia basilii, relicta leonis filii basilii grecus, divisi una pecia de terra cum binea et bacuum et pomis de locum uliaria, quam in socià comprehensi ad dividendum a petro et falco germani filii quondam iohannis ballense, et feci exinde due sortis ; una in parte orientis, et alia in parte occidentis. Ipsam sortem da parte orientis feci per fines et mensuras: Ab oriente fine media sepe, et passi decem et nobem et medium : A septemtrione fine bia et sepe intus ipsa res, iuxta ipsa sepe, passos quadraginta. Ab occidente fine alia sorte, passi tridecim et cubitum et palmum et planta: A meridie fine media sepe, passi quadraginta. de totum istut feci esse prima sorte cum bice de ipsa bia. Ipsa sorte da parte occidentis per fines et mensuras. A septemtrione fine ipsa bia et sepe intus ipsa rebus iusta ipsam sepem, passi septem; et rebolbente in parte meridie fine ipsam sepem, passi duo; et rebolbente in parte occidentis, passi triginta quinque : Ab occidente fine media sepe, passi decem et septem; A meridie fine media sepe, et passi triginta sex: Ab oriente fine ipsa prima sorte, et passi tridecim et cubitum et palmum et planta. De totum istut feci esse secundam sortem cum bice de ipsa bia. Et cum fuerunt lecte ipse scriptionibus de illut quod ipsa biba divisit, sicut supra scriptum est, prius inde compreensimus nos suprascripti germani petrus et falco, ipsa secunda sors et de illut, quod nos divisimus, sicut suprascriptum est, comprehensimus nos suprascripti germani ipsam primum sortem, qualiter superius ambo ipse sortis facte sunt cum omnia intro se abenti-

bus et suis pertinentiis, et cum bice de ipse bie, ad faciendum de eas nos et nostris heredibus quod voluerimus. Et ipsa biba comprehensit de illut quod sicut diximus, nos suprascripti germani divisimus, ipsam secundam sortem et de illut quot ipsa biba divisit. sicut diximus, ipsa biba comprehensit ipsa prima sorte, qualiter superius ambo ipse sortis facte sunt, cum omnia intro se abentibus et suis pertinentiis et cum bice de ipse bie,. ad faciendum de eas ipsa biba et eius heredes, quod voluerint. Et per combenientiam ipsa biba secundum legem et romanorum consuetudo guadiam nobis dedit et mediatorem nobis posuit urso germano suo filio suprascripti basilii. Et per ipsam guadiam etc: *Sequitur consueta formula , statuta mulcta quinquaginta auri solidorum Constantini.* Et in suprascripta divisione, quemammodum superius legitur , illa et eius heredes nobiscum et cum nostris heredibus semper firmiter permanerent. Sic tamen suprascripta mensuras iusto passu ominis mensuratus: quod scripsi ego petrus notarius.

† Ego alderissi notarius me subscripsi.

† Ego grimoaldus notarius me subscripsi.

MCCXVII

A. D. 1055

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosi principis longobardorum gentis, mense iunius, octaba indictione. Nos iohannes filius quondam grimoaldi, et mulier nomine descia, qui sumus vir et uxor, et alfanus filius quondam maraldi et sanda vir et uxor, et alfanus filius quondam maraldi, qui dictus est de iaquinto et delecta qui sumus vir et uxor, et sumus toti abitatoris de locum mitiliano ; bona nostra et gratuita voluntate , damus et offerimus in benerabili monasterio sito in cava , quod de ipso loco mitiliano dicitur , ubi sanctus pater noster leo abbas preest , integras duas peccias de terris nobis iure patrimonio pertinentes; quarum prima est in loco predicto metiliano ubi lapella dicitur , que est per fines ; da parte orientis fine ubi se coniungunt due bie, quasi passi duo: A parte meridie fine bia, et da ipsa bia pergente in parte septemtrionis et coniungente in flubio de ipsa lapella , ubi canale de ipso flubio cecidit, et de ipso canale descendente in parte orientis per medium ipso flubio usque qui se coniungit in ipsa aqua de ipso flubio , et da inde pergente per ipsa bia quasi in parte meridie et coniungente in suprascripta bia da parte meridie priore fine. Alia est in pertinentia sancti Adiutori, ubi li scarzaventri dicitur, qui a parte orientis, occidentis et septemtrionis finis sunt

bie publice, et a parte meridie finis sunt semite et terra da ipsu monasteriu de cava da ipsu loco mitiliano. Ea ratione, ut integra suprascripta nostra donatione, sicut supra legitur, semper sit in potestate tua, domine abbas leo predictus et successorum tuorum, et parte de ipso monasterio de la cava ad faciendum omnia, quod volueritis inde. Et propter confirmationem uius donationis iusta legem launegilt suscepimus a te predictus domine abbas pro parte de ipsu monasterio nos omnes suprascripti et suprascripte communiter, singule camisie et auri tari sedecim in omni deliberatione. Et per combenientiam nos suprascripti et suprascripte toti communiter guadiam tibi domno abbati tuisque successoribus dedimus, et mediatores tibi posuimus nos ipsis. Tamen nos suprascripte sanda, et deseia, et delecta mediatores pro parte nostra dedimus cum boluntate de suprascriptis biris nostris iusta longobardorum legem qua vivemus. Et per ipsam guadiam obligamus nos et nostris eredibus semper defendere tibi domno Abbati tuisque successoribus integram suprascriptam nostram donationem et oblationem ab omnibus hominibus et parte. quid si minime illam tibi domno abbati atque tuis successoribus defendere potuerimus, sic inde tibi et parte ipsius monasterii faciamus, sicut in lex longobardorum de dono et susceptum launegilt continet. Et quando tu et tuis successores illut per vos defendere volueritis, potestatem habeatis, qualiter volueritis cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de ipsa donatione et oblatione nostra ostenderitis. Et si, sicut superius legitur, nos et nostris eredibus tibi tuisque successoribus non adimpleverimus, et suprascripta vel ex eis quicquam removere, aut contradicere presumpserimus, per ipsam guadiam componere obligavimus nos suprascripti et suprascripte biri et uxores et nostris heredibus tibi predicto domno abbati atque tuis successoribus et parte ipsius sacri cenobii, quinquaginta auri solidos constantinianos, et, sicut superius scriptum est, adimplere. Et quod superius disturbatum legitur atque emendatum, videlicet; bardorum, bardorum. Et taliter scribere rogavimus te petrus notarius.

✝ Signum crucis proprie manus petri atrianensis.

✝ Ego bibo castaldus.

✝ Signum crucis proprie manus iohannis de sellecta.

✝ Signum crucis proprie manus iohannis petri de zito.

✝ Signum crucis proprie manus alchoini de locum sirino.

MCCXVIII

A. D. 1055

Transumptum.

Abbas S. Maximi coram Romoaldo advocato ipsius Ecclesiae et subscriptis testibus litem componit cum Mauro atrianense circa divisionem bonorum de loco Mairano apud Salernum. Madchnus notarius *brebem* exaravit.

Testes. Ademarius, Alfanus, Adelferius et Petrus.

MCCXIX

A. D. 1056

✝ In nomine domini nostri ihesu christi. tricesimo septimo anno principatus domni paldolfi, et nono anno principatus domni landolfi filio eius gloriosis principibus, die dominico, quarto die stante mense ianuario, nona indictione. Memoratorium factu a me angelo filio quondam stephani avitante de finibus laneo, loco ubi dicitur puczanellu, qualiter presentia aydulfi iudici et de aliis testibus, sicut convenit inter me et gustabile filium quondam garofali, et tunc per eadem combenientia voluntarie sue guadia michi dedit ipse qui supra gustabile, et fideiussore mihi posuit iohannem filium quondam ursiciaci avitatori de ista fines de laneo loco ubi dicitur airole tali tinore, quatinus ipse qui supra gustabile tollat et abeat sibi legitimam uxorem ad semper abendum maria sororem meam et filia suprascripti genitori mei: si vero se tornare voluerit . . . . . . maria sororem meam sibi tollere noluerit legitimam uxorem, ad semper . . . . . . ut dictum est, quinquaginta vizianteos solidos pena seipse qui supra gustabile michi qui supra. . . . . . . vel ad meis heredibus componere obligavit; et predicta maria sororem meam sibi per inbitis tollat et abeat . . . . ei tradidi legitimam uxorem ad semper abendam . . . . . iusta legem recepi anulum constantini inter nobis . . . . gustabile iamdicta maria sororem meam sibi legitima uxorem ad semper abendum, ut dictum est, quatinus a die illa et semper talem que legem et iustitia habeat ipsa dicta sororem meam apud ipsum qui supra gustabilem virum suum, tunc quale legem et iustitiam habet, una et alia parte eique sorori mee uxori sue, que bene et pacifice adque perfecte vibet in casa cum virum suum, et colat eam ex omni parte iusto bono hordine, secundum suam potentiam, sicut

a lter paras et suam colet uxorem, et iniuste ei non faciat, neque alia femina adulteret; si autem ego qui supra angelo, vel meos heredes, seu cui hec scriptio in manu paruerit, eique gustabili crimen miserimus , quod predicte marie sorori mee uxori sue iniuste fecisset, aut cum alia femina adulterium commisisset , postquam ille eam sibi uxorem sociabit, et ille non fuerit nobis exinde iurare solus ad evangelia, quod predicte marie sorori mee uxori sue iniuste non fuisset, aut cum alia femina adulterium non commisisset, postquam ille eam sibi uxorem sociabit, tunc per omnem vicem quando ille nobis vel eis talia non fuerit exinde ausus iurare solus ad evangelia, ut dictum est, obligavit nobis vel eis componere auros solidos quinque viginti; et quando nobis exinde iuraberit, ut dictum est, ipsa vice inde a nos amplius calumnie solutus maneat, et si exinde pigneratio facta fuerit, stetis inter nobis ut per sacramentum ipsum factum et compositio datum fuerit, pignera ipsa integra retdantur, ut sine compositione se recolligatur; de quibus, si necessum fuerit , ad pignerandum obligabit nobis suprascripto iohannes fideiussore se et suos heredes michi et ad meis heredibus, seu cui scriptio ista in manu paruerit pro nomine bobi, et bacce, et iumente, et caballi, et porci sui et de aliis rebus suis usque ad legem. scripsi ego petrus notarius et interfui.

† Ego qui supra Aydulfus iudex.

MCCXX

A. D. 1056

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principis, mense ianuarius, nona indictione. Ego alferius diaconus archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi , qui sum unum de dominii ipsius ecclesie , per combenientia ante subscripti testes, ad tenendum, et regendum, et gubernandum tradidi petri presbiteri filii quondam iohanni abitatori de loco priatu integram ecclesiam bocabulum sancti nicolai pertinente ipsius ecclesie sancti maximi , que constructa est in suprascripto loco priato, seu et tradidit ei et causa pertinente eidem ecclesie sancti nicolai. que est rebus ipsa unum ortale coniunctum cum ipsa ecclesia et una pecia de terra cum arbustum propinquo ipsa ecclesia, quod a mea parte ad laborandum retinuit alfanus filius iohanni, et est ipsa causa mobilia per nominatiba, antifanaria dua plenaria, unum de die, alterum de nocte; manuale anni circulum gestarum minore , quod est picciolillum orale, et planeta, et ammictum, sindones due, cortina una, tiribulu ereum. Ec autem suprascripta ecclesia cum ipsa

rebus stabile et ipsa causa mobilia ego ipsius petri tradidit tali ordine, ut amodo et diebus bite ipsius petri, sua et de suos heredes sint potestatis illud tenendum, et regendum, et gubernandum, fobee et omnis illorum utilitatis iusta rationem ibi faciant, et ipsa rebus laborare et laborare faciant bona de super et de subter, sicut meruerit, et ubi meruerit totum illud propaginare, et pastenare arbores et biti de bono bitineo, et sic illud laborare, ut semper proficiant et non dispereant, et a presentis resideant et abitent in casa ipsius ecclesie ibique similiter, et faciant et abeant ibi unum applictum de casa ibi coniuncta cum ipsa casa, et quodcumque frudium de ipsa rebus exierit, et aliquit in ipsa ecclesia introierit, totum sit ad potestate ipsius petri, faciendum ex eis quod boluerint, et ipsa ecclesia officiare die noctuque et officiare faciant, et alluminare faciant bonum, sicut meruerit ecclesia villana, et quando meruerit, ecclesia ipsa coperire et casa ipsa conciare, et coperire ille faciant bonum, sicut meruerit, tantum si talem causam introierit in ipsa ecclesia, ut ornamentum fuerit de ipsa ecclesia, semper fiant de ipsa ecclesia, et abead illud ad regendum et gubernandum cum ipsa alia causa mobilia in ipsa ecclesia. tantum quanta offerta in ipsa ecclesia introierit in pasca resurrectione domini et in natibitas domini, et in ipsa festibitate sancti nicolai, et quanta botatione et centa in ipsa ecclesia introierit, integra medietate inde michi, vel ad pars predicte ecclesie sancti maximi deant, et reliquam medietatem sibi abeant, et quantum ibi introierit de carta fraternitatis sancti nicolai quintam partem inde nobis dare, reliquas vero sibi abeant. ad die vero obiti ipsius petri integram ipsam ecclesiam salba et coperta, et ipsa casa salba et cooperta, et ipsa rebus surta et operata bonum arbustum, et tota ipsa causa mobilia; et si talem causam in ipsa ecclesia introierit, ut ornamentum fuerid de ipsa ecclesia, qualiter supra dixi, totum bonum et salbum, sicut meruerit, remictant ad potestate mea vel ad pars predicte ecclesie sancti maximi faciendum quod boluerimus; et licead eredes suos inde exire, et excutere omnis causa sua et ipso applictum de casa que diximus illis ibi facere faciant illis ipso applictum prope ipsa casa in ipsa rebus clusum et coopertum bonum, sicut meruerit. Et per combenientia guadiam michi ipse petrus dedi, et fideiussorem michi posuit seipsum, et per ipsam guadiam obbligavit se et suos eredes, ut si, sicut superius scriptum est, michi et ad pars predicte ecclesie non adimpleberit, et suprascripta vel exinde remobere aut contradicere presumserit, per ipsam guadiam ipse petrus presbiter obligavit se et eius eredes componere michi et ad pars predicte ecclesie quinquaginta auri solidos constantinianos. quod scripsi ego romoaldus notarius.

† Ego landolfus notarius me subscripsi.

† Ego grimoaldus notarius me subscripsi.

MCCXXI

A. D. 1056

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri gisolfi gloriosi principibus, mense februarius, nona indictione. Nos berenardus et iohannes germani filii quondam garofali de loco iocolani, de eo quod ante bonorum ominibus et subscriptos testes coniuncti sumus ad bona combenientia cum bassu filio quondam nucerini, qui fuit de locum nucerie, et per nos et ipsius bassi ostense sunt cartule quattuor. prima carta est continente: de anno bicesimo sesto principatus salerni domni nostri guaimarii, et sexto anno principatus eius capue gloriosi principis, et quinto anno ducatus illius amalfi et sirrentum, quam et tertio anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domni nostri gisulfi eius filii, et primo anno principatus et ducatus illorum apulie et calabrie, mense abrelis, duodecima indictione. petrus filius quondam nocerini de locum nucerie benumdederat suprascripto garofalus genitori nostro et bassu germano suo filio supradicti nucerini inclita sortione sua de omnis rebus sua stabile et mobile, quod ipsius petri fuit pertinente abere a supradicto genitori suo per tota fine et pertinentia de nucerie, et in locum barbara, et in cimmarola monte et plano et sortione sua de casis de intus castellum nucerie, vel ubicumque de rebus sortione sua imbentus dederit per iamdictis locis inclitum illud predictus garofalus genitore nostro et bassi benumdederat; tantum sceptuabit inde de ipsa sua sortione ipsa pecia da Arenola, et illud ubi fuerat residentes, quod eorum non benumdederat; nam autem inclitum ipso aliut, quod supra legitur ubicumque exinde inbentus dederit in montibus quam et in planis, inclitum illud ipsorum prenominati benumdederat, sicut ipsa carta continebat, que scripta est per truppoaldus notarius, et roborata. ego qui supra petrus, ego petrus notarius me subscripsi. Secunda carta continebat: de anno bicesimo quinto principatus salerni domni nostri guaimarii, et quarto anno eius capue, et quarto anno ducatus eius amalfi et surrentum, et primo anno principatus domni nostri gisolfi eius filio gloriosorum suprascriptorum eximii principi et duci, quam et primo anno ducatus illorum apulea et calabria, mensis martius, undecima indictione. petrus filius quondam nucerini benumdederat petrus filius quondam petri, et nucerini filio quondam landoni thio et nepotes inclita sortione sua de duobus peciis de terra, que sunt cum castanieta et quertieta, quod abuerat in loco baniara, una ex eis pecie est a super ipsa cisterna, que fuit ipsius petri, et ipsa halia pecia da lu abellaneta in supra ubicunque inbentus dederit de ipsa sortione sua, ipsa iamdicta pecia

da la cisterna et da ipso abellanieta suo in supra, inclita sortione sua que legibus ei ebenire debuerat da consortibus et da iermani sui, inclitum illud ipsius nominati petri et nucerini benumdederat, sicut cartula ipsa continet. Scripta ipsa cartula per petrus protonotarius, et ibidem testanti. ego iohannes. In oc ego petrus affirmo. Tertia carta continebat. In nomine domini bicesimo sexto anno principatus salerni domni nostri guaimarii, et sexto anno principatus eius capue, et quarto anno ducatus eius amalfi et surrentu, et secundo anno principatus domni nostri gisulfi eius filii gloriosorum suprascriptorum eximii principis et ducis, quam et primo anno ducatus illorum apulei et calabrie, mense nobember, duodecima indictione. mulier nomine delecta filia quondam mansoni monachi, que primis fuit uxor maraldi filii quondam iohannis bassi, et modo sum posteriorem uxorem maranci iudici filii quondam maranci, clarefaciebam quoniam in omnibus rebus supradicti maraldi; qui fuerat prius biro suo, exet inde pertinente abere quartam partem de casis ab intus firmamento nucerie per suum firmum scriptum morgincap, et ipsa iamdicta mulier donaberat et confirmabit ipsorum petri, et bassi germani filii quondam nucerini et ad mulier nomine maria genitrice illorum, que fuit uxorem garofali suprascripto genitore nostro tota et inclita ipsa quarta sua de omnibus rebus, que fuit ipsius maraldi priore biro suo, quod illud abuit per bocabulis et pertinentiis uius nucerie, monte et plano, et de casis abintus nucerie, vel ubicumque exinde inbentus dederit de ipsa quarta sua de inclitum illorum donaberat ipsorum predicto germano tribus sortionibus et predicta maria quartam pars tantum, septuaberat exinde de ipsa quarta sua, quod eorum non donaberat illud de ipsa casa et da barbacianu, quod emtum habuit petrus clericus per firma cartula et aliquantulum de, ... de pede de castello nucerie, quod unde supradicta mulier recepi unum aureum tari da ferrandus filius quondam romoaldi. Nam alius de omnis rebus, quod supra diximus ubicumque exinde inbentus dederit de ipsa quartam portione sua inclitum illud ipsorum petri et bassi germani et maria mater et filii donaberat sicut ipsa cartula continet; que scripta est per petrus protonotarius et roborata. ego qui supra maranci. Ego dauferius. Quarta cartula est continente de anno bicesimo quarto principatus domni nostri guaimarii eius salerni, et quarto anno eius capue, het tertio anno ducatus eius amalfi et surrentum gloriosi principis, mense september, decima indictione. Ideo que ego mulier nomine maria filia quondam falconi, et que primis fuit uxor quondam nucerini, qui fuit filius iohanni bassi, et modo sum uxor garofali de loco Iocalanu, clarefacio quoniam a pars ipsius nucerino, qui fuit priore biro meus, mihi pertinet habere quartam partem per meum scriptum morgincap, qualiter mihi traditum fuit per ipsum nucerinum biro meus in die nostre copulatio-

nis, et ideo ego nominata mulier, bona mea boluntate, per anc cartulam hante presentia petri iudici et alii testes retrado et remitto tota et inclita ipsa quarta mea portione de cunta omnis rebus, qué fuit ipsius nucerino priore biro meus, monte et plano, stabile et mobile, het de casis intus firmitatibus nucerie, totum et a funditus ipsa quarta mea parte siant ad potestatem ipsius garofali posteriore biro meus, faciendum inde omnia, quomodo et qualiter ei placuerit, sine omni mea et meis eredibus aut cuiquam ominibus contrarietate vel requisitione. aliut continebat ipsa cartula scripta per iohannem notarium, et ibidem testati ego qui supra petrus. Ego magnenolfus. Et cum suprascripte cartule, que aliquantum superius declarate sunt, fuerunt lecte, sicut nobis iamdicti bernandu et iohanne suprascripti germani et filii supradicti garofali congruum est, vone nostre voluntatis, ante bonorum ominibus et subscripti testes, per anc cartulam donamus adque ad semper abendum confirmamus tibi supradicti bassi filii suprascripti nucerini tota et inclita omnis ipsa rebus, que fuit ipsius suprascripti genitori nostro, qualiter da te iamdicto bassu nobis de supradicta rebus in sortem ebenire debuit, et qualiter ipsius genitori nostro ex nobis per tota fines et pertinentia, et bocabolis de predictis locis nucerie, per supradicte cartule ipsius supradicti genitori nostro fuit et nobis est pertinentes abere, et de quantum nobis pertinuit in locum baniara, sicut suprascripte cartule continunt, totum et inclitum illud cum ipse moniminibus et ipse rebus continentibus tibi predicti bassi donabimus, unde nullam nobis, nec quarta uxori nostre, nec cuilibet ominibus nichil exinde reserbabimus aliquam portionem, set sicut diximus totum et inclitum illut tibi predicti bassi donabimus securiter et firmiter, amodo et semper, abendum, dominandum, possidendum, omnia exinde faciendum, quod tu et tuis eredibus bolueritis, absque omni nostra et de nostris eredibus, aut cuiquam ominibus contrarietate, vel requisitione. et propter confirmationem huius donationis nunc a presentis suscepimus a te suprascripto bassu launegilt secundum langobardorum regum edictum, camiso unum in omnis deliberatione; firmatoque launegilt ipsum apūt nos ea ratione; per combenientia guadiam tibi basso dedimus et fideiussorem tibi posuimus machenolfus filius quondam radoaldi de eodem loco iocolanu; et per ipsam guadiam obligamus nos et nostris eredibus semper defendere tibi tuique eredibus tota et inclita suprascripta nostra donatione da pars uxori nostre et da omnes omines omnique partibus. quod si suprascripta nostra donatio, sicut superius scriptum est, minime defendere potuerint, tunc, sicut in suprascripta lege langnobardorum continet de domum et launegilt susceptum, ita nos et nostris heredibus tibi tuique eredibus adimpleamus, et inde persolbamus iustitia. Nam quando tu iamdictus bassu et tuos heredes suprascripta nostra donatio per vos ipsis defendere volueritis, licentiam et pote-

statem habeatis illam per vos defendere, qualiter volueritis cum omnibus muniminibus et rationibus, quas inde ostendere volueritis, et si, sicut superius scriptum est., nos iamdicti berenardu et iohannes suprascripti germani et nostris heredibus tibi suprascripti vassi et ad vestris heredibus non adimpleberimus, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presunserimus, per ipsa guadia obligamus nos iamdicti berenardu et iohannes iamdicti germani et nostris heredibus componere tibi suprascripti vassi et ad tuis eredibus triginta auri solidos constantinianos et, sicut superius legitur, adimpleamus nos et nostris heredibus tibi tuique eredibus. et hec omnia suprascripta fecimus nos iamdicti germani ante bonorum ominibus et subscriptis testes, et ut quando ipse bassus vel suos eredes de suprascripta nostra donatione nos vel nostris eredibus autores et defensores abere quesierint, per omnes bices remittant nobis nostrisque eredibus ipse suprascripte cartule salbe, quale per nos ei date fuerint, ad habendum nos ipse cartule per omnes bices diebus sexaginta, et postac completis ipsis diebus sexaginta, post finem facta per omnes namque bices ipse cartule salbe ipsius vassi et ad suis eredibus redamus ad abendum illis ipse cartule semper in suprascripta ratione. berumtamen inter birgulos legitur: et maria mater et filii: et suprascripti disturbati duo virguli legitur: fecimus nos iamdicti germani ante bonorum ominibus et subscriptis testibus, et ut quando ipse basso vel suos eredes de suprascripta nostra donatione nos vel nostris heredes... et taliter scribere rogabimus te iohannes presbiter et notarius. actum tavellara.

† Ego iohannes clericus et notarius me subscripsi.

† Ego iohannes clericus.

MCCXXII

A. D. 1056

† In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense februario, nona indictione. Ego truppoaldus clericus et abbas ecclesie sancte marie pertinente suprascripto domni principi et de germani eius, quam et pertinente domno guidoni gloriosus dux et de heredes domni paldulphi germani suprascripti domni guidonis, eo quod ante subscripti testes per combenientiam ad tenendum et residendum tradidit alfani clerici filii quondam ademarii inclita terra cum casa fabrita solarata cum unum astracum, quod pars ipsius ecclesie habet intus hanc salernitanam civitatem inter muro et muricino Ad ipsa posterola, quod a parte meridie coniuncta est ad muro uius civitatis, et est per finis et mensuria iusto pede manum hominis mensurata, quod de ex

omni parte coniuncta est ad fine suprascripte ecclesie; da septemtrione fine anditum, que badit ante ipsa casa et alie case ipsius ecclesie, et finem facie de scala fabrite, quod scendit da ipsa casa et da alie case ipsius ecclesie. Abet inde per latitudo pedes decem et medium, et da parte orientis et da parte occidentis habet per longitudinem Ana pedes quadtuordecim et medium, et da parte meridie finem facie de ipso muro uius civitatis, habet per latitudo pedes duodecim. Hec autem predicta terra cum casa per iamdictas fines et mensurias ipsius alfani clerici tradidi Tali tinore, ut amodo et usque viginti septem anni completi ad sua et de suis heredibus esset potestate, fobee et omnis sue utilitatis ibi faciant iusta rationem; et super ipsum astracum faciant facere aliud astracum, amodo et usque duobus anni completi ad traves vonos et astracaturie, et calce, et petre, et arena; et da parte orientis et da parte occidentis cludat ipsa casa da ipsum astracum suptanum, et usque ipsum astracum supranum, quod ibi facere debet ad vincli et spangne, et intonicet illut ad calce et arena, et si boluerit mineaneum facere super ipso anditum, potestatem habeant iusta rationem, qualiter voluerit, et ubi meruerit in ipso muro de ipsa cives insertare quantum ipsa casa retinet, totum illut inserant ad calce et petre et arena; et per ipsam scalam potestatem habent illis et hominibus suis, et qui in ipsa casa ad residendum miserint, inde ascendere et descendere cum omnis illorum utilitatis iusta rationem, et Ibidem resideant et havitent si voluerint, et ad residendum illud deant cui voluerint, et omnis pede et seditura, quod de ipsa casa tollere et havere potuerint, amodo et usque ipsi anni completi, totum illud sivi abeant. Tantum pro censum de ipsa traditione deant michi vel in partibus ipsius ecclesie, per omne annum de medio suprascripto mense tres aureos tarenos vonos, ut sine iuncta vadant. A completi ipsi anni inclita ipsa casa fabrita cum ambo ipsa astraca clusa cum regias et claves adsignent michi vel in partibus suprascripte ecclesie, et illis et hominibus, quod ibidem ad residendum miserint, licead inde exire cum omnis illorum causa movilia, et ire ubi voluerit, sine contrarietate mea vel de partibus predicte ecclesie. Unde in eo tinore per convenientiam guadiam michi Ipse Alfanus clericus dedit, et fideiussorem michi posuit iohannes atrianense filius quondam iohannis. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes, ut si, sicut superius scriptum est, non adimpleverint, et aliquit inde contradixerint, per ipsam guadiam obligavit se ipse alfanus clericus et suos heredes componere michi meique successoribus, vel in partibus ipsius ecclesie, triginta auri solidos constantinianos. Quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego iohannes clericus et notarius.

MCCXXIII

A. D. 1056

✝ In nomine domini quartodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense februario, nona indictione. Ante me romualdum iudicem coniuncti sunt ursus et iohannes gastaldi filii qnondam iohannacii gastaldi, et iohannes, et petrus, et alfanus clerici filii quondam alfani, et manso filiis quondam ianuarii et iohannes nepos ipsius filius mansonis filii quondam sergii, et iohannes filius quondam sergi, et mastalus et manso filii quondam mansonis caccabelli, et maurus filius quondam lupeni, et mastalus et maurus et iohannes et leo filii quondam sergii, et mastalus, et iohannes, et manso, et ursus filius quondam sergii caccabelli, et iohannes filius qnondam leonis, et aloara filia quondam ursi curialis, que est uxor ipsius iohannis, et griselaita filia quondam melis, que fuerat uxor sergii, filia quondam iohannis ioncatello, ad faciendum inter se finem de causationibus, quibus dudum inter se habuerunt, de rebus quas habuerunt foris hac civitate in loco veteri; et dum ad ipsas res dixerunt perrexisse per eos mensurata fuit res, que divisas erant, quemamodum illorum divisionis continunt, et res que indivisas habebant coniunctas cum suprascriptis rebus, quas divisas habebant. Et dixerunt mensurasse ipsas res, quas divisas habebant a via puplica, que pergit ad molinam, que constructa sunt in fluvio de suprascripto loco veteri, in parte orientis de quibus esse debebant tres sortes: unam in parte septemtrionis, que pertinet suprascripte griselaite, et iohanni filio eius, et iamdicti sergii, et iamdicte aloare. Alia in parte meridiei, que pertinet suprascriptis filiis sergii caccabelli. Alteram intor ipsas ambas sortes, que pertinet ipso iohanni filio sergii; Sed dicebant, ut amplius mensuras ex ipsis rebus retinere, quam eo quod per ipsas cartulas divisionis ex ipsis rebus habere debebant. Idcirco dicebant se in simul mensurasse ipsas res, quas divisas habebant cum eo, quod amplius ex ipsis mensuriis et iamdictis rebus retinebant. Primum quidem mensuraberant illud, quod ipsi griselaita et iohannes filius eius, et iamdicta aloara retinent in ipsa parte septemtrionis, et est per fines et mensuras: A parte occidentis est finis ipsa via puplica, et per eam mensurati passos viginti nobem: A parte meridie est finis illud, quod ipse iohannes filii sergii retinet, et passi quinquaginta nobem. Et revolvit in parte septemtrionis erga res, quas de ipso comuniter retinent ipsi filii sergii caccabelli, passibus tredecim et cubitum recti mensuratum, et est ibidem per latitudinem in ipsa parte septemtrionis rectum usque in media sepem, mensurati passi quinquaginta; et ab eo loco ubi completi sunt ipsos trede-

cim passos et cubitum, rectum ascendit in parte septemtrionis erga ipsas res, quas de ipso commune retinent ipsi filii sergii caccabello, et passi quadraginta septem; et revolvit rectum in ipsam partem septemtrionis erga res, quas de ipso commune retinent ipsi filii iohannaci gastaldi, passi biginti tres; et ibidem est per latitudo in parte septemtrionis recte mensuratum usque in mediam ipsam sepem, passi quinquaginta sex. Et ab eo loco, ubi completi sunt ipsi viginti tres passi, rectum ascendit in ipsam partem orientis erga ipsas res, quas de ipso commune ipsi filii iohannacii gastaldi retinent, usque ad terram suprascripti ursi gastaldi, sicut ripa discernit. Ab ipsa . . . . . est finis terra ipsius ursi castaldi, sicut ipsa ripa discernit, et mensurata intra ipsam terram prope ipsam ripam, passi septuaginta quattuor. Ab ipsa parte septemtrionis est finis, qualiter ab ipsa ripa descendit in parte occidentis per mediam ipsam sepem usque ad suprascriptam viam. Et postmodum mensurant illud, quod ipse iohannes filius sergii, retinet, et est per fines et mensuras: A parte occidentis est finis ipsa via puplica, et per eam mensurati passi triginta quinque: Ab ipsa via ascendit in parte orientis iuxta suprascriptas res, quas ipsi Aloara et griselaita et iohannes, sicut suprascriptum est, retinent, passi quinquaginta nobem, et est ibidem per latitudo in parte meridie passi triginta quinque usque ad res, quas retinent de ipso commune ipsi filii sergii caccabelli. Et ab eo loco ubi completi sunt ipsos quinquaginta nobem passi, rectum ascendit in parte orientis iuxta ipsas res, quas ipsi filii sergii caccabelli de ipso commune retinent, passi viginti quattuor: et est ibidem per latitudo, rectum in parte meridie, passi triginta quattuor. Et abinde ubi se complunt ipsi viginti quattuor passi rectum ascendit in ipsam partem orientis iuxta illud, quod de ipso commune ipsi filii iohannacii gastaldi retinent, usque ad res suprascripti ursi gastaldi, sicut lapides immobiles discernunt. Ab ipsa parte orientis est finis ipsas res ipsius ursi, sicut ipse lapides discernunt, passi duo. A parte ipsa meridie finis illud, quod de commune ipso retinent ipsi filii iohannacii gastaldi et ipsi filii sergii caccabelli. Postea vero mensuraverant illud, quod ipsi filii sergii caccabelli retinent, ex quibus prima pecia est per finis et mensuras: A parte occidentis est finis ipsa via, et per ea mensurata passi quadraginta sex: A parte meridie finis via commune, et per ea mensurati passi septuaginta duo. A parte orientis est finis illud, quod ipsi filii iohannacii gastaldi retinent de ipso commune et suprascriptas res, quas ipse iohannes filii sergii retinet, et passi triginta tres. A parte septemtrionis est finis illud, quod ipse iohannes filii sergii, sicut suprascriptum est, retinet, passi sexaginta nobem usque ipsam priorem viam. Secundam peciam intra quam casa fabricata est et est per finis et mensuria: A parte septemtrionis est finis ipsa via commune, et finis terra, quam de ipso commune ipsi filii iohannaci gastaldi retinent,

et passi quadraginta duo. A parte meridiei est finis res ecclesie sancte marie, que in eodem loco constructa est, que ipsis ominibus suprascriptis pertinet secundum rationem illorum, et passi quadraginta unum. A parte occidentis est finis via commune, que ducit ad ipsam ecclesiam, et passi tredecim. A parte orientis est finis illud, quod de ipso commune retinent ipsi filii alfani, et filii iannacii, et iamdictus nepos eius, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis caccabelli retinent, et passi sex. Tertia pecia de terra cum .... in eodem loco per fines et mensurias: A parte occidentis est finis illud, quod ipsa Aloara, et griselaita, et iohannes filii eius, sicut suprascriptum est retinent, et passi tredecim et cubitum. A parte orientis est finis terra ipsius ursi gastaldi et passi octo et medium et pede uno. et per longitudinem ab eo, quod ipse Aloara et griselaita et iohannes filii eius, sicut suprascriptum est, retinent, et ascendit in parte orientis usque ad ipsas res ipsius ursi gastaldi. Deinde mensurant illud quod de ipso commune ipsi filii iohannaci gastaldi retinent. Prima pecia est per finis et mensurias: A parte occidentis est finis illud quod ipsi filii sergii caccabelli, sicut suprascriptum est, retinent et passi viginti octo, et abinde ascendit in parte orientis erga illud quod ipse iohannes filii sergii, sicut suprascriptum est, retinet, passi viginti quattuor, et est ibidem per latitudo in parte meridie passi quadtuordecim usque eo quod ipsi filii Alfani et filii iannacii et ipse nepos eius filiique lupeni, et filii gutti, et filii mansonis caccabelli de ipso commune retinent. Et ab ipsis viginti quattuor passibus vadit in parte orientis erga illud quod ipse iohannes filius sergii, sicut supra scriptum est, retinet, passi triginta; et est ibidem per latitudine in parte meridie usque eo quod ipsi filii alfani et filius iannaci, et ipse nepos eius, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis de ipso commune, sicut scriptum est, retinent, passi quadtuordecim, et ab ipsis triginta passibus vadit in parte orientis erga illud quod ipse iohannes filii sergi retinet, passi triginta quattuor; et est ibidem per latitudo passi duodecim, et ab ipsis triginta quattuor passibus vadit in parte orientis usque in pistillum de monte ipsius ursi gastaldi. A parte orientis est finis ipsum pistillum, et passi quinque. A parte meridie est finis de ipso commune ipsi filii alfani et filii iannacii, et nepos eius, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis retinent, et finis illud quod ipsi filii sergii caccabelli de ipso commune retinent, sicut supra scriptum est. Secunda pecia est per fines et mensuras quam ipsi filii iohannacii gastaldi retinent in eodem loco. Ab occidente fine eo quod ipsi aloara et griselaita, et iohannes filiis eius retinent, passi viginti tres. A parte septemtrionis est finis illud quod ipse aloara et griselaita et iohannes filius eius retinent. A parte orientis est finis ipsum montem ipsius ursi gastaldi, et passi viginti tres. A parte meridie est finis illud quod ipsi filii sergii caccabelli retinent. Et mensura-

verant illud quod ipsi filii alfani, et filii iohannaccii, et nepos eius, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis de ipso commune retinent, et est per fine et mensuras: A parte occidentis est finis rebus suprascripte ecclesie, et illud de ipsi filii sergii caccabelli retinent, sicut suprascriptum est, et passi triginta. A parte septemtrionis est finis illud quod ipsi filii iohannacii retinent, sicut suprascriptum est, passi triginta. Et est ibidem per latitudo usque ad res ipsius ecclesie, passi viginti duo, et ab eo loco ubi completi sunt ipsos triginta passus vadit in parte orientis erga illud quod ipsi filii iohannacii gastaldi retinet, passi triginta quattuor. et est ibidem per latitudine usque ad res ipsius ecclesie, que est in parte meridie, passi decem et nobem et medium; et ab ipsis triginta quattuor passibus vadit in parte orientis erga illud quod ipsi filii iohannacii gastaldi retinent, sicut supra scriptum est, usque pistellum de monte ipsius ursi. Ab ipsa parte orientis est finis ipsum pistillum ipsius ursi, et passi decem. A parte meridie et finis res ipsius ecclesie: suprascriptis mensuriis iusto passu hominis mensuratis. Nunc vero, ut dictum est, ante me coniuncti sunt ad finem inter se de eo faciente, et hi omnes suprascripti manifestaverunt, ut per partes iamdicte res per suprascriptas fines et mensuras se retinere, quemammodum supra legitur. Et convenit inter eos, ut ipse Aloara, et griselaita, et iohannes filius eius, et illorum heredes semper securiter habeant totas et integras suprascriptas res, quas, sicut suprascriptum est, retinent per suprascriptas fines et mensurias, ipsa Aloara et eius heredes habeant ex eo medietatem in quali parte nunc retinent, et faciant ex eo illa et eius heredes quod voluerint, et ipsa griselaita, et iamdictus filius eius, et illorum heredes habeant ex eo aliam medietatem in quali parte nunc retinent, ad faciendum ex ea illi et illorum heredes quod voluerint; et ipse iohannes filius sergii, et eius heredes semper securiter habeant totas et integras ipsas res, quas, sicut suprascriptum est, retinent per suprascriptas fines et mensurias; et faciant ex eo ille et eius heredes quod voluerint; et ipsi filii sergii caccabelli et illorum heredes semper securiter habeant totas et integras ipsas res quas, sicut suprascriptum est, retinent per suprascriptas fines et mensurias, ad faciendum de eo illi et illorum heredes quod voluerint. Et ipsi filii iohannacii gastaldi et illorum heredes semper securiter habeant totas et integras ipsas res, quas sicut suprascriptum est, retinent per suprascriptas fines et mensurias, ad faciendum de ea illi et illorum heredes, quod voluerint. Et ipsi filii Alfani et filii iannacii, et iohannes nepos eius, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis et illorum heredes semper securiter habeant totas et integras ipsas quas, sicut scriptum est, retinent per suprascriptas fines et mensurias, ad faciendum de eis illi et illorum heredes quod voluerint, de portionibus quod eis legaliter ex ipsis rebus pertinent. Iamdicte vero res per suprascriptas fines et mensurias, quas pro

parte retinent, sicut suprascriptum est, illi et illorum heredes pro parte securiter semper illas habeant per suprascriptas fines et mensurias, et facient ex eo quod pro parte retinent, sicut supra legitur, illi et illorum heredes omnia quod voluerint, in eo ordine, quemammodum supra legitur, sine una pars de altera contrarietate. Tantum omni tempore ipse iohannes fili sergii et eius heredes dent vicem de via per ipsam terram, quam de ipso commune, sicut suprascriptum est, retinent ipsis filii iohannacii gastaldi, et ipsis filiis sergii caccabelli et illorum heredibus ab ipsis prioribus peciis, quas ipsi filii iohannacii gastaldi, et ipsi filii sergii caccabelli, sicut suprascriptum est, retinent, unde aptum fuerit pergente in parte septemtrionis usque suprascriptam tertiam peciam, quam ipsi filii sergii caccabelli, sicut suprascriptum est, retinent, per quam illi et illorum heredes, et homines quos voluerint, ire et redire possint cum omnibus illorum congruitatibus iusta rationem; et ipsi filii sergii caccabelli et illorum heredes omni tempore deant vicem de via ipsis filiis iohannacii gastaldi et illorum eredibus, per ipsam tertiam peciam, quam de ipso commune ipsi filii sergii caccabelli retinent, sicut suprascriptum est, ab ipsa vie de via quam ipse iohannes filii sergii eis dare devent, sicut suprascriptum est, pergente in parte septemtrionis, unde aptum fuerit, usque ad suprascriptam secundam peciam, quam ipsi filii iohannacii gastaldi retinent, sicut suprascriptum est, per quam ipsi filii iohannacii gastaldi et illorum heredes, et homines quos voluerint ire et redire, possint cum omnibus illorum congruitatibus iusta rationem. Et ipsi filii iohannacii gastaldi et illorum heredes omni tempore dent vicem de via ipsis filii alfani, et filii iannacii, et iohannis nepotis eius, et filii lupeni, et filii gutti, et filiis mansonis, et illorum heredibus per ipsam primam peciam quam, ut suprascriptum est, ipsi filii iohannacii gastaldi retinent ab ipsa via commune pergente in parte orientis usque ad illud qnod ipsi filii alfani, et filii iannacii, et nepos eius, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis retinent de ipso commune, sicut suprascriptum est, per quam ille et illorum heredes et homines quos voluerint, ire et redire possint cum omnibus illorum congruitatibus iusta rationem. Et ipsa aloara et griselaita dederunt ipsis filiis iohannacii gastaldi, et filiis alfani, et filiis iannacii, et nepoti eius, et filiis lupeni, et filiis gutti, et filiis mansonis integram quintam partem, quam leo filius mauri habuit de omnibus rebus, quas ipse maurus qui fuit filius maurisculi per quemlivet modum habuit foris hac civitate in loco pasciano, ubi proprie marciliano dicitur, cum omnibus que intra eam sunt cunctisque eius pertinentiis, et cum vice de viis suis, Ut medietatem ex eo semper sit in potestate ipsorum filiorum iohannacii gastaldi et heredum illorum, ad faciendum de ea quod voluerint. reliqua medietas ex eo sit in potestate ipsorum filiorum alfani, et filii iannacii, et iamdicti nepotis sui, et filii lupeni, et

filiorum gutti, et filiorum mansonis, et heredum illorum ad faciendum ex eo illi et illorum heredes quod voluerint. Sic tamen, ut ipsa medietas inter se dividant et portiones ex ea percipiant, qualiter eis legaliter pertinet. Et ipse aloara et griselaite, et illorum heredes semper illud quod eis dederunt, sicut suprascriptum est, illis et illorum heredibus defendant ab omnibus hominibus, quibus per eas et per ipsum maurum, et per heredes illius illud vel ex ipso, quomodocumque datum aut obligatum, seu manifestatum vel alienatum paruerit, et qui per illorum pars et dato quascunque causationes de eo illis quibus, sicut suprascriptum est, illud dederunt illorumque heredibus preposuerint, ab aliis autem hominibus et cum voluerint ab omnibus hominibus illi et illorum heredes potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. Tantum illi et illorum heredes coniungant se, et dividant, et diffiniant illud ab illorum consortibus, et ubi illud divisum et diffinitum habuerint, sortem quam eis de eo evenerit ipsi filii iohannaci gastaldi et illorum heredes ipsam quintam partem dividant in duas sortes iusta rationem cum vice de viis suis, et prius ipsi filii alfani, et filio ioannacii, et nepoti suo, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis, et illorum heredes comprehendant ex eis unam sortem qualem voluerint; sors vero que ex eis remanserit comprehendant cum ipsi filii iohannacii gastaldi et illorum heredes, et per firmas scriptiones divisionis sortes ipsas inter se tradant, sicut lex et consuetudo istius est civitatis; et ipsi filii alfani, et filii ioannacii, et nepoti suo, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis et illorum heredes ipsam sortem quam comprehenserint ex eo, sicut suprascriptum est, dividant inter se, et portiones ex eo tollant, qualiter eis legaliter pertinet. Et ipsa griselaita, et eius heredes in omnibus suprascriptis faciant permanere ipsum iohannem filium suum, et illius heredes, et omnes omines qui pro sua parte et dato, et qui pro parte et dato ipsius filii sui, et heredum illius, suprascriptas res vel ex ipsis quomodocumque datum, aut obligatum, vel manifestatum, seu alienatum paruerit. Et qui pro illorum parte et dato quascumque causationes de eo illis et illorum heredibus preposuerint. Et per convenientia ipsi filii alfani, et filius iannacii, et nepos eius, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis, et iohannes filii sergii, et filii sergii caccabelli, et ipse iohannes, et aloara uxor eius, et iamdicta griselaita guadiam ipsis filii iohannacii gastaldi dederunt, et fideiussorem eis posuerunt petrum atrianensem filium quondam ursi de lu portu. Et per ipsam guadiam obligaverunt se ipsi filii alfani, et filii iannacii, et nepos eius, et filii lupeni, et filii gutti, et filii mansonis, et iohannes filius sergii, et filius sergii caccabelli, et iamdicta griselaita, et aloara et illorum heredibus si cum ipsis filiis iohannacii gastaldi. et cum illorum heredibus in suprascripta convenientia, quemamodum superius scriptum est, non permanse-

rint, et, sicut superius scriptum est, eis non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint, componere ipsis filiis iohannacii gastaldi et illorum heredibus ducentos auri solidos constantinianos, et in suprascripta convenientia, quamammodum superius legitur, permanere, et sicut superius scriptum est, adimplere. Et ipse iohannes per suprascriptam guadiam obligavit se et suos heredes, si suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, componere ipsis filiis iohannacii gastaldi et illorum heredibus ducentos auri solidos constantinianos, et semper taciti ex hoc adversus illos permaneant. Verumtamen hoc memoramus quam ubi superius disturbatum est, legitur: et est ibidem; et inter virgulas superius in uno loco scriptum est: per latitudine usque ad res ipsius ecclesie, passi viginti duo, et ab eo loco ubi completi sunt ipsos triginta passos vadit in parte orientis erga illud, quod ipsi filii iohannacii gastaldi retinent, passi triginta quattuor; et in duobus locis legitur: et Iohannes filii sergii et filii sergii caccabelli, et in alio loco: obligaverunt se. et in altero: si. Et taliter te romoaldum notarium scribere precepi.

† Eo qui supra romoaldus iudex.

MCCXXIV

A. D. 1056

† In nomine domini quartodecimo [1]) anno principatus domni nostri Gysulfi glorioso principibus, mense martius, nona indictione. Ideo que ego martino filius quoddam iohannis, qui sum commorantes de loco qui dicitur ancilla dei actum cilentum coinspirantes dei misericordia compulsus sum vestem sancti moniale accipere, et per locutionem vonorum hominum, Simulque consentientem alderade uxor mea et filia quondam iaquinti, Simulque cum iohannes, grimoaldus, petrus, qui huniter michi consensiens fuerunt hoc opus michi perficierentur. Unde per illorum combenientiam et placabilem taliter fuit ut ipsa sortione, quem me contingit de illo loco iamdicto cerro lupo fiant per me offertum in sancto Archangelo monasterio de mons coraci de cilento. et ipse res quod olim tempus in pignum dedi mirandus filius quondam maraldi pro solidos sex pro vice mea ipso domno abbati iaquintus, eodem monasterio reddatur predictis solidis ad predictum mirando, et ipsa

---

[1]) Quintodecimo a mense Martio.

rebus fiat de iamdicti monasterio sancti archangeli. Et quando necesse fuerit ad ipsum abbatem vel ad suos successores ipsa mea sortio, qualiter dictum est, sortio et finis agnoscendum, ut ego meisque heredibus per nos ipsos et per nostros heredes perveniat ad bidendum vobis ipsum nostrum roboreum scriptum, qualiter illud cum nostris consortibus retinuimus, ut ipse rebus et finis et sortionem agnoscatis, et sortionis exinde, sicut dictum est, recipiatis, et ego me in ipsum prefatum monasterio monachum constituo, ut post meum hobitum in ęodem monasterio vel diebus vite mee hibidem me constituo. Interea ego qui supra dictus marino, de sicut me vone voluntatis complacuit, ante vonorum hominum subscriptorum testium, confirmo hunc videlicet scriptum meaque offertione, ut ipse domno abbas iaquinto et suos successores et pars prefatum monasterium cum te suprascripte rebus, qualiter dictum est, habeat et dominet et faciatis quem volueritis cum aquis finis et vice de biis. A securiter et firmiter hamodo et semper tu predictus domno iaquintus abbas tuisque successoribus, et pars ipsum prefatum monasterio ipsa supradicta rebus habendum cum omnia infra se habentibus, et faciendum que volueritis. De qua per combenientia ego iamdictus marino largiente uxore et filii mei, qualiter nominati sunt, et una cum ipsis guadiam tibi iamdicto domno iaquinto abbati dedimus, et fideiussorem tibi posuimus petro filio quondam iohanne bisinianenses abitatore de loco qui dicitur ancilla dei, unde et nos sumus; et per ipsa guadia obligo me et meos heredes amodo et semper defensandum inclita predicta nostra offertione in predicto monasterio, et tibi domno abbati, et ad tuos successoribus, qualiter supra rebus declarat de pars uxori et consortibus nostris, et da omnis humana persona, et quando . . . . monasterium vel eius rectores autores voluerit inde esse autores vel defensores, liceat . . . exinde causare et finem facere cum monimen et vice de moniminibus, et cum omnis . . . . , prefatum monasterium habuerit. Et sicut diximus ad agnoscendum sortio et finem . . . . contigit, per nos et per nostris heredibus abeatis ad bidendum ipsum preceptum ipsa predicta rebus . . . . et quando per vos ad agnoscendum ipsum scriptum abebitis, nobis restituatis ipsum nostrum roboreum. . . . . Quod si taliter omnia suprascripta per supradicto hordine ego marino et meis heredibus . . . . et ad tuos successores et ad pars ipsum iamdictum monasterium non adimpleverimus . . . et, qualiter supra legitur, minuare voluerimus, per nos vel per summissam nostram, per ipsam guadiam obligo me qui supra marino et meis heredibus ad componendum tibi domno iaquinto abbati et ad tuos successores, et ad pars ipsum monasterio auri solidos constantini centum, et que supra legitur nostra offertionis firma et stabile permaneat per supradicta guadia et predicto mediatore: questio et causatio, que exinde commisse fuerit

flant tacite et bacue. et taliter scribsit ego landus presbiter et notarius. actum cilento et interfui.

† Singu manu pando gastaldi.

† Singu godini.

MCCXXV

A. D. 1056

Summarium: Quintodecimo anno principatus Gisulphi, mense Martio, nona Indictione. Ante Romoaldum iudicem Sicescolfus filius quondam Sicenolfi ex una parte et Dauferius et Lando ex alia conveniunt inter se circa divisionem bonorum *de loco Lucanea, ubi Stainu* dicitur, Romoaldus notarius hoc instrumentum exaravit.

MCCXXVI

A D. 1056

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense aprili, nona indictione. Ante me romoaldum iudicem dumnellus filius quondam iaquinti qui fuit notarius, coniunctus est cum leone filio quondam stefani, Et ipse dumnellus clarificavit, ut astil, ... et lando germani filii quondam gisulphi comitis comprehensam habuisse in sorte a guaiferio et landolfo germanis suis integram terram vacuam, quam ipse genitor eorum habuit intra hanc civitatem, supter et prope ecclesiam sancti maximi, que est per fines: A parte meridie fine platea: A parte occidentis est finis anditum suprascripte ecclesie sancti maximi; a parte septemtrionis est finis terra ipsius ecclesie; a parte orientis est finis terra heredum laidolfi qui cognominatus est malanocte. Et, sicut ipsi dumnello congruum fuit, sua voluntate, per hanc cartulam venumdedit ipsi leoni de portione, quam ipse lando habuit in suprascripta terra, per suprascriptas fines, per fines et mensuras iusto pede manus hominis mensuratas. A parte meridie est finis ipsa platea, et pedes decem: a parte septemtrionis pedes decem. Et per longitudinem ab ipsa platea in ipsa parte septemtrionis in omni loco pedes decem et septem in omnibus que intra ipsam terram per suprascriptas fines et mensuras sunt, cunctisque eius pertinentiis, et cum vice de ipsa platea. Ea ratione, ut sem-

per sit in potestate ipsius leonis et heredum eius; Et liceat illum et eius heredes de eo facere, quod voluerint. Et propter confirmationem huius venditionis ipse dumnellus suscepit ab ipso leone statutum pretium auri solidos sexaginta sex et medium in omni deliveratione. Et per convenientiam ipse dumnellus guadiam ipsi leoni dedit et fideiussorem ei posuit petrum notarium filium quondam mansonis. Et per ipsam guadiam obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi leoni et illius heredibus integrum illud quod ei, sicut supra scriptum est, venumdedit ab omnibus hominibus. Et tribuit licentiam, ut quando ipse leo et eius heredes voluerint, potestatem habeant illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus et rationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse dumnellus et eius heredes ipsi leoni et illius heredibus non adimpleverint, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumpserint, per ipsam guadiam ipse dumnellus obligavit se et suos heredes componere ipsi leoni et illius heredibus centum auri solidos constantinianos; et, sicut superius scriptum est, adimplere. Et duas cartulas unius tenoris, hanc quam ipse leo retinet, et alteram ipse dumnellus, te romualdum notarium qui interfuisti scribere precepi.

† Ego qui supra romoaldus iudex.

MCCXXVII

A. D. 1056

† In nomine domini quintodecimo anno principibus salerni domni nostri Gisulfi gloriosi principis, mense aprilis, nona indictione. Ideo qui ego urso filius quondam nicola, qui sum commorante in locum, qui camilla dicitur, actum cilentum, coinspirante dei misericordia, compulsus sum beste sancti moniales accipere, et per allocutione bonorum hominum et mee vone boluntatis, taliter fuit, ut ipsa sortionem mea, que michi contingit in ipso monte de cilento et terra cupo flant per me hoffertum in sancto Archangelo monasterio de monte cilento; tamen modo declaro, quia fratres duo, cuius nomina sunt amato et leo, et modo per illorum combenientiam, sicut illorum placavilem fuit, remisit ego eis omnis rebus mea movile et inmobentibus, quantum quantoque me visus fui abere per tota finibus lucanie, et ipsi predicti mei germani similiter remiserunt michi medietatem de tota iamdicta rebus de ipso mons de cilento, sic tamen modo quantum ipsa rebus de predicto mons michi atbenit, tota et inclita flat de iamdicto monasterio sancti michaelis archangeli; et quando necesse fuerit at ipsum abbatem, vel at suos successo-

res ipsa mea sortione, qualiter dictum est, sortio et finis angnoscendum, ut ego meique eredes per nos ipsos perbeniat, at videndum bobis ipsum nostrum roboreum scriptum, qualiter illud cum nostris consortibus retinuimus, ut ipse rebus et finis et sortionem angnoscatis, et sortionem, sicut superius dictum est, recipiatis. Et hego meipsum prefatus monasterio monachus constituto, ut post meum hobitum in eodem monasterio, vel diebus vite mee, ibidem me constituo. Interea ego qui supra dictus urso, de sicut me voluntatis complacuit, ante vonorum hominum suprascriptorum testium confirmo unc videlicet scriptum meaque offersione, ut ipse domnus abbas iaquintus, et suo successore, et pars prefati monasterii cuncte suprascripte rebus, qualiter dictum est, abeat, et possideat, et dominet, et faciatis omnia, que volueritis cum aquis, finis et vice de viis, At securiter et firmiter amodo et semper tu predictus domnus iaquintus abbas tuique successoribus, et pars ipsius prefatum monasterium ipsa predicta rebus avendum, cum omnia infra se abentibus at faciendum quod bolueritis. De qua per combenientiam ego iamdictus urso guadia tivi domno iaquinto abbati dedit, et mediatorem tibi posui maraldo presbiter et filius quoddam iohanni abitatore in predicto locum, unde nos sumus. et per ipsa guadia obligo me et meis eredibus amodo et semper defensandum inclita predicta nostra offertione in predicto monasterio tibi domno abbati et at tuo successore, qualiter super rebus declarat, da omnis homine, ac omnique partibus et da omnis umana pars persona. et quando pars ipsius monasterii, vel eius rectores, autores inde esse voluerit, vel defensores, licentiam exinde abeat inde causare et finem facere cum omni monimine et ratione, quas inde ipsum prefatum monasterium abuerit, et, sicut diximus, ad angnoscendum sortes et finis, sicut me contigit per nos et per nostros consortes abeatis ad dibidendum ipsum preceptum de ipsa predicta rebus continentem, et quando per bos angnoscendum ipsum scriptum abevitis, nobis restituatis ipsum nostrum roboreum scriptum pertinentibus. Quod si taliter etc: *Sequitur consueta formula, statuta mulcta quinquaginta auri solidorum Constantini.* Et taliter scripsi ego smaragdus clericus et notarius, actus cilentus et interfui.

† Ego raidolfus.

† Singnu manu godini.

MCCXXVIII

A. D. 1056

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense Iulio, nona Indictione. Memoratorium factum a me urso filio quondam maraldi clerici de locum luxtra finibus lucanie, eo quod ante subscripti testes ad tenendum, avorandum tradidit michi dauferio filio quondam sikenolfi comes, pro vice sua et pro vice griselaite cognata sua filia quondam mele atrianense, tote et inclite terris illorum, quod illorum pertinet in ipso locum luxtra, ubi ad castelgloni dicitur, michi tradidit ipse dauferio pro vice sua, et pro vice de ipsa congnata sua; Tali tinore, ut amodo et usque quinque anni completi, ad frudia recollecta ad mea et de meis heredibus esset potestatis, fobee et omnis nostre utilitatis ibi faciamus iusta ratione, et per omnis annum tote ipse suprascripte apto tempore lavoremus et seminemus, sicut meruerit, et quantum victalium de ipsa traditione per omnis annum inde exierit, totum illut nobis habeamus. Tantum pro censum de ipsa traditione demus ad missum de ipso dauferium et de ipsa congnata sua, per tempore de are, per omne annum in locum cassillanu ad ecclesia sancti fortunati quinquaginta quartaria de granum vonum ad quartarium iustum de ipsum locum, faciendum inde, quod voluerit. A completo ipso constitutum ad frudia recollecta, inclita ipsa tradictione perveniat ad potestate ipsorum congnati et de illorum heredes; et nos licead inde exire cum omnis nostra causa movilia. et ire ubi voluerimus. Unde in eo tinore per convenientiam guadia michi ipso dauferio dedi, pro vice sua et de ipsa congnata sua, et fideiussorem michi posuit pro sua et illius parte seipsum. et per ipsa guadia obligavit se ipse dauferio et suos heredes defensandum nobis inclita suprascripta traditione, cum vice de via sua, amodo et usque ipsi anni completi ab omnis homines in suprascripto tinore. Et si taliter illut nobis non defensaverint, et aliquit inde contradixerint, per ipsam guadiam obligavit se ipse dauferi et suos heredes, pro vice sua et de ipsa congnata sua, componere michi meique heredibus triginta auri solidi constantini, et suprascripta adimplere. Quod scripsi ego iohannes notarius.

† Ego iohannes notarius me subscripsi.

† Ego amatus notarius me subscripsi.

MCCXXIX

A. D. 1056

† In nomine domini quintodecimo anno principatus domni nostri gisulfi gloriosus princeps, mense Iunio, nona indictione. Memoratorium factum a me alferius diaconus et archipresbiter et abbas ecclesie sancti maximi, qui sum unus ex illis, quibus ipsa ecclesia pertinet, ante idoneos homines, per combenientia tradidi iohanni filio quondam guaripoti integrum molinum pertinentem ipsius ecclesie, quod edificatum est in flubio lirino, cum mole et ferraturiis eius: idest cum becte de ferrum, et tribus anellis, et seruriccla, et ranola, et cum arkaturia sua, et isclis, et cum homnis suis pertinentiis, et sedimen, et cum bice de via sua, qualiter ipso molinum legitimum macenare possat, cum usu aquarum de ipsum molinum, qualiter illum usque nunc molinatores tenuerunt, taliter illut ei tradidi, ud amodo et usque unum annum completum, ut se compleat in ultimo die de suprascripto mense, et ille et eius heredes licead tenere inclita ipsa tradictione, et fovee, et omnis illorum utilitatis iusta rationem ividem facerent et aberent; et die noctuque ipsum molinum custodire ille et eius heredes, et ominibus illorum, et conciare, ut legitimum macenare possat; et si ipsa ferraturia adconciare abuerit ego vel successores meos, aut pars suprascripte ecclesie illut faciant conciare, et illis sivi adiubent, prout melius potuerit; similiter et si ipsa arcaturia per plena ruperit, pars ipsius ecclesie faciant conciare et mundare, et illis et ominibus illorum ivi adiubent, quando melius potuerint per omnes vices, et quando mole in ipsum molinum necessum fuerit, nos vel pars predicte ecclesie demus ividem mole bone, et illis ividem ponant ipse mole, qualiter meruerit, et mole veteri deant et adsignent in pars predicte ecclesie; et omne molitura, que ivi tollere et abere potuerint, totum illut sivi abeant, faciendum inde, quod voluerint; tantum per omne mense usque completum ipsum annum deant ad pars predicte ecclesie quadtuor modiola et medium de granum bonum ad modium domnicum, quod est plateaticum culma mensura; et si per rubtura ipsius arkaturiis ipsum molinum opera perdiderit, vel per gente puplica quanta opera perdiderit, per rationem, pars ipsius ecclesie inputet sivi de ipso granum per omne mense per rationem, sicut iustum fuerit; tantu ipse iohannes vel suos heredes per omnes vices, quando ipso molinum opera perdiderit, sicut dictum est, inputet sivi inde una die, ut de ipsa die deant ad pars ipsius ecclesie molitura per rationem, sicut iustum fuerit, et cotidie quando meruerit et pars iamdicte ecclesie noluerit, et ividem granum nostrum direxerimus pro macinandum, faciant illum macenare

bonum tantum granum , quando nobis sufficiad totum domum nostram , sine omni detinentia et molitura , et si reditum de suo lingnamina et de suo espendium ivi fecerint , licentiam abeant ad completum ipsum annum inde exire cum omnia eorum causa et cum totum edificium de ipsum reditum, quod illis ivi fecerint, et portaret illut ubi boluerint, et inclita ipsa tradictione iusta rationem salba et conciata cum mole et ferraturiis , et cum arkaturia et casa, que facta est super ipsum molinum , et cum omnia sua pertinentia salba, ut legitimum ipsum molinum macenare possad, adsignent in pars ipsius ecclesie. et per combenientia guadia michi dedit ipse iohannes , et mediatorem michi posuit seipsum; et per ipsa guadia obligavit se et suos heredes adimplendum michi, seu ad pars predicte ecclesie, sicut supradictum est, usque iamdictum constitutum, et, sicut superius scriptum est , ipse iohannes et suos heredes non adimpleverit michi seu in parte predicte ecclesie, et suprascripta vel ex eis quicquam removere aut contradicere presumserint, aut si arbore de ipsa tradictione inciderit sine nostra licentia, et si ipsum granum, quod nobis dederit, non fuerit bonum granum , quale in ista cives se venumdederit , et non dederit illut nobis , seu ad pars predicte ecclesie ivique ad ipsa ecclesia ad domum nostra, per combenientia per ipsa guadia, obligavit se et suos eredes componere michi, seu in pars predicte ecclesie , quinquaginta auri solidos constantinos ; et per eadem conbenientia obligavit se ad pignerandum omnis rebus et causas suas , et de eius heredes legitimos et inlegitimos ; et illut quod est scriptum inter ipsi virguli dicit : in uno loco sancti maximi; et in alio loco legitur: et medium. quod scripsi ego petrus notarius.

✝ Ego iohannes me subscripsi.

✝ Ego iohannes notarius me subscripsi.

MCCXXX

A. D. 1056

✝ In nomine domini quinto decimo anno principatus domni nostri gisulphi gloriosi principis, mense iunio , nona indictione. Ante me romoaldum iudicem petrus filius quondam ursi coniunctus est cum iohanne , et petro , et Alfani clerici germani filii quondam alfani, et per ipsum petrum ostensum est unum preceptum utili anulo insignitum , quod continebat: In nomine sancte et individue trinitatis, gisulfus divina favente clementia longobardorum gentis princeps. Nostras ad dominum tendere preces confidimus, si dignas petitiones nostrorum fidelium non contempnimus, et eosdem fideles nostro beneficio nobis fore cre-

